

Liber Sacerdotalis nuperrime ex libris Sancte Romane ecclesie: ꝛ quarundam aliaꝝ ecclesiaꝝ: ꝛ ex

antiquis codicibus apostolice bibliothece: ꝛ ex iuriuꝫ sanctionibus: ꝛ ex doctoꝝ eccle-
siasticoꝝ scriptis: ad Reuerendoꝝ patrum sacerdotum parrochialium: ꝛ animaruꝫ
curam habentium commodum: collectus atqꝫ compositus: ac auctoritate San-
ctissimi domini domini nostri Leonis decimi approbatus. In quo cōtinentur
officia omnium sacramentoꝝ: ꝛ resolutiones omnium dubioꝝ ad ea per-
tinentium: ꝛ omnia alia que a sacerdotibus fieri possunt: que q̄ sint pul-
chra ꝛ vtilia: ex indice collige. Addito vtili enchyridiolo ad agēduꝫ
de feria tempore aduētus: quadragesime: tempore paschali: ꝛ de
mense septembris: necnon infra annum: fm curiam Ro-
manam. Et declaratione rubricarum generalium: ꝛ
ad inueniendum pascha: ꝛ alia festa mobilia:
que in aliis hactenus impressis mi-
nime reperiuntur.

Tabula

¶ Tabula seu repertorium omnium contentorum in hoc opere.

¶ Expliciunt capitula secunde partis libri sacerdotalis.

¶ Incipiunt capitula tertie partis libri sacerdotalis.

¶ Explicit Tabula.



Mea est omnis terra & vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta. Exodi. xix.





Vos estis genus electum regale sacerdotium & gens sancta & populus acquisitionis. i. Pe. ij.

¶ Libri sacerdotalis de officio sacerdotis curati ⁊ omnibus ad animarũ curam pertinẽtibus: ⁊ sacramẽtorũ exhibitionibus: cum eorũ annexis: ſm ritũ Sancte Romane ⁊ aplice ecclesie: ⁊ aliarũ etiam ecclesiarũ vsibꝰ accõmodati. Prohemiũ.



Dabo vobis pastores iuxta cor meũ: & pascent vos scientia & doctrina. Hiere. iij.





Qui misericordiam habet, docet & erudit sicut pastor gregem suum. Eccl. xviij.

Saluator noster dñs Jesus xp̄s q̃ tanq̃ verꝰ samaritanus descẽdens ab celesti hierusalẽ: ĩ hierico: idest humani generis defectui ⁊ miserijs appropinquãs. Luce. x. cap̄. curationi eius alligamenta adhibuit: q̃a contra originalis ⁊ actualis pctĩ vulnera: q̃bus saucium erat: sacrorũ remedia instituit ⁊ ordinauit. Que q̃dem



Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Io. x.



Inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis adimplebitur. Hie. xxxj.







Hec dicit dominus deus de pastoribus israel: quia pascebant semetipsos. Nonne greges a pastoribus pascitur? Lac comedebatis: & lanis operiebamini: & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meũ non pascebatis. Quod infirmũ fuit non consolidastis: & quod egrotum nõ sanastis. Quod contractũ est non alligastis: & quod abiectum est nõ reduxistis: & quod perierat nõ quesistis: sed cum austeritate imperabatis eis & cum potẽtia. Et disperse sunt oues mee eo quod nõ est pastor: & facte sunt in deuorationem. Propterea pastores audite verbũ domini. Hec dicit dominus deus. Ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum: & cessare faciam vt vltra non pascant gregem meum: nec pascant amplius pastores semetipsos. Eze. xxxiiij.

Parauit cor suũ vt inuestigaret legẽ domini: & faceret & doceret preceptum. i. Esd. vij.

Sacerdotes populũ meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutũ. &c. Ezech. xliiij.

dum in hac mortali peregrinatione versaretur per se ꝛ docuit ꝛ compleuit: ꝛ post passionē suā per sacerdotes suos fidelibus suis ministranda precepit. Ex quibus qdem duos ordines cōstituit vt sanctus euāgelista Lucas nono ꝛ decimo caplis euāgelij sui testatur: alterum qdem maiorꝫ: idest duodecim apostolorꝫ: alterum vo minorꝫ. lxxij. vz discipulorꝫ: ita dūtaxat vt priores episcoporꝫ: posteriores vo inferiorꝫ sacerdotum locuz ꝛ dignitatez obtinerent. Et de priori quidem ordine canon attestatur. ij. q. vij. Accusatio circa pncipium: ꝛ de conse. distin. v. manus: ꝛ ca. De his: de scdo vero ordine. xxj. distin. In nouo. Et ordo quidem prior (episcoporꝫ scilicet) vt dispensando ꝛ exhibēdo sacri chrismatis sacro. de sacra vnctione. c. cum venisset: ꝛ collationibus ordinum clericaliuz: ecclesiarū altaris ministrorūqꝫ ꝯsecrationibus intēderet: de ordi. ab epo qui renū. c. j. Reliqua aūt quinqꝫ sacra (qꝫuis ꝛ ipsi possent) inferioris ordinis sacerdotibus ministranda committerent ab ecclesia institutum est. De quo quidez bipartito sacerdotū ordine: in epistola Anacleti pape oibus epis ꝛ sacerdotibus missa. ca. viij. sic habet sacerdotum ordo bipartitus est: ꝛ sicut dominus illum instituit: a nullo debet perturbari. Scitis autem apostolos a dño esse electos ꝛ constitutos: ꝛ postea per diuersas prouintias ad predicādum dispersos. Cuz vo messis cepit crescere: videns paucos esse operarios ad eorꝫ adiumētū septuaginta duos eligi pcepit discipulos. Episcopi vo aplorꝫ presbteri quoqꝫ septuaginta duorꝫ discipulorꝫ locū tenent. Episcopi aūt non in castellis aut modicis ciuitatib9 debent cōstitui: sꝫ presbyteri p castella ꝛ modicas ciuitates atqꝫ villas debent ab epis ordinari ꝛ poni: singuli tñ p singulos titulos suos. Amplius qꝫ isti duo ordines sacerdotū nec nobis collati sunt: nec apli docuerūt: hec ibi. Huic aūt sacerdotū bipartito ordini ꝛ toti eccl'ie sue sancte beatissimū petruz aplm in summū elegit sacerdotez dicēs Matthei. xvj. Tu es petrus ꝛ sup hanc petrā edificabo eccl'iaz meā ꝛ porte inferi nō preualebūt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni celoruz: Et qdcūqꝫ ligaueris sup terram erit ligatuz ꝛ in celis: ꝛ qdcūqꝫ solueris sup terrā erit solutū ꝛ in celis. lxviij. di. c. Quorꝫ vices. ꝛ ca. i nouo. xxj. di. ꝛ ca. Sacrosancta. xxij. di. ¶ Et qa i libro

pontificali sufficiẽter de his que ad offm̄ pontificũ spectãt diffu
sius tractat: ope pretiuʒ visum fuit in hoc libro qui sacerdotalis
nuncupat: ea que ad offm̄ curatoꝝ ꝑtinent q̃ꝫtũ deus dederit in/
serere: quatenus qlibet sacerdos in promptu habeat: qualr mi/
nisteriuʒ suũ ad aiaꝝ sibi cõmissaꝝ salutẽ salubriter valeat exer/
cere. Que qdeʒ oia que in hoc opusculo inserrentur: nõ de nouo
adinuẽta aut excogitata fuere: sed ex antiquo ritu ꝑsertiʒ sancte
Romane eccl'ie ex sacrosanctis cõcilijs ꝛ sctõꝝ doctoꝝ catholi/
coꝝ scriptis collecta ꝛ ordinata: ꝓut in antiqssimis codicib⁹: qui
in sacra bibliotheca ap'lica ꝯseruãt (vnde excerpta sunt) appa
ret. Addunt etiaʒ qdam ritus ꝛ particulares cerimonie diuersa/
rum ecclesiaꝝ que in margine notabunt: vt liber iste oĩbus eccle
sijs ꝛ dei sacerdotibus sit cõis. Ueruʒ anteq̃ꝫ opus hoc necessa/
riuʒ aggrediamur: nõnulla ꝑsonã ꝛ offm̄ sacerdotis cõcernẽtia
videnda sunt: que non modicum decoris ꝛ ornamẽti huic ope/
ri: nec minus vtilitatis ea diligenter obseruantibus afferent.

¶ Preambula q̃dã sequẽtis opis. ¶ Unde dicat sacerdos: ꝛ vnde ortũ habuit sacerdotium: ꝛ qd' sit offm̄ sacerdotis. Ca. j.

ET quia (vt prehabitũ est) liber iste sacerdotalis siue
sacerdotale appellat: prius videndum est de ipsius sa/
cerdotij noie dignitate: origine: ꝛ officio. Sacerdos
dicitur quasi sacra dans: vel sacer dux: vel a sacrifican/
do. xxj. dist. Cleros: circa finem prime columne. ¶ Et dicitur
sacra dans: qa ecclesie sacra ministrat ꝛ maxime sacramentũ pe
nitentie: quo dñs ꝓpitiat peccatis populoꝝ. Leuitici. v. Roga/
bit pro eo sacerdos ꝛ pro pctõ eius ꝛ dimittet ei. Et Osee. iiij.
Sacerdotes pctã populi comedent. i. suis orõnibus delebunt.
j. q. j. Ipsi sacerdotes. Et ideo dicit Luce. vij. Ostendite vos sa
cerdotibus: vt. s. vos emũdent a pctis. ¶ Dicit etiã sacer dux:
quia habet ducere iudicare ꝛ docere populum suũ. Deute. xxj.
Ad verbum sacerdotũ omne negotiuʒ pendet. Iosue. iiij. Sa/
cerdotes pergebãt ante populum. iiij. Re. xvij. Sacerdos do/
cebat qũo colerent deum. ¶ Dicitur etiam a sacrificando: qa
eorum officium est offerre sacrificium ꝛ hostias pro populis.
Leui. xxj. Sacerdotes incẽsuʒ ꝛ panes offerrent deo. ¶ Sa/
cerdos etiaʒ regibus comparat. ij. q. vij. §. Idem cum balaam.

Deus enim elegit epos ꝛ presbyteros: vt duplici honore hono-
rarentur. j. Thi. v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore
digni habeant. Et non solum cōparantur regibus: sed etiā illis
preeminent. xcvj. di. ca. Duo sunt in principio ꝛ in fine. ¶ Ori-
ginem autē habuerūt sacerdotes in lege nature in Abel Gene-
sis. iiij. ꝛ in Melchisedech qui erat sacerdos dei altissimi: offer-
rens panem ꝛ vinum. Geñ. xiiij. De con. disti. ij. ca. In calice: ꝛ
ca. Accipite. Et in lege scripta in Aaron qui īstitutus est sacer-
dos a deo cuꝫ omni sua posteritate. Exo. xxviij. Et primi para-
lipomenon. xxiiij. Dauid elegit. xxiiij. sacerdotes per vices to-
tidem: quibus oibus prefecit vnum summū sacerdotē. In lege
autem euāgelica elegit christus. xij. apl'os in maiores: ꝛ. lxxij. in
minores sacerdotes sub vno pricipe. s. beato petro apl'o ꝛ suc-
cessoribus eius: vt prehabitū est. ¶ Officium autem sacerdo-
tuꝫ iuxta sue ordinationis canonē est offerre benedicere. ca. ple-
ctis. xxiij. di. Preesse predicare baptizare. ca. Ecce. xcv. di. liga-
re ꝛ absoluere. Jo. xx. Quoꝝ remiseritis pctā ꝛc. ꝛ ante oia lau-
dabiliter viuere. Exo. xiiij. Erunt sacerdotes mihi religione ꝑ-
petua: ꝛ plebibus suis exempla bonoꝝ operū prebere. Deute.
xiiij. Accipies exemplar a sacerdotibus. s. bene viuendi: ne for-
te eis euāgelicum illud obijciatur Medice cura te ipsum. Luce
iiij. ꝛ ne iuxta dictum apli. j. Cor. ix. cum alijs bene ꝑdicauerint:
ipsi reprobi efficiantur. Unde audiant beatum Augustinnm sa-
cerdotibus dicentē. Uos presbyteri nosce debetis ꝛ sepe memi-
nisse: quia nos quibus regendarum animarū cura cōmissa est:
pro his qui nostra negligentia pereunt: rōneꝫ reddituri sumus.
Pro his vero quos verbis ꝛ exemplis lucrati fuerimus: pre-
cium eterne vite percipiemus. Nobis enim a domino dictū est:
Matthei. v. Uos estis sal terre. Q: si populus fidelis cibus est
dei: eiusdem cibi condimentū nos sumus. Scitote vestruꝫ gra-
dum nostro gradui secundum: ꝛ pene coniunctum esse. Sicut
enim episcopi apostoloꝝ in ecclesia: ita nimiruꝫ presbyterij cete-
roꝝ discipuloꝝ dominiviceꝫ tenent. Et illi tenent gradū summi
pastoris Aaron: isti vero filioꝝ eius. Unde oportet vos semꝑ
memores esse tante dignitatis: memores vestre cōsecrationis:
vt nec ab eadē dignitate degeneretis: nec vestrā cōsecrationem

irritam faciatis: nec manus sacro vnguento delibutas peccan-
do polluatis: sed cordis et corporis munditiam conseruantes:
plebibus exemplum bene viuendi prebentes: his quibus pre-
estis ducatum ad celestia regna prebeatis. ¶ Bona vita et sa-
na doctrina sunt necessarie sacerdoti. Capitulum secundum.

Et quia etiam bona vita sola non sufficit ad sacerdotem sine peritia litterarum: quoniam imperitus et indoctus nõ potest officium sacerdotis recte complere vt habetur in epistola Gelasij pape ca. xvij. Illiteratos nullus presumat ad clerum prouehere: quia litteris carens: sacris esse nõ potest aptus offi-cijs: ideo bona vita et sana doctrina necessarie sunt sacerdoti iuxta dictum Anacleti pape vbi supra capi. x. scribentis: Doce-ri omnes oportet qui domini sacerdotio funguntur: vt et ceteros instruant et sibi proficiant. Scriptum est enim Daniel. xij. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iu-stitiam erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Et alibi Daniel. xj. Populus autem sciens deum suum obti-nebit et faciet: et docti in populo docebunt multos. Ipsa quoque veritas per se infert: et dicit Luce. vij. Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatus est in deũ: qui recte non docet: et qui eius scandalizat episcopum vel sacer-dotem. ¶ Et sanctus Augustinus. Presbyteri oportet vos assiduitatem habere legendi et instantiam orandi: quia viri iusti vita lectione instruitur: oratione ornatur: et assiduitate lectionis munitur homo a peccato: iuxta illum qui dicebat Psal. cxviij. In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Hec sunt enim arma: videlicet lectio et oratio: quibus diabolus expugnatur. Hec sunt instrumenta quibus eterna beatitudo acquiritur: his armis vitia reprimuntur: his alimẽtis virtutes nutriuntur. Sed et si quando a lectione cessatur debet manuum operatio subse-qui: quia ociositas inimica est anime: et antiquus hostis quem a lectione siue ab oratione vacantem inuenerit facile ad vitia rapit. Per vsum namque lectionis discetis qualiter et vos viua-tis: et alios doceatis. Per vsum orationis et vobis et his quibus in charitate coniuncti estis prodesse valebitis. Per manuum operationem et corporis macerationem: et vitijs alimẽta nega-

bitis: ⁊ vestris necessitatibus subuenietis: ⁊ habebitis vnde necessitatem patientibus impendatis. Que autem necessario a sacerdotibus adiscenda sint: Idem beatus Augustinus docet: inquiens. Distin. xxxviij. ¶ Que a sacerdotibus necessario scienda sunt. Capitulum tertium.

Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum: liber sacramentoꝝ: lectionarius: antiphonarius: baptisterium: cõputus: canon penitentialis: psalterium. Homelie per circulum anni: dominicis diebus ⁊ singulis festiuitatibꝰ apte. Ex qbus oibus si vnũ defuerit: sacerdotis nomẽ vix in eo cõstabit. Quia valde periculose sunt euangelice mine: quibus dicitur. Matthei. xv. Si cecus ceco ducatu prestet: ambo in foueam cadunt. Debẽt etiam sacerdotes non ignorare canones ecclesiasticos: vt habetur. ¶ Ex epistola Celestini pape cap. xx. Nulli sacerdoti suos lꝫ canones ignorare: nec quicq̃ꝫ facere qd̕ patrũ possit regulis obuiare. Que res a nobis digna seruabitur: si decretaliuꝫ norma statutoꝝ: pro aliquoꝝ libito: licentia populis permissa frangatur. ¶ Et in concilio aurelianensi ca. vj. dicit. Parrochiarij clerici a pontificibus suis necessariã sibi statuta canonum legẽda ꝑcipiant: ne rei ipsi vel populi: que per salutẽ eoꝝ decreta sunt: excusent sese postmodũ ignorasse. ¶ Sacerdos parrochialis debet suis subditis predicare. Capitulum. iiij.

Munitus itaqꝫ sacerdos ⁊ bona vita: ⁊ sciẽtia lucida: accingat se ad predicationis officium: ⁊ ₰m sibi traditã gratiaꝫ plebibus suis verbuꝫ salutis annuntiet: ⁊ si etiaꝫ non multa polleat scientia: ₰m tamẽ posse suũ verbo ⁊ exemplo oibus ꝓdesse studeat. ¶ Unde idem beatus Augustinus dicit. Hortamur vos dñi sacerdotes paratos esse ad docendas plebes vestras. Qui scripturas scit: predicet scripturas: qui vero nescit: hoc saltim qd̕ notissimũ habet plebibus dicat: vt declinent a malo ⁊ faciant bonũ: inqrant paceꝫ: ⁊ sequanť eam. Quia oculi dñi super iustos: ⁊ aures eius in preces eoꝝ. Uultus aũt dñi sup facientes mala: vt perdat de terra memoriaꝫ eoꝝ. ps̃. xxxiij. Nullus ergo se excusare poterit ꝙ non habet linguam: vnde possit aliquem edificare. Mox enim vt quẽlibet erranteꝫ viderit: prout potest ⁊ valet: aut arguendo: aut obsecrando: aut increpando: ab

errore retrahat: ꝛ ad peragendum opus bonum hortetur.

Que a sacerdotibus sunt suis plebibus predicanda. Ca. v.

Que sunt a sacerdotibus suis plebibus sint predicanda

Que autem a sacerdotibus suis plebibus sint predicanda ꝛ annunciandа sequētes canones denuntiant. Ex cōcilio rothomagensi cap. j. In primis predicādum est omnibus generaliter: vz vt credant patrem ꝛ filium ꝛ spiritū sanctū vnuz deum esse omnipotentē qui omnia fecit: ꝛ vnā esse deitatē ꝛ substantiam ꝛ maiestatē in tribus personis: patris ꝛ filij ꝛ spūs scti. Ibidem ca. ij. Item predicādum q̄uo filius dei incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine pro salute humani generis passus sepultus tertia die resurrexit ꝛ celum ascendit in fine mundi veniens iudicare omnes hoīes s̄m ꝑpria opa: q̄uo impij cum dyabolo in ignem eternū mittentur: iusti cum christo in vita eterna erūt. Matthei. xxv. Ibidem ca. iij. Itē predicādum q̄ hoīes in ꝑpria carne reurgent. Ex cōcilio remensi ca. ij. Iubenduz est vt oratio dn̄ica in qua omnia necessaria humane vite comprehendunt: ꝛ symboluz apostoloꝝ in quo fides catholica ex integro cōprehendit: ab oībus discat tam latine q̄ȝ barbarice: vt qd̄ ore ꝓfertur corde credatur ꝛ intelligatur. Ex eodem ca. viij. Omnis presbyter omnib⁹ parrochianis suis symbolum ꝛ orationē dominicā aut ipse insinuet: aut alijs insinuandam iniungat. Et cum ad confessionez tempore quadragesime veniunt: hec ab vnoquoqz memoriter sibi decātari faciat. Nec ante sanctam cōmunionē alicui tradat: nisi hec ex corde pronūtiare voluerit. Siquidem sine hoꝝ sciētia nullus saluus esse poterit. In vno enim fides ꝛ credulitas christiana continet: in alio quid adorare ꝛ petere adeo debeamus exprimitur. Qꝫ v̄o sine fide nemo potest esse saluus dn̄s ostendit cum dicit. Marci vltimo. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit saluus erit. Nullus aūt credere pōt: quod nescit: nec audiuit. Ait enim Paulus. Quomodo credent ei quez non audierunt? Nec sola sufficit fides in corde: nisi etiam verbis enuntietur: vt idez Apostolus testis est. Corde enim inquit creditur ad iudicium: ore autez confessio fit ad salutem. Ro. x. Nullus autem de stolliditate sensus ꝛ tenuitate ingenij causet: qui hec tam parua sunt vt nemo tam hebes ꝛ barbarus sit: qui hoc discere ꝛ verbis cōibus pronuntiare non

possit. Tam magna vt qui hoꝝ scientia pleniter capere potuerit: sufficere sibi credat ad salutem perpetuam. ¶ Sacerdos ante omnia debet sibi cōmissos ad fidem catholicam firmiter tenendam: ⁊ superstitiones vitandas instruere. Capitulū. vj.

Quia vero fides super omnia incōcusse ⁊ firmiter tenenda est: ⁊ omnia diaboli figmēta ipsi fidei aduersantia ꝓpulsanda sunt: sacerdos admonere populum debet de sortilegijs prestigijs incantationibus obseruationibus tēpoꝝ ⁊ reruꝫ. ¶ Ex concilio bragarensi. Ca. vj. Si qs diuinos ⁊ sortilegos in domū suam introduxerit quasi vt malum foris mittat: aut maleficia inueniat: quinqꝫ annis peniteat. Ex eodem ca. xx. Non licet christianis traditiones gentilium obseruare: vel colere elementa: aut lunam aut stellarum cursum ⁊ inanem signoꝝ fallaciam considerare pro domo facienda: ⁊ ad coniugia socianda. Scriptuꝫ est enim Collo. iij. Omnia quecūqꝫ facitis in verbo aut in opere: in nomine domini nostri iesu christi facite: gratias agentes deo. Si quis auteꝫ hoc fecerit seuerissime corripiatur ⁊ canonice peniteat. Ex dictis beati Ambrosij episcopi. Apostolus dicit. Dies obseruatis ⁊ menses ⁊ tēpora ⁊ annos: timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Gal. iiij. Dies obseruant qui dicunt. Puto crastino proficiscenduꝫ nō est. Post crastinū enim nō debet aliquid inchoari. Et sic solent magis decipi. Hi colunt menses qui cursum lune perscrutant dicētes. Septima luna instrumēta confici nō debent: noua autē luna emptū seruū domū duci non oportet: ⁊ per hec solent facilius aduersa prouenire. Tempora vero obseruant cū dicunt. Hodie veris initiuꝫ est: ⁊ ideo festiuitas est. Et rursum. Postremū est: domū egredi non licet. Annos sic colunt cum dicunt kalendis Januarij nouus annus est: quasi non quottidie annus impleat. Hec superstitio longe esse debet a seruis dei. Si quis in hac perfidia detegitur clerici annum vnum: layci dimidiū peniteant. ¶ Ex concilio bragarensi. cap. xxj. Non licet in collectione herbaruꝫ medicinalium aliquas obseruationes vel incantationes attēdere: nisi tantum cum symbolo diuino ⁊ oratione dominica: vt deus ⁊ dominus noster honoretur. ¶ Ex concilio tiburiensi cap. iij. Si quis manducat aut bibit aut portat super se vnde existimat

dei iudicium peruertere posse ⁊ exinde comprobatus fuerit: eadem sententia feriatur: qua magi ⁊ arioli ⁊ incantatores ferirent. ¶ Ex penitentiali Theodori episcopi. In tabulis vel codicibus sorte futura non sunt requirenda: ⁊ vt nullus in psalterio vel in euangelio vel alijs rebus sortiri presumat: nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus obseruare. ¶ Ex cõcilio agathensi cap. iiij. Perquirẽdum si aliqua femina sit que per quedam maleficia ⁊ incantatiões mentes hominũ se imutare posse dicat: idest vt de odio in amorẽ de amore in odium cõuertat: aut bona hominũ aut dãnet aut rapiat. Talis oĩmodis scopis correpta ex parrochia eijciatur. ¶ Ex concilio augustensi. Admoneant sacerdotes fideles populos vt nouerint: magicas artes incantationesqꝫ quibuslibet infirmitatibꝰ hoium nihil posse remedij conferre: nec animalibus languentibus claudicãtibus vel etiaꝫ moribundis quicq̃ꝫ mederi: sed hec esse laqueos ⁊ insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si qs exercuerit: clericus degradetur: laycus anathematizetur. ¶ Ex dictis beati Augustini. Ligature execrabilium remediorum quas ars medicorum non cõmendat: seu in precantationibus seu in caracteribus: vel in qbuscũqꝫ rebus suspẽdendis atqꝫ ligandis: in quibus oĩbus ars demonuꝫ est ex quadam pestifera societate hoium ⁊ angeloruꝫ exorta vitande sunt christiano: ⁊ omni penitus execratiõe repudiãde atqꝫ dãnande. ¶ Ex cõcilio aurelianensi. ca. iij. Falsa angelorum nomina christiani nõ colant: sed ea tm̃ que prophetica ⁊ euãgelica docet scriptura idest Michael Gabriel ⁊ Raphael. ¶ Sacerdos admonere debet fideles qualiter in ecclesia conuersari debeant: ⁊ qualiter virtutes debeant predicare ⁊ vitia detestari. Capi. vij.

Admonere etiam debent sacerdotes plebem: vt cum reuerentia in ecclesia conuersentur. ¶ Ex concilio turronensi cap. xxxviij. Sacerdotes debent fideles admonere: vt quando ad ecclesiam conueniunt: sine strepitu ac tumultu eam ingrediantur. In qua etiam q̃ꝫdiu orationis causa morantur nequaq̃ꝫ inanes inter se proferant confabulationes: sed tẽpore quo missarũ solẽnia celebrãtur nõ solum ab ociosis ⁊ inutilibus verbis: verum etiam a pernitiosis cogitationibus funditus ab-

Porcarij & bubulci in diebus dñicis audiant missā.

stinendum sit. ¶ Ex concilio turronensi capi. iij. Si enim domus dei orationis domus vocatur: hoc debet esse quod dicitur: nec ibi aliquid geri debet aut recondi. Ubi enim corpus domini conseruatur: ibi angelorū presentia non dubitatur adesse. Ubi sanctorum reliquie recondite venerantur: ne quid inhonestum appareat quod oculos ad orationem venientium offendat: ne quid videatur: quod ad lucrū temporale pertineat: sed omnia sancta: omnia munda: & tantūmodo ad ecclesiasticum ministerium pertinentia. ¶ Ex concilio remensi capi. v. Obseruandum est vt mensa christi: idest altare vbi corpus dominicū consecratur: vbi sanguis eius hauritur: vbi sanctorum reliquie reconduntur: vbi preces & vota populi in conspectu dei a sacerdotibus offeruntur: cum omni veneratione honoretur: & mundissimis lintheis & pallijs diligētissime cooperiatur: nihilq; super eo ponatur nisi capse cum sanctorum reliquijs & quatuor euangelia. Expleta missa calix cum pathena & sacramentorū liber cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub sera recondantur. ¶ Ex concilio remensi capi. v. Item predicādū est de dilectione dei & proximi: de fide & spe in deo: de humilitate: patientia: castitate: benignitate: misericordia: de elemosynis: de confessione: vt fratribus ex corde remittatur: Qui hec & his similia agunt regnum dei consequentur. ¶ Ex eodem concilio capi. iiij. Item predicandum est pro quibus criminibus homines cum dyabolo computantur: que sic apostolus cōnumerat: fornicatio: immunditia: luxuria: idolorū seruitus: veneficia: inimicitie: contentiones: emulationes: ire: rixe: dissensiones: secte: inuidie: homicidia: ebrietates: comessationes: & his similia. Que qui talia agunt regnū dei non consequentur. Et ideo hec cum omni studio prohibeant. ¶ Sacerdotes debent monere porcarios & bubulcos vt saltum diebus festis ad ecclesiam conueniant. Capi. viij. ¶ Ex concilio rothoma. Capitu. v.

Admonere debent sacerdotes plebes subditas sibi: vt bubulcos atq; porcarios vel alios pastores vel aratores qui in agris assidue cōmorantur vel in siluis: & ideo velut more pecudum viuunt in dominicis & in alijs festis diebus saltē vel ad missā faciant vel permittant venire. Nam & hos christus pre-

cioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint: pro animab⁹ eorum absq3 dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem dominus veniens in hunc mundum: non elegit oratores atq3 nobiliores quosq3: sed piscatores atq3 idiotas sibi discipulos adsciuit: vt ostenderet in facto quod ipse verbis in euangelio affirmat dicens. Quod hominibus est altum abominabile est apud deum. Et (salua altiore intelligentia) natiuitas nostri redemptoris primo omnium pastoribus ab angelo nuntiatur.

¶ Sacerdos admonere debet populum vt mane ⁊ vesperi saltem pro se orent: ⁊ pro diuersis plagis occurrētibus. Ca.ix.

¶ Ex concilio aurelianensi. Capitulo decimo.

Item instituēdus est populus vt singulis diebus qui amplius non potest saltem duabus vicibus orent: mane scilicet ⁊ vespere: dicens symbolum ⁊ orationem dominicam: siue. Qui plasmasti me miserere mei. Uel etiaz. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Et deo gratias agere pro quottidiane vite cōmeatibus: ⁊ quia se ad imaginē suam creare dignatus sit: ⁊ a pecudibus segregare. His peractis: ⁊ solo deo creatore adorato sanctos inuocet: vt pro se intercedere apud maiestatez diuinam dignentur. Hec faciant quibus basilice locus prope est: in basilica. Qui vero in itinere aut pro qualibet occasione in siluis aut agris fuerit: vbicūq3 eos ipsa hora matutina vel vespertina inuenerit sic faciant: scientes deum vbiq3 presentē esse: Dicente psalmista. In omni loco dominationes eius. ¶ Ex eodez concilio capi.iiij. Sacerdotes admoneant populum vt elemosynam dent: ⁊ orationes faciant pro diuersis plagis: quas assidue pro peccatis nostris patimur. ¶ Sacerdos docere debet ciues vt festa solēnia in ciuitatibus agant: ⁊ que sint festa de precepto. Capitu.x. ¶ Ex concilio agatensi. Capitulo quinto.

Docendi sunt ciues vt pascha natale domini ⁊ penthecostem in ciuitatibus cum episcopis suis nisi infirmitas impedierit celebrent: accpiēde cōmunionis vel benedictionis gratia. Et qui hoc neglexerit cōmunione priuetur. Que festa celebranda sint sub precepto habetur. ¶ Ex concilio lugdunensi. Capi.iiij. Item pronunciandum est vt sciant tempora feriandi per annum: idest omnem diem dominicam a vespera vsq3

ad vesperam: ne iudaismo capiatur: feriandi vero per annum sunt isti dies. Natalis domini: Sãcti Stephani: Sancti Joã nis euangeliste: Innocentum: Sancti Siluestri: Octaua dñi: Theophania: Purificatio sancte Marie: Sanctũ Pascha cum tota hebdomada: Rogatiões tribus diebus: Ascensio do/mini: Sancti dies pentecostes: Corpus christi: Sancti Joã/nis baptiste. Duodecim apostolorũ: maxime tamen sanctorũ Petri ⁊ Pauli: qui mundum sua predicatione illuminauerũt: Sancti Laurentij: Assumptionis sancte Marie: Natiuitatis sancte Marie: Dedicationis basilice sancti archangeli Mi/chaelis: Dedicatio cuiuscunqꝫ oratorij: ⁊ omnium sanctorum: Sancti Martini: Et ille festiuitates quas singuli episcopi in suis episcopijs cum populo collaudauerint: que vicinis tantũ circũmorantibus inducende sunt: non generaliter omnibus. Relique vero festiuitates per annum non sunt cogende ad fe/riandum nec prohibende. Indictum vero ieiunium quãdo fue rit denunciatũ ab omnibus obseruetur. ¶ Ex concilio apud compendium. Ca. ij. Omnes dies dominicos a vespera in ve/spera cum omni veneratione obseruari decreuimus: ⁊ ab illi/cito opere abstinere: ⁊ vt mercatus in eo minime sit nec placi/tum vbi aliquid ad mortem vel ad penam iudicatur. Nec sa/cramenta iurentur: nisi pro pace facienda. ¶ Sacerdos de/bet monere populum super decimis persoluendis. Capi. xi.

Debet etiam sacerdos populum admonere de decimis deo soluendis sicut dicit sanctus Augustinus: qui in con cilio maguntinensi capi. iiij. allegatur. De decimis Augustinus doctor venerabilis dicit. Decime ex debito requiruntur. Quid si diceret deus. Nempe meus es homo: mea est terra quã co/lis: mea sunt semina que spargis: mea aĩalia que fatigas: meus est solis calor: Et cũ omnia mea sint tu qui minus accõmodas solã decimã merebaris. Sed reseruo tibi nouem: da mihi de/cimã. Si nõ dederis mihi decimã: auferã nouem: Cum itaqꝫ iudaicus populus preceptũ decimarũ tanta diligẽtia obserua/ret: vt de minimis quibusqꝫ olusculis ruta: vꝫ menta ⁊ cimino (vt etiã dñs testat̃) decimas darent: cur nõ maiori studio plebs euangelica eandem impleat iussionẽ: cui ⁊ maior numerus est

sacerdotum: ⁊ sincerior cultus sacramētorꝝ. Ideo ergo dande sunt: vt hac deuotione deus placatus largius prestet que necessaria sunt sicut superius ostendimus. Erunt sacerdotes ac ministri ecclesie cura ⁊ sollicitudine necessitatum corporaliuꝫ: sine quibus hec vita transigi non potest: releuati: vt liberiores fiant ad meditationem diuine legis ⁊ doctrine administrationeꝫ: atqꝫ spiritualis seruitij voluntariam explectionē. Et vt munus populi in quottidiana oblatione domino imoletur: necnō ꝭm statuta canonica in substentationem pauperum ⁊ restitutioneꝫ ecclesiarum proficiat: quatuor partes iuxta canones fieri de fidelium oblationibus debent: vt vna sit episcopi: altera clericoruꝫ: tertia pauperum: quarta restaurationum ecclesiaruꝫ seruetur.

¶ Ex eodem concilio maguntinensi. Ca. xxxviij. Admonemus atqꝫ precipimus vt decime deo omnino dari non negligātur: quas deus ipse dari sibi constituit: qa timendum est vt quisquis deo suum debitum abstrahit: ne forte deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua. ¶ Ex cōsilio nanetensi. ca. clix. Precipiendum ꝭm canonum auctoritatem: vt de sepulchris ⁊ hoibus sepeliendis nihil muneris exigat: nisi forte qui sepelitur viuens iusserit ecclesie in cuius atrio sepelit de suis rebus aliqd tribuere: aut etiam post mortē illi qbus cōmissuꝫ est eius elemosynam facere de rebus illius aliqd dare spōte voluerint. Tamē nullatenus a presbyteris illis aliquid exigat: siue ab illis qui locis ⁊ vicis presunt. ¶ Sacerdos semꝑ debet secum habere sacrum chrisma: ⁊ illud diligēter conseruare: ⁊ in cōuiuiis nuptialibus honeste se habere. Cap. xij. ¶ Ex concilio basensi. c. v.

Nullus presbyterorꝝ in plebe sibi cōmissa sine chrismate vnqꝫ debere ꝓgredi: qa inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autē qui in baptismate quacūqꝫ necessitate faciente nō chrismatus fuerit: in confirmatione sacerdotis perficiat. ¶ Ex concilio apud valentiam. Ca. ij. Presbyteri qui dyocesanas regūt ecclīas nō a qbuslibet epis sed a suo: nec per iuniorē clericū sed per seipsos aut ꝑ illos qui eiusdē ordinis sint ante pasche solēnitateꝫ chrisma petant. ¶ Ex concilio turonensi. Cap. iij. Obseruādum est vt sacrū chrisma ⁊ oleuꝫ cōsecratum semꝑ sub sera sit: ne illud vnde christo incorporamur.

ꝛ vnde omnes fideles sanctificātur: vnde reges ꝛ sacerdotes in/unguntur: aliquis infidelis aut imūdus tangat: aut aliquis per/fidus ad dei iudicium subuertendum surripiat: quod experimē/to didicimus. ¶ Ex concilio neocesariensi. Cap. vij. Presbyterum in nuptijs bigami prandere non conuenit: quia cuꝫ peni/tentia bigamus indigeat: quis erit presbyter qui propter conui/uium talibus nuptijs possit prebere consensum? ¶ Ex dictis beati Augustini. Presbyteri dyaconi vel subdyaconi vel dein/ceps quibus ducendi vxores non est licitum: etiam alienarū nu/ptiaruꝫ euitent cōuiuia: neqꝫ his cetibus admisceant: vbi ama/toria cantant ꝛ turpia: aut obsceni motus corpoꝝ choris ꝛ salta/tionibus offeruntur: ne auditus ꝛ obtutus sacris mysterijs de/putatus turpium spectaculoꝝ atqꝫ verboꝝ cōtagione polluat. ¶ Ex concilio africano. Capi. vj. Pro reuerentia dei ꝛ sa/cerdotuꝫ id vniuersa sancta synodus statuit: vt quia solent cre/bro mensis ociose fabule interponi: in omni sacerdotali conui/uio lectio scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim ꝛ anime edificant ad bonum: ꝛ fabule non necessarie prohibētur. ¶ Ex concilio anthioceno. Capi. xj. Siquis eps aut presby/ter aut quilibet regule subiectus ecclesie preter consiliuꝫ ꝛ litte/ras epoꝝ prouintie ꝛ precipue metropolitani adierit imperato/rem: hunc reprobari ꝛ abijci oportet non solum a cōione: veruꝫ ꝛ ab honore cuius pticeps videt existere. Quia venerandi prin/cipis auribus molestiam tentauit inferre contra leges ecclesie.

¶ Compendiosa admonitio que fit in cōcilijs prouintialibus seu synodis: de vita ꝛ officijs sacerdotum ꝛ clericoꝝ. Cap. xij.

FRatres charissimi consacerdotes ꝛ cooperatores nostri nouit fraternitas vestra nos (lꝫ indignos) locum tenere Aaron: vos aūt Eleazari ꝛ Jthamari: nos fungi vice. xij. apo/stoloꝝ: vosauteꝫ. lxxij. discipuloꝝ. Nos pastores vestros esse: vos autē aiaꝝ vobis cōmissarū. Nos de vobis: vos aūt de ple/bibus vobis cōmendatis dn̄o nostro iesu christo rōneꝫ esse red/dituros: vt in die tremendi iudicij inter bonos dispensatores in/ueniamur. Et ideo charissimi videte periculuꝫ vestrū. ¶ Ad/monemus itaqꝫ ꝛ obsecramꝰ fraternitates vestras: vt q̄ vobis suggeremus: memorie cōmendetis: ꝛ opere exercere studeatis.

In primis igit̄ admonemus ⁊ obsecramus fraternitatē vestrā:
vt vita ⁊ cōuersatio vr̄a sit irreprehēsibilis. ¶ In domib⁹ vr̄is
mulieres non cohabitent. ¶ Omni nocte ad nocturnas horas
surgite. ¶ Officiuȝ vestrū horis certis decantate. ¶ Nullus
vestrū nisi ieiunus missaȝ celebret: ⁊ nō in vestibus cōibus sed sa
cris. Amictu: alba: cingulo: manipulo: stolla ⁊ casula vestimētis
nitidis: que ad alios vsus nō seruiant parati: deuote ⁊ religiose
celebrate: ⁊ in ea corpus ⁊ sanguinē dn̄i cū omni reuerētia ⁊ tre/
more sumite. ¶ Corporalia ⁊ palle ex lino fieri debent ⁊ sint
mundissima: que ⁊ alia linthea ac vasa sacra proprijs manibus
abluite: ⁊ extergite diligenter. ¶ Altare sit coopertuȝ mundis
lintheis saltē tribus diuersis: ad quod nulla femina accedat aut
calicem tangat: ⁊ super altare nihil ponatur nisi reliquie: ac res
sacre ⁊ pro sacrificio oportune. ¶ Missalia: gradualia: lectio/
naria: ⁊ antiphonaria: vestra sit completa ⁊ pfecta. ¶ Ecclesie
vestre bene sint cooperte ⁊ munde. ¶ In sacristijs siue secre/
tarijs aut iuxta altare maius sit locus aptus ad infundendum
aquam ablutionis corporaliū: ⁊ lintheoꝝ: ac vasoꝝ: ⁊ aliarum
rerum sacraruȝ ac manuū postq̄ȝ sanctum chrisma aut oleuȝ ca/
thecuminoꝝ vel infirmoꝝ tractaueritis. Ibiqȝ pendeat vas cū
aqua munda pro lauandis manibus sacerdotū ⁊ alioꝝ qui rem
sanctam ⁊ officium diuinum sunt peracturi: ⁊ prope lintheum
mundum ad illas abstergndum. ¶ Atria ecclesie sint bene mu
nita. ¶ Nullus sine scitu ⁊ consensu nostro per potestatem se/
cularem ecclesiam obtineat. ¶ Nullus ecclesiam ad quam in/
titulatus est dimittat: ⁊ ad aliam questus gratia se transferat.
¶ Nullus plures ecclesias sine titulo ⁊ contra sacroruȝ cano/
num dispositiones nancisci presumat. ¶ Nullatenus etiā vna
ecclesia inter plures diuidatur. ¶ Nullus extra ecclesiam in
locis non consecratis: aut calcaribus indutus: vel cultellis ex/
tra pendentibus celebret. ¶ Nullus alterius parrochianum
nisi itinerantem: ⁊ tunc de rectoris sui licentia ad communio/
nem recipiat. ¶ Nullus in alterius parrochia absqȝ proprij
sacerdotis licentia celebret. ¶ In celebratione quisqȝ cali/
cem ⁊ oblata non circulo aut digitorum vacillatione (vt qui/
dam faciunt): sed iunctis ⁊ extēsis digitis cruce signet: sicqȝ be/

nedicat. ¶ Calix ⁊ pathena sint aurei vel argentei: non erei aut auricalchei vitrei vel lignei. ¶ Quisq3 presbyter clericum habeat vel scholarem: qui cum eo psalmos cantet: epistolam ⁊ lectiones legat ⁊ in missa respondeat. ¶ Ipse quoq3 presbyter infirmos visitet ⁊ reconciliet ⁊ iuxta apostolum ꝓpria manu cõmunicet: ⁊ oleo sancto inungat. ¶ Nullus presumat tradere cõmunionẽ layco aut femine: ad ferendu3 infirmo. ¶ Nullus pro baptizandis infantibus siue adultis: aut infirmis reconciliandis: aut mortuis sepeliendis: premium vel munus exigat. ¶ Per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo ⁊ adultus sine communione pereat. ¶ Nullus vestrũ sit litigiosus aut ebriosus. ¶ Nullus arma ferat. ¶ Nullus canu3 aut auium iocis inseruiat: seu in tabernis bibat. ¶ Quisq3 vestru3 quãtum sapit de euangelio dominico ⁊ ceteris festiuis diebus: sue plebi annuntiet. ¶ Uerbum domini predicate. ¶ Cura3 pauperum ⁊ peregrinoꝝ viduarũ ⁊ orphanoꝝ habete: ipsosq3 peregrinos ad prandium vestrum vocate. ¶ Estote hospitales: alijs exinde bonum exemplu3 prebẽtes. ¶ Singulis diebus dominicis ante missam aqua3 qua populus aspergit benedicite: ad qð vas proprium habetote. ¶ Uasa sacra ⁊ vestimẽta sacerdotalia nolite negotiatori aut tabernario in pignꝰ dare. ¶ Minus digne penitentẽ cuiuscũq3 rei gratia ad reconciliationem non adducite: nec ei recõciliationis testimonium perhibete. ¶ Usuras non exigite. ¶ Nec facultates vestras post ordinationẽ vestram acquisitas alienate: quoniam ecclesie sunt. ¶ Nullus etiam res possessiones aut mancipiu3 ecclesie vendere: cõmutare: aut quocũq3 igenio p̃sumat alienare. ¶ Nullus decimã alterius recipiat. ¶ Nullus penitentẽ carne3 mãducare aut vinum bibere inuitet: nisi pro eo tunc elemosyna3 fecerit. ¶ Quisq3 fontes baptismales lapideos hẽat bene mundos: quos si habere nõ poterit: vas aliud ad hoc opus solu3 deputatum teneat. ¶ Omnibus parrochianis vestris symbolu3 ⁊ orationẽ dominicam ⁊ ieiunia quatuor tempoꝝ ⁊ alia ecclesie mandata significate obseruãda. ¶ Ante quadragesimã quarta feria populum ad cõfessionẽ admonete: ⁊ cõfessis iuxta qualitatem criminu3 penitẽtiam iniungite. ¶ Tribus tẽporibꝰ in

anno:

anno: idest natali domini pasche: ⁊ pentecostes: omnes fideles accedere ad cõmunionem corporis domini nostri iesu christi in-nitate: ⁊ ne desit quin saltim in pascha cõmunicent. ¶ Ceteris temporibus coniugatos ab vxoribus abstinere exhortemini. ¶ Nullus vestrũ rubeis aut viridibus vestib⁹ vtat. ¶ Diem dominicam ⁊ ceteras festiuitates absq; opere seruili a vespera ad vesperam celebrari docete. ¶ Cantus ⁊ choreas mulieruz in atrio ecclesie fieri prohibete. ¶ Incantationes super mor-tuos nocturnis temporibus a vulgo fieri consuetas sub obtesta tione dei omnipotentis vetate. ¶ Cum excõmunicatis nolite cõmunicare: Nec quis vestrum eis vel in eoꝝ presentia celebra-re presumat: qđ etiam plebi nuntiate. ¶ Et ꝙ nullus ex plebe vxorem domuz ducat: nisi prius nuptie temporibus ab ecclesia permissis publice fuerint celebrate. ¶ Q; nullus ad raptã vel consanguineam accedat: aut alterius sponsam ducat: omnibus prohibete. ¶ Porcarios ⁊ alios pastores saltim dominica fa ciatis vocari ad missam. ¶ Patrinos vt filios suos symboluz ⁊ orationem dominicã doceant aut doceri faciant exhortamini. ¶ Sacramentum eucharistie: sanctum chrisma: ⁊ oleuz cathe cuminoꝝ ac sanctum seu infirmorum in ecclesia in loco mundo condecenti ⁊ securo sub sera ⁊ fida custodia diligenter seruate. ¶ Quisq; vestrum expositionẽ symboli ⁊ orationis dominice iuxta orthodoxoꝝ patrum traditiones penes se habeat: easq; ac orationes missarum ⁊ epistolas ⁊ euangelia ⁊ canonez bene intelligat: ex quibus predicando populum sibi cõmissuz sedulo instruat maxime non bene credentem. ¶ Introituz misse: ora tiones: epistolam: graduale: euangelium: symbolum ⁊c̃. non se-creta: alta ⁊ intelligibili voce proferat. Secretas vero ⁊ cano-nez morose ⁊ distincte submissa voce legat. ¶ Psalmoꝝ ver-ba ⁊ distinctiones regulariter cum canticis consuetis intelligibi-liter pronuntiet. ¶ Symbolum Athanasij de trinitate ⁊ fide catholica memoriter teneat. ¶ Exorcismos ⁊ oratiões ad ca-thecuminos faciendos ⁊ reliquas preces super masculum ⁊ fe-minam pluraliter vel singulariter respectiue distincte proferat. ¶ Ordinem baptizandi ⁊ ad succurrendum infirmis: reconci-liationis ⁊ cõmendationis anime: ⁊ in agendis exequijs defun-

ctorum: iuxta modum canonicum obseruet. ¶ Exorcismos et benedictiones salis et aque pertinētes legat. ¶ Cantum diurnum et nocturnum sciat. ¶ Computum etiam minorem ad inueniendum litteram dominicalem: tempus interualli diei pasche: et maiorum mobilium festorum non ignoret. ¶ Martyrologium integrū habeat. Ut per hec et alia bona opera vna cū populo vobis credito ꝑpetua beatitudine ꝑfruamini: Prestāte dño nostro Jesu christo: cui est honor et gloria in secula seculorum.

¶ Expliciunt preambula presentis operis.

¶ Diuisio generalis totius operis.

¶ Prelibatis igitur superioribus ecclesie canonibus personam et officium sacerdotis concernentibus: ad huius libri sacerdotalis partitionem et sectionem deuenire oportet. Qui quidem quēadmodum et pontificalis codex triphariam partitur: et tribus partibus constituitur.

¶ Prima pars continet quemadmodum sacerdos curatus debeat ecclesiastica sacramenta ad eius ministerium pertinētia et illis annexa adiuncta et accidentia debite conficere ministrare: conseruare: et ad salutem animarum exhibere.

¶ Secunda pars continet qualiter sacerdos res ad eius officium spectantes benedicere et sanctificare debeat.

¶ Tertia pars cōtinet qualiter sacerdos processiones et alias cerimonias diuersis temporibus diebus et euentibus accommodas perficere habeat: cum exorcismis demoniacorum: computo ecclesiastico: et cantus breui informatione.

¶ Libri Sacerdotalis de sacramentis per sacerdotem mini/strandis ꝛ de annexis: adiunctis: ꝛ accedentibus ad illa pars prima incipit.

¶ Tractatus primus prime partis libri sacerdotalis de sacra/mento baptismi Incipit.

¶ De triplici baptismo ꝛ eius efficacia. Capitulum primum.



Quia ergo baptismus est ianua fundamētuz ꝛ primus omnium sacramētoꝝ. de cō se.di.iiij.c.cū itaqꝫ. xxxij.dis.§.verum. ꝛ.s.Tho.iij.pte.q. lxvj.ar.vj.ꝛ sine eo non est salus.de cō secra.distin.iiij.ca. firmissime.primuz de eo tractādū est. ¶ Inuenitur aūt triplex baptismus.s.flāminis:sanguinis:ꝛ fluminis: idest aque: vt colligitur de consecra.distin.iiij.c.Baptismi vicem.capi.In summa.ꝛ.c.cathecuminū.j.q.j.c.Firmissime.s.Tho.iij.parte. q.lxvj.ar.xj.ꝛ.xij. ¶ Primus baptismus est flāminis:idest spi ritus sancti.Act.j.Uos autē baptizabimini spiritu sancto: ꝛ est quādo aliquis habet propositū suscipiēdi baptismuz modo de/bito si facultas dabit:ꝛ non per negligentiaz vel cōtemptū illuz dimittit:sed qa non valet ipsum attingere:qm̄ talez defectū sup/plet virtus spūs sancti.de ꝯse.dist.iiij.ca.Baptismi vicem:ꝛ de baptis.ꝛ eius effec.c.debitum:ꝛ sequētibus.ꝛ ibi notat̃ in glo.de presby.nō bapti.ca.Ad apostolicā.Hic autez baptismus delet culpā:ꝛ valet soluz adultis vsum rōnis hn̄tibus. ¶ Secūdus baptismus est sanguinis:idest martyrij.de quo Joan.xij.Ego baptismo habeo baptizari ꝛc̃.Apoc.vij.Dealbauerūt stollas suas in sanguine agni.de ꝯsec.dist.iiij.ca.Cathecumini: ꝛ capi. Baptismi vicem in prin.ꝛ de presby.non bapti.capi.ij.ꝛ.iij.in

fine. Et. s. Tho. in. iiij. sen. dist. iiij. ar. iij. Et iste baptismus sanguinis est quādo quis etiaʒ non baptizatus aqua pro fide christi martyriū patit̄: sicut innocētes ab herode interfecti Matth. ij. Et oratores beate catherine virginis ꝛ martyris: ꝛ sctā emerētiana colactanea beate agnetis. Et iste baptismus delet culpaʒ ꝛ penam: ꝛ ꝓficit nō solum adultis sed etiaʒ paruulis: quādo ob detestationē fidei christiane quā tenebāt eoꝝ parētes occidunt: ſm theologos. Et ſm dn̄m Petrum de palude ordinis ꝑdicatoꝝ ꝛ patriarchā hierosolimitanū in. iiij. sen. puer in vtero m̄ris existens martyrizari pōt. Et ita mulier pregnās pro chr̄o interfecta vna cū prole est martyr. ¶ Tertius est baptismus fluminis idest aque de quo dn̄s Jesus Joā. iij. ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto nō potest introire in regnum dei. Et ibidem venit Jesus in terram iudeā ꝛ baptizabat. Qui qdē baptismus in fide christi ab ecclesia suscipitur ꝛ delet culpam ꝛ penam ꝛ cōfert gr̄aʒ. De summa trini. c. j. in clemē. Et iste cōuenit magnis idest adultis ꝛ paruis. De ꝯse. di. iiij. c. Per aquaʒ. ¶ Ex dictis Fabiani pape. Baptismus grece latine tinctio interpretat̄. Qui idcirco tinctio dicit̄: qa ibi homo spū gratie in melius mutat̄: ꝛ longe aliud q̄ȝ erat efficit̄. Baptizat̄ in noīe patris ꝛ filij ꝛ spūs sci. Sicut in tribus ꝑsonis stat omne verbū: ita hoc sacr̄m ternarius numerus diuinoꝝ noīum idest p̄ris ꝛ filij ꝛ spūs sci efficit hec ille. ¶ Sacerdos igit̄ baptizaturꝰ circa hoc sacr̄m septē ꝯsiderare debet. vʒ.

Institutionem
Materiam
Formam
Ministrum
Personam baptizandam
Ritum baptizandi
Effectum baptismi

¶ De institutione huius sacri baptismi multiplr̄ facta. Ca. ij.

Institutio huius sacri baptismi fuit multiplr̄ fcā. s. Materialr̄ ꝛ icboatiue: quādo chr̄s tactu sue mundissime carnis vim regeneratiuā aquis cōtulit Mat. iij. ¶ Preceptiue: qn̄ dixit nicodemo. Jo. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛc. ¶ Effectiue: quando christus passus est in cruce: ꝛ de latere eius exiuit sanguis ꝛ aqua. Joan. xix. ¶ Executiue: quando christus dixit discipulis. Euntes docete omnes gentes baptizātes eos in nomine p̄ris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti Matthei. xxviij.

¶ Que sit materia sacramenti baptismi. Capitulum tertium.

Materia sacramēti baptismi est aqua simplex elementalis ⁊ naturalis. Que qdez est cōuenientior oībus aliis liquoribus. ¶ Primo quia aqua habet vim refrigerādi ⁊ sanandi. ¶ Secūdo qa est magis cōis ⁊ quasi vbiqz inuenit. ¶ Tertio qa fluxit de latere christi. ¶ Quarto qa spūs sanctus viuificans primo sup aquas apparuit. Geñ. i. Spūs dñi ferebat sup aquas. ¶ Quinto qa christus in aquis baptizatus apparuit. Unde in qualibet aqua naturali pōt fieri baptismꝰ: siue salsa sit: siue dulcis: maris: fluminis: lacus: cysterne: putei: calida vel frigida. Sanctus Tho. iij. pte. q. lxvj. ar. iij. ⁊ iiij. ⁊ in. iiij. sen. dist. iij. q. j. ar. iij. ppter multas rōnes ibi adductas. Non aūt in vino oleo aut alio liquore: qa tales vel similes liquores de latere chri nō exiuerūt. Nec etiaz i aqua artificiata: vt rosacea ⁊ aliis aquis lambicatis: qa nō sunt pprie aque naturales: nec etiam in vrina: sudore: saliua: colera: flegmate: vel aqua ex sale resoluta. In lixiuio vō deficiēte aqua pura: ⁊ in aqua lutosa sꝫ collata: ⁊ in aq̄ pluuiali ⁊ resoluta ex niue: glatie: rore: vel pruina potest fieri baptismus: non aūt cuz niue: glatie rore: vel pruina nō resolutis in aquā: ꝓm eundez vbi. s. ⁊ ꝓm dñm Petrū de palude in. iiij. sen. ¶ Pōt ēt in tpe necessitat̃ fieri in brodio depurato ⁊ nō multū spisso deficiēte aq̄ naturali. Et silr pōt fieri in aqua sulphurea siue balnei. Non aūt in aqua quā alchimiste faciūt ad mutāduz metalla. Tpe vō hiemis ꝓm dñm Albertū magnū ordinis pdicatoꝝ ⁊ epm ratisponēsem dꝫ calefieri aqua nō bñdicta ⁊ misceri aque baptismali ne aq̄ frigida noceat infanti. Hec oīa ex sctō Thoma ⁊ ceteris theologis excerpta sunt. Aqua baptismi debet esse bñdicta ⁊ sacro chrismate nouo pmixta nisi in necessitate. Et cōtrariuz faciēs extra casum necessitatis mortalr peccat. de ɔse. dist. iiij. ca. Si quis: ⁊. s. Tho. in. iiij. sen. ¶ Que sit forma baptismi: ⁊ qualiter in ea posset errare baptizans: Cap. iiij.

Forma sacramēti baptismi est duplex: vna ꝓm ritū orientalium seu grecoꝝ que est ista: vꝫ. Baptizet. N. seruus chri in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūs scti. Et hec forma ab ecclia sustinet. Ex cōcilio florentino sub dño Eugenio papa: iiij. Ubi in bulla Armenoꝝ que incipit. Exultate deo sic habet. Forma baptis-

mi hec est. Ego te baptizo In noie pr̄is ⁊ filij ⁊ spū̄s scti amen. Non tñ negamus qn ⁊ per hec v̄ba: Baptizet̄ talis seruus chr̄i: In noie patris ⁊ filij ⁊ spū̄s sci. Uel baptizet̄ manib⁹ meis talis seruus chr̄i In noie pr̄is ⁊ filij ⁊ spū̄s sci: verū̄ pficiat̄ baptisma. Q.m̄ cum principalis cā̄ ex qua baptisma virtutē̄ hʒ sit sctā̄ trinitas: instrumē̄talis aū̄t sit minister qui tradit exterius sacr̄m: si exprimat̄ actus: qui per ipsuʒ exercet̄ ministrū̄: cū̄ sancte trinitatis inuocatione pficit̄ sacr̄m. Hec ibi. ¶ Alia forma est latinoruʒ seu occidentaliū̄: que est sancte Romane ecclesie: q̄ ꝓm. s. Tho. iij. parte. q. lxvj. ar. v. cō̄plectior est ⁊ conformior verbis chr̄i. s. Docete oē̄s gentes baptizā̄tes ⁊c̄. Matthei. xxviij. que est ista Ego te baptizo in noie pr̄is ⁊ filij ⁊ spū̄s sancti amē̄. De conse. dist. iiij. ca. prima igit̄ circa finē̄. ⁊ ca. siqs presbyter in fi. ⁊ ca. multi in fi. ⁊ ca. ꝓpria circa mediuʒ. ⁊ ca. in sinodo. ⁊ ca. si vera. de baptismo ⁊ eius effec. ca. debitū̄. In qua qdem forma aliqua sunt de substā̄tia sacr̄i aliqua nō̄. De substantia sunt: Te baptizo in noie patris ⁊ filij ⁊ spū̄s scti. Prolatio v̄o ꝑsone baptizantis. s. Ego: non est de substā̄tia: qa si nō̄ diceret̄ esset baptism⁹ verus. Sed in ecclesia latinoꝝ tacens: ly ego: peccaret mortalr̄: qa faceret cō̄tra preceptū̄ ecclesie. de ꝯse. di. iiij. ca. retulerunt. Amen etiaʒ vbi ꝯsueuit dici nullo modo debet pretermitti. Si tñ pretermittat̄ est baptismus: tñ omittens peccat. Et ista forma quocū̄qʒ idiomate ꝓferri pōt. ¶ Nec licet aliqd mutari vel p̄termitti in ista forma baptismi. Que si mutaret̄ ab aliquo volente nouū̄ ritū̄ baptizandi inducere nō̄ esset baptismus. Sed si anteponatur vel postponat̄ aliquid de forma non varians sensum (vt si diceretur) Baptizo te ego in nomine patris ⁊ filij ⁊c̄. est verus baptismus ꝓm. s. Tho. in. iiij. sen. ⁊ in. iij. pte. ¶ Si aū̄t dicatur: Baptizo te in nomine genitoris ⁊ geniti ⁊ ab vtroqʒ ꝓcedentis nihil fit. ¶ Si plures insimul ex necessitate sint baptizandi pōt dici: Ego baptizo vos in noie patris ⁊c̄. ⁊ est ver⁹ baptismus: non tamē̄ debet fieri nisi in necessitate. Tho. iij. pte. q. lxvj. ar. v. ad. iij. Si autē̄ post debitam formā̄ baptismi ex mera deuotione addatur ⁊ beate Marie virginis vel alicuius sancti est baptismus ꝓm eundeʒ in. iiij. sen. ¶ Si verba proferantur corrupte ex defectu idiomatis vel lingue: vt puta in noie patria

⁊ filia ⁊c̃. si nõ maliciose tali modo proferantur est baptismus. de ꝯsec. distin. iiij. retulerunt. ¶ Si vero magna sit interpositio verboꝝ iter v̾ba forme: vt si diceret: Ego te baptizo in noie patris ⁊ multa iterponeret verba vel alia faceret: ⁊ postea subiungeret ⁊ filij ⁊c̃. non esset baptismus. Si vero pauca distantia sit vt si diceret astantibus: Tacete vel excrearet aut spueret est verus baptismus. argu. de consecra. dist. iiij. si nõ sanctificat. ¶ Si autem probabiliter dubitatur de aliquo an sit baptizatus: baptizatur hoc modo. Si es baptizatꝰ nõ te baptizo. Sed si non es baptizatus: ego te baptizo. In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Amen. s. Tho. iij. parte. q. lxvj. ar. ix. ad quartũ.

¶ Quis sit idoneus minister huiꝰ sacramẽti baptismi. Ca. v.

Minister huius sacramẽti est solus sacerdos: q in tali actu debet habere stollam seu orarium ad collum. xxiij. dis. ca. ecclesiastica. In necessitate autẽ quilibet põt baptizare clericus vel laycus: vir siue mulier: pater ⁊ mater: iudeus: paganus: excõicatus: hereticus: ⁊ scismaticus: dũmodo intẽdat facere qđ intẽdit ecclia. dist. xxxij. ca. preter. §. verũ. xxiiij. q. j. ca. subdiaconus. ca. si quez. de sum. tri. ca. firmiter. De baptismo ⁊ eiꝰ effec. ca. de qbus. xxxij. q. iiij. ca. iste. de ꝯsecra. dist. iiij. ca. constat. ⁊ ca. romanus. j. q. j. ca. dictũ est a domino. De ꝯsecra. dist. iiij. a quodam iudeo. s. Tho. ⁊ Petrus de palude in. iiij. sen. Nec debet reiterari dũmodo baptizans seruet formã supradictam. Extra casum necessitatis nulli licet baptizare nisi sacerdoti parrochiano: alias efficeretur irregularis. De cle. nõ ordi. mi. ca. j. Immo sacerdos non debet aliquem baptizare si nõ sit eius parrochianus. xvj. q. j. ca. Interdicimus. s. Tho. iij. parte. q. lxvij. ar. iiij. ad scđm. Dyaconus tamẽ potest solenniter baptizare in extrema necessitate in abscẽtia presbyteri: vel si a presbytero ei iussuz fuerit ꝓpter multitudinez baptizandoꝝ: cum solus sacerdos nõ põt supplere. Nec laycus presente clerico: nec clericus presente sacerdote: nec mulier pñte viro: nec infidelis pñte fideli possunt baptizare ꝫm. s. Tho. Meliꝰ autẽ est baptizari a layco q̄z a sacerdote excõicato heretico vel suspenso. Demon non põt baptizare: sed angelus ⁊ aĩa separata possunt deo permittente. ꝫm. s. Tho. in. iiij. sen. ¶ Nec refert vtrum bonus vel malus

sacerdos baptizet quãtũ ad virtutẽ baptismi: verũtamẽ melius est baptizari a bono q̃ a malo: nõ tñ est melior baptismus a bono q̃ a malo. de cõse. dist. iiij. ca. Inter bonos. ⁊ c. sequentibus. s. Tho. iij. pte. q. lxiiij. ar. j. ad scdz. ¶ Presbyter i pctõ mortali existẽs si solẽniter baptizat peccat mortalr: si aũt ex necessitate nõ peccat. ¶ Si monstrũ baptizanduz est: tutius est baptizare singilatim: qñ apparent duo capita vel duo corpora ⁊c. casu necessitatis ãmoto: ⁊ in scdo dicere. Si nõ es baptizat⁹ ego te baptizo: In noie pris ⁊c. Nullus seipsuz põt baptizare. de cõse. di. iiij. ca. Baptismi. de bap. ⁊ eius effec. ca. Debitũ. Reqrit aũt in baptizante etiã intẽtio baptizãdi: qa in psona ecclesie hoc sacrm ministrat. Si aũt sacerdos vel alia psona baptizans intẽdit hãc personã baptizare siue marem siue feminã est baptizata. Si vo intendit baptizare marem ⁊ est femina vel ecõtra nõ est baptismus. Baptizans aliquez ex ioco si intendit baptizare est baptizatus: tutius tamen est q sub cõditione baptizetur. ¶ Sacerdos pergens ad baptizandum semper debet chrisma secũ portare. de cõse. di. iiij. ca. Nullus ministroꝝ. ¶ Hec omnia suprapo sita excerpta sunt ex sancto Thoma ⁊ ceteris theologis. ¶ Debent autez sacerdotes publice omnes tam viros q̃ mulieres instruere de modo baptizandi. ⁊ forma baptismi: ⁊ de intentione habenda in baptizando aliquez. s. q faciant ꝑm eaz intentionem quã habet ecclesia: vz baptismũ in noie sancte trinitatis. s. patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti conferendo. Et de hoc instruẽde sunt potissimuz obstetrices propter periculum mortis infantiũ ꝑm materiam ⁊ formaz predictas. s. in aqua naturali ⁊ cũ forma verboꝝ vt supra.

¶ Quis debeat baptizari: ⁊ qs non. Ca. vj.

PErsona baptizanda que sit: Et dicitur q oẽs homines mundi tenentur ex necessitate suscipere sacramentuz baptismi. Et ꝑm. s. Tho. etiaz si esset in vtero matris sanctificat⁹: aliter nõ posset saluari iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit. ⁊c. Joã. iij. ¶ Puer in ventre matris existẽs nec apparẽs extra nõ est baptizandus. de cõse. dist. iiij. ca. Si ad matris. s. Tho. in iiij. sen. di. vj. q. j. ar. j. questiũcula. j. ad. iij. Et in scdo casu si vixerit infans ꝑm quosdaz sub cõditione est baptizãdus. ¶ Pueri baptizãdi sunt q̃ totius fieri põt, ꝑpter mortis periculuz: adulti

vero prius per aliqđ tẽpus sunt ꝓbandi ⁊ instruẽdi:ne faciãt in/
iuriam sacro resiliendo a ꝓposito sancto. ¶ Amentes etiaʒ ⁊
furiosi baptizari possunt in fide ecclesie. Sed si habuerint aliq̃
lucida interualla:⁊ nõ petierint baptismũ:baptizari nõ possunt.
Idem dicẽdum est de dormientibꝰ. De bap.⁊ eius effec.ca.ma
iores. ¶ Peccatores in pctõ perseuerare volentes nullo mõ
sunt baptizãdi. Aliter ṽo dicẽdum est de illis qui dolent de pͤte/
rito ⁊ volunt cauere a futuris.s.ꝙ sunt baptizãdi. ¶ Pueri iu/
deoꝝ ⁊ gentiliuʒ ante vsum rõnis inuitis parẽtibus nõ sunt ba/
ptizandi.xxviij.q.j.ca.Judeoꝝ. ¶ Pueri etiaʒ expositi ⁊ inuẽ
ti baptizãdi sunt:si ignorat̃ an sint baptizati. Simiľr oẽs de qbꝰ
dubitat̃ an sint baptizati sunt baptizandi:sed sub cõditiõe.s.Si
nõ es baptizatus. Ego te baptizo in noĩe patris ⁊c̃. Baptizãdi
sunt etiaʒ infantes a mulieribus baptizati sub conditione ꝓpter
eaꝝ ignorãtiam. Non est proijciendus puer in fluuio vel puteo
propter defectum aque vt ibi baptizetur: quia peccaret morta/
liter qui tale quid faceret. Hec omnia ex sancto Tho.⁊ ceteris
theologis in.iiij.sententiarum excerpta sunt. Illis qui in peri/
culo mortis baptizantur: si euaserint omnia fiant in ecclesia:
que alijs fieri sunt consueta: scilicet exorcismi cathecismi ⁊ alia.

¶ De ritu baptismi ⁊ qualiter debeat exhiberi. Capi.vij.

Ritus ⁊ modus baptismi est octuplex. ¶ Primus est de
substantia baptismi circa materiam ⁊ formã ⁊ actuʒ ablu/
tionis. ¶ Secundus est congruitas temporꝝ.s.sabbatum san
ctum pasche ⁊ vigilia pentecostes. De ꝯsec.distin.iiij.ca.Duo
tempora.ca.Proprie.ca.Siquis.ca.de cathecuminis.ca.Si
qui.⁊ ca.Uenerabilis. Sed hoc in pueris propter periculum
non seruatur:ꝺm glo.in dicto ca.Uenerabilis.⁊ etiam vsum ec/
clesie:seruari tamen debet in adultis vt in eadem glo.sed intel/
lige vbi mortis periculum non immineat:vt in ca.Si qui.eadem
distin. ¶ Tertius est exorcismus qui est adiuratio demonum:
qua per diuinam potẽtiam arctãtur:vt exeant a baptizando:ne
impediant eum a susceptione virtutis baptismi ⁊ eius effectus:
⁊ ipsius demonis potentia arctatur:ꝙ non põt ei nocere quãtuʒ
velet. De consecra.distin.iiij.ca.Ante viginti.ca.De hinc.⁊ ca.
Sacerdotes. Et hic fit anteq̃ʒ baptismus ministretur. Et ibi

fiunt plura. ¶ Primo in fronte signatio ⁊ exsufflatio. de ꝯsec. distin. iiij. ca. Postq̃. ca. Sicut nobis. ca. Postea el. j. ⁊ capi. Siue paruulus. Et hec fiunt ad expellendam demonis virtutem. ¶ Secundo benedictio cuꝫ manus impositione ad precludendam viam dyabolo expulso: dicta distinctio. ca. Sacerdotes. ¶ Tertio aures ⁊ nares sputo liniuntur ꝓpter fidei receptionem quãtum ad aures: ⁊ ꝓpter aptitudinem eius contra demoniacas pugnas quãtum ad nares. De vtroqꝫ in ca. Postea el. ij. dicte di. ¶ Quartus est cathecismus. De consecra. distin. iiij. ca. Cathecumini. ca. Baptizandos. cap. Non liceat. Qui quidem cathecismus est instructio baptizandi in fide ⁊ moribus ⁊ vita christiana: qui debet fieri adultis in persona ꝓpria: ⁊ paruulis in persona patrinoꝝ: vt sciat de q̄bus eos habet instruere tempore oportuno. Ideo paruulus dicitur: Credis in deum ⁊c̃. Et patrinus respondet: Credo. s. se daturum operã vt credant. ea. distin. ca. Uos autem. Adulti vero per se debent respondere. De ꝯsecr. distin. iiij. ca. Prima. ca. Paruuli. ⁊ ca. Cum pro paruulis. Et hoc etiaꝫ fit ante baptismũ. ¶ Quintus est inunctio olei sancti. ea. disti. ca. Deinde. ⁊ ca. Prima. ca. Deinde. ca. Uenisti. ⁊ cap. sequentibus. ¶ Sextus est. Aque bñdicte ⁊ sanctificate effusio vel aspersio ẜm doctores vel trina imersio ẜm locoꝝ cõsuetudinẽ: vel etiã vnica: vt in cap. Postq̃ el. j. ca. de trina. ca. ꝓpter. ea. di. ¶ Septimus est trium reruꝫ post baptismũ exhibitio. ¶ Primo chrismatis inũctio in verticem: nõ aũt in fronte: que designat descẽsuꝫ spũs scĩ. ca. venisti. ca. postq̃ el. ij. ca. emersisti. c. accepisti el. j. ⁊ ca. p̃sbr̃is. ea. di. ¶ Scd̃o vestis candida: q̃ significat inocẽtie puritatẽ. ca. post baptismuꝫ. ⁊ ca. accepisti el. ij. ¶ Tertio candela in manu baptizati ponit̃ que significat lumẽ cognitionis: qd̃ hẽre dꝫ baptizatus in bonis sectãdis: ⁊ malis fugiẽdis ẜꝫ theologos. Et nota ꝙ adultis dꝫ p̃cedere cathecismꝰ ante exorcismũ: pueris ỽo ecõtrario ẜm eosdẽ. ¶ Octauꝰ sunt patrini ⁊ matrine de sacro fonte leuãtes. ea. di. in ca. in cathecismo. ca. nõ plures. ⁊. c. in baptismate. Abbas vel monacus vel religiosus nõ possunt esse cõpatres vel patrini in ca. nõ licet. ca. distin. ⁊. xvj. q. j. ca. placuit cõi. Pater ⁊ mater baptizãdi nõ possunt baptizare filium ꝓprium

nisi i casu necessitatis. xxx. q. j. ad limina: nec retinere ad baptis/muz siue leuare de sacro fonte. Verūtñ si hoc ignorāter vel ma/litiose faciunt ꝑpter hoc non sunt separandi. De cogna. spūali. ca. si vir. Unus solus cōpater esse debet: ⁊ pueruz leuare: ⁊ non plures. ca. in cathecismo. ⁊ ca. nō plures. Qui tenet filios suos spūales in moribus instruere ⁊ docere eos Pater noster: Aue maria ⁊ Credo in deuz. De ꝯse. dist. iiij. vos ante oia. Non ba/ptizatus non pōt de fonte leuare aliquē. de ꝯsecra. distin. iiij. ca. in baptismate. Ex decretis Leonis pape apud scm̄ medarduz. Non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant q̄z vnus: siue vir siue mulier. Jn ꝯfirmatiōe quoqz idipsuz fiat. ¶ Ex decretis Jgini pape capi. v. Jn cathecumino ⁊ baptis/mo ⁊ ꝯfirmatiōe vnus pr̄ pōt fieri si necessitas cogit: Non est tñ cōsuetudo romana: sed p singula singuli suscipiunt. ¶ Ex cō/cilio remensi ca. viij. Obseruādnz vt nullus suscipiat infantez in baptismo a sacro fonte anteq̄z idē symboluz ⁊ oronē dñicam cū presbytero decātet. Et tūc p̄sbyter oib⁹ patrinis annūtiet ꝙ de/bitores sint suis filiolis cū ad itelligibilez etatē venerint: hec ea/dez insinuare: hec ibi. ¶ Pōt aūt exerceri baptismus. Primo ter mergēdo. De ꝯsecra. dist. iiij. ca. postq̄z el. ij. ⁊ ca. de trina. ⁊ ca. siqs. ¶ Scdo effundendo aquā sup baptizādū vel semel tñ imergēdo. ea. disti. ca. multi sunt. ca. ꝑpter vitādum. Ut fecit sanctus Laurētius baptizando sanctū Romanū. ¶ Et tertio aspergēdo: sicut fecerūt apl̄i: qui tria millia hoiuz baptizauerūt vna die Actu. ij. ca. Primus modus est melior ⁊ magis vsitat⁹: sed secūdus ⁊ tertius obseruant̄ ꝺm loci cōsuetudinē ⁊ baptizā/doꝝ multitudinē: ⁊ ministri debilitatē: vel periculuz baptizandi. s. Tho. iij. parte. q. lxvj. ar. vij. Et debent simul cōcurrere ablu tio ⁊ forma vboꝝ si fieri potest. s. Tho. iij. parte. q. lxix. ar. iiij.

¶ Quis effect⁹ sequat̄ ex baptismo legitīe suscepto. Ca. viij.

Effectus baptismi est multiplex. j. Caracteris impressio: per quē ascribitur populo dei: ⁊ ꝑpterea non potest reite rari. Omnia crimina ⁊ pene eoꝝ delent̄. de diuor. c. gaudemus. A peccato originali liberat̄. de consecra. distin. iiij. ca. regenerā te. ⁊ capi. sine penitētia. Gratia dei confertur: virtutes augent̄: peccati fomes debilitat̄: membrū christi efficit. De ꝯse. dist. iiij.

capi. Quia passus. Omnis irregularitas preterq̃ ligamine tol/litur. xxxiiij. distin. Siquis viduã: ⁊ iudicis iuste aliquẽ iudicãtis ad mortẽ. dist. xxvj. ca. Deinde. Infamia ois tollit. xxxvj. di. ca. Deinde. j. q. vij. ca. Sigs. Janua paradisi aperit de baptismo ⁊ ei⁹ effectu. ca. Maiores. Tho. iij. pte. q. xxxix. ar. v. ad tertiuz. cap. Nullus sine baptismo põt saluus fieri. xv. q. j. §. firmissime. Hec eadez a. s. Thoma ⁊ sacris theologis in. iiij. tractant diffu/sius. Uide de tota materia baptismi ⁊ alioꝝ sacramẽtoꝝ cõstitu/tionem domini Eugenij. iiij. factam in cõcilio florentino que in/cipit. Exultate deo: ⁊ ẽ ad armenos. ¶ Ordo baptizandi vul/gatus ⁊ iam diu impressus ẜm vsum sancte Romane ecclesie.



Cum venerit infans ante ia nuã ecclesie sacerdos inter roget de noie infantis: ⁊ faciat eũ teneri sup brachio dextro: ⁊ petat de noie. Quo vocaris? Respon/dit patrinus loco infantis. Joã/nes Petrus vel Maria. Tũc sacerdos Joãnes petre vel ma/ria: qd petis ab ecclesia? ℟. Fi/dem. Et sacerdos. Fides quid tibi prestat? ℟. Uitam eternaz. Et sacerdos dicat. Hec est vita eterna: vt diligas dñm deũ tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aĩa tua: ⁊ ex tota mẽte tua: ⁊ ex oibus viribus tuis: hoc est maximum ⁊ primũ mandatũ. Scdm autẽ est sile huic. Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum: ⁊ qd tibi nõ vis fieri: alijs ne feceris. Et dicat tribus vicibus. Postea insufflet in fa/ciem eius ter ⁊ dicat. Exi ab eo imunde spũs: ⁊ da locũ spiritui sancto paraclito. Et dicat tribus vicibus. Deinde cũ police fa/ciat signũ cru✠cis in fronte ⁊ in pectore illius: dicẽs. Accipe si/gnũ sancte cru✠cis taz in fronte q̃z in corde ✠ sume scutũ fidei celestiũ ꝑceptoꝝ: talis esto morib⁹ vt tẽpluz dei iam esse possis. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Orem⁹. Oro.

OMnipotens sempiterne deus pater domini nostri Jesu christi respicere dignare sup famulum tuum. N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cecitatem cordis ab eo expelle disrupe ab eo omnes laqueos sathane qbus fuerat colligatus: aperi ei domine ianuam pietatis tue: vt signo sapientie tue imbutus oium cupiditatum fetoribus careat: vt ad suauem odorem preceptorum tuorum letus tibi in ecclesia tua deseruiat: et proficiat de die in diem: vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. R. Amen.

Tunc exalet calido flatu ter in faciem eius et dicat. Insufflo te cathecumine denuo in virtute spiritus sancti: vt quicquid in te vitij vel malorum est spirituum inuasione: per huius exorcismi misterium gratie sit tibi ipsa virtus purgatio. Oremus. Oratio.

PReces nostras quesumus domine clementer exaudi: vt electum tuum. N. crucis dominice cuius ipressione eum signamus virtute custodi: vt magnitudinis glorie rudimenta seruans: per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

DEus qui humani generis ita es conditor vt sis etiam reformator, ppitiare populis adoptiuis: et nouo testamento sobolem noue prolis ascribe: vt filij promissionis quod non potuerunt assequi per naturam: gaudeant se recepisse per gratiam. Per christum dominum nostrum. R. Amen. Exorcismus salis.

EXorcizo te creatura salis in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis: et in charitate domini nostri Je ✠ su christi: et in virtute spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per deum vi ✠ uum: per deum ve ✠ rum: per deum san ✠ ctum: per deum ✠ qui te ad tutellam humani generis procreauit: et populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari precepit: vt in noie sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te domine deus noster: vt hanc creaturam salis tu domine sanctificando san ✠ ctifices: et benedicendo bene ✠ dicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum. In nomine eiusdem domini nostri Jesu christi: Qui venturus est iudicare viuos et mortuos: et seculum per

ignem. ℞. Amen. Hic sacerdos mittat sal in ore infantis ter dicens. N. Accipe sal sapiētie: qḋ ꝓpitiatus sit tibi dñs in vitā eternam. ℞. Amē. Oratio post datum sal. Oremus. Oratio.
DEus patrum nostroꝝ deus vniuerse conditor veritatis: te supplices exoramus: vt hu͂nc famulu͂m. N. respicere digneris propitius: ꝛ hoc primuȝ pabulum salis gustantem non diutius exurire permittas: quo minus cibo repleat̄ celesti: quatenus sit semper diuino spiritu feruens: spe gaudens: tuo semꝑ nomini seruiēs: ꝛ perduc eu͂m ad noue regenerationis lauacru͂: vt cum fidelibus tuis promissionu͂ tuaru͂ eterna premia cōsequi mereatur. Per christu͂ dñm nr̄m. ℞. Amē. Supradicte orationes dicūtur tam super masculos q̄ȝ super feminas. Sequētes vero dicuntur super masculum tantum. Oremus. Oratio.
DEus habraam: deus isaac: deus iacob: deus qui moysi famulo tuo in monte synai apparuisti: ꝛ filios israel de terra egypti eduxisti: deputans eis angelum pietatis tue: qui custodiret eos die ac nocte: te quesumus domine: emittere digneris sanctum angelum tuu͂ de celis: qui similiter custodiat ꝛ hu͂c famulum tuum. N. ꝛ perducat eum ad gratiam baptismi tui. Per christum dñm nostrum. ℞. Amen. Super masculum.
ERgo maledicte dyabole recognosce sentētiam tuam: ꝛ da honorem deo viuo ꝛ vero: ꝛ da honoreȝ Jesu christo filio eius ꝛ spiritui sancto: ꝛ recede ab hoc famulo dei. N. quia istuȝ sibi deus ꝛ dominus noster Jesus christus ad suam sanctaȝ gratiam ꝛ benedictionē fontēqȝ baptismatis dono vocare dignat⁹ est: ꝛ hoc signum sancte crucis: qḋ nos fronti eius damus tu maledicte dyabole nunq̄ȝ audeas violare. Per eundem christum dñm nostru͂. ℞. Amē. Super masculum. Oremus. Oratio.
DEus immortale presidium: liberatio supplicum: pax rogantium: vita credentiuȝ: resurrectio mortuoꝝ: te inuoco domine super hunc famulum tuu͂. N. qui baptismi tui donu͂ petens: eternam consequi gratiaȝ spirituali regeneratione desiderat: accipe eu͂ȝ domine qui dignatus es dicere: petite: ꝛ accipietis: querite ꝛ inuenietis: pulsate ꝛ aperietur vobis: petenti itaqȝ premium porrige: ꝛ ianuam pande pulsanti: vt eternā celestis lauachri benedictionem consecutus ꝓmissa tui muneris regna

percipiat. Per christum dominum nostrū. ℟. Amen. Ergo maledicte dyabole recognosce sen. vt supra. Sup masculus.

EXorcizo te imunde spiritus in nomine pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spūs ✠ scti: vt exeas ꝛ recedas ab hoc famulo dei. N. Ipse enim imperat tibi maledicte dānate atqꝫ dānande: qui pedibus suis super mare ambulauit: ꝛ Petro mergenti dexteraꝫ porrexit. Qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ amē. Ergo maledicte dyabole. vt supra. Sequentes orationes dicende sunt sup feminam tantū. Oremus. Oratio.

DEus celi: deus terre: deus angelorum: deus archangelorum: deus prophetarum: deus patriarcharum: deus apostolorum: deus martyrum: deus confessorum: deus virginum: deus omnium bene viuentium: deus cui omnis lingua confitetur: ꝛ omne genu flectitur: celestium terrestrium ꝛ infernorum: te inuoco domine super hanc famulam tuam. N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Per christum dominū nostrū. ℟. Amen.

ERgo maledicte dyabole recognosce sententiam tuam: ꝛ da honoreꝫ deo viuo ꝛ vero: ꝛ da honorem Jesu christo filio eius ꝛ spiritui sancto: ꝛ recede ab hac famula dei. N. quia eam deus ꝛ dominus noster Jesus christus ad suam sanctam gratiam ꝛ benedictionem fontemqꝫ baptismatis dono vocare dignatus est: ꝛ hoc signuꝫ sancte crucis ✠ quod nos fronti eius damus: tu maledicte dyabole nunquam audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen.

Super feminam tantum. Oremus. Oratio.

DEus habraam: deus: isaac: deus iacob: deꝰ qui tibi israel de egyptiaca seruitute liberasti: ꝛ per moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti: ꝛ susannam de falso crimine liberasti: te supplices exoramus: vt liberes hanc famulam tuaꝫ. N. ꝛ perducere eam digneris ad gratiā baptismi tui. Per christuꝫ dn̄m nostrū. ℟. Amen. Ergo maledicte diabole. vt supra. Super feminam. Exorcismus.

EXorcizo te imūde spūs ꝑ pa ✠ trē: ꝛ fi ✠ liū: ꝛ spm̄ ✠ sanctuꝫ vt exeas ꝛ recedas ab hac famula dei. N. Ipse enim imperat tibi maledicte dānate qui ceco nato oculos aperuit: ꝛ

quatriduanū lazarū de monumento suscitauit. Ergo maledicte dyabole &c. vt supra. Sup masculus & feminā. Oremus. Oratio.

Eternam ac mitissimā pietatem tuā deprecor domine sancte pater omnipotēs eterne deus luminis auctor & veritatis: sup hunc famulum tuum. N. vt digneris eum illuminare lumine intelligētie tue: munda eum & sanctifica: da ei scientiā verā dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat firmā spem cōsiliū rectū: doctrinā sanctā: vt aptus sit ad pcipiēdā baptismi grām. Per xpm dnm nrm. R. Amen. Super vtrūqz.

Audi maledicte sathanas adiuratus per nomen eterni dei & saluatoris nri iesu christi filij eius: cū tua victus inuidia tremēs gemensqz discede: nihil sit tibi cōmune cū seruo dei. N. iam celestia cogitāte: renūtiaturo tibi & seculo tuo & beate imortalitati victuro: da igitur honorem aduenienti spūi sancto: qui ex summa celi arce descendens perturbatis fraudibus tuis diuino fonte purgatū pectus ✠ idest sanctificatū deo tēplum & habitaculū pficiat: & ab oibus penitus noxijs preteritorū criminū liberatus grās perhēni deo referat semp: & benedicat nomen eius in scla sclorū. Amē. Hic sacerdos tangit caput infantis & dicit.

Nec te lateat sathanas iminere tibi penas iminere tibi tormenta: iminere tibi diē iudicij diēqz supplicij sempiterni: diē qui venturus est velut clibanus ardēs: in quo tibi atqz vniuersis angelis tuis eternus supueniet interitus. Proinde dānate atqz dānande da honorē deo viuo & vero: da honorem Jesu christo filio eius & spūi sancto: in cuius noie atqz virtute ego pcipio tibi quicūqz es spūs imunde vt exeas & recedas ab hoc famulo dei. N. quē hodie deus & dns noster Jesus chrs ad suā sanctā gratiā & benedictionē fontēqz baptismatis dono vocare dignatus est: vt fiat ei templum per aquā regenerationis in remissionē oiū peccatorū. In noie eiusdem dni nostri iesu christi: qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignē. Postmodū sacerdos legat euāgeliū sequēs. Dns vobiscum. R. Et cū spū tuo. Sequentia sancti euāgelij sm Matthem.

In illo tempore: Oblati sunt paruuli ad Jesū vt manus eius imponeret & oraret. Discipuli autē increpabant eos. Jesus aūt ait eis. Sinite paruulos: & nolite phibere eos ad me venire.

venire. Taliū est enim regnū celorum. Et cum iposuisset illis man⁹: abijt inde. Deinde sacerdos introducit eū in ecclesiam dicendo.

Ingressusq3 ecclesiam dei euasisse te laqueos mortis letus agnosce: horresce idola: respue simulachra: cole deum patrem omnipotentē et Jesum christum filium eius cum spiritu sctō: qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignē. Postq3 peruenerit sacerdos ad medium ecclesie ponunt infantem in pauimēto et dicto Pater nr̄ et Credo in deū. eleuāt puerū: et sacerdos cum sputo suo tangit aures et nares infantis dicens.

Effeta quod est adaperire aures et nares in odorem suauitatis. Tu autem effugare dyabole appropinquabit enim iudicium dei. Tunc sacerdos interroget tenentem puerum de noīe eius: et postea dicat. N. Abrenuntias sathane. R. Abrenuntio. Sacerdos. Et omnibus operibus eius. R. Abrenūtio. Sacerdos. Et omnibus pompis eius. R. Abrenuntio. Sacerdos policem in oleo sancto intingens vngat pectus infantis et scapulas faciens signum crucis cum police et dicat ad eum. Et ego te lineo oleo salutis pectus et scapulas in christo Jesu domino nostro: vt habeas vitam eternam et viuas in secula seculorum. Amen. Et venientes super fontem sacerdos interrogat nomen pueri dicens. Quo nomine vocaris? Et responso tali. scilicet Petrus vel maria. Iterum interrogat sacerdos. N. credis in deum patrem omnipotentē creatorem celi et terre? R. Credo. Et sacerdos. Credis et in Jesum christum filium eius vnicum dominum nostrum natum et passum? R. Credo. Et sacerdos. Credis et in spiritum sanctum sanctam ecclesiam catholicam sanctorum cōmunionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem. Et vitam eternam? R. Credo. Deinde sacerdos iterum interrogat nomen pueri et dicit. Petre vel Maria vis baptizari? R. Volo. Tūc sacerdos accipiat puerum diligenter et baptizet eum sub trina immersione sanctissimam trinitatem semel inuocans: vel effundendo aquam super caput pueri sm̄ consuetudinem loci illius inuocato prius nomine pueri dicendo. Petre vel Maria Et ego te baptizo in nomine patris ✠ et semel immergat: et fi ✠ lij et secundo immergat: et spiritus ✠ sancti. Amen. et tertio immergat. Et cum

surrexerit de fonte sacerdos facit signum crucis de chrismate in vertice eius dicens hanc orationem. Oremus. Oratio.

DEus omnipotēs pater dñi nostri iesu christi qui te regenerauit ex aqua ꝛ spiritu sancto: quiqꝫ dedit tibi remissionem oīum peccatoꝝ: ipse te liniat chris ✠ mate salutis in christo iesu dño nostro: vt habeas vitā eternā ꝛ viuas ī secula seculoꝝ. Amen. Deinde sacerdos ponat lintheū sup caput pueri dicēs.

ACcipe vestem candidam sanctam ꝛ imaculataꝫ: quā perferas ante tribunal domini nostri Jesu christi vt habeas vitam eternam ꝛ viuas in secula seculorum. Amen. Deinde sacerdos det candellam accensam in dextera manu pueri dicens.

ACcipe lampadem ardentem irreprehensibilem: custodi baptismum tuum: serua dei mandata: vt cuꝫ dominus venerit ad nuptias possis occurrere ei vna cum omnibus sanctis in aula celesti habeasqꝫ vitam eternam: ꝛ viuas in secula seculorum amen. Uade in pace: ꝛ dominus sit tecum. Amen.

¶ Ordo prescriptus in diuersis libellis baptismalibus impressus fuit ꝛ vulgatus cum titulo ſm consuetudinem sancte Romane ecclesie. Uerūtamen ego recensens libros antiquos ꝛ nouos de hac materia tractantes in sacra bibliotheca apostolica nusq̄ꝫ inueni talem ordineꝫ ſm dictam ecclesiam: sed in libro nouo quo sanctitas dñi nři Pape vtitur in diuinis reperi sequentem ordinem inscriptum ſm consuetudinem sancte Romane Ecclesie. Positus igit̄ hic fuit vterqꝫ modus in omnibus Satisfiat.

¶ Ordo ad cathecuminũ faciendum & baptizandum puerũ masculum s̃m consuetudinem sancte Romane ecclesie habitus ex libro quo vtitur sanctissimus dominus noster Papa in diuinis. Et hic idem ordo seruatur in patriarchatu Venetiarum.



Cum venerit ĩfans ante ianuam ecclesie interroga nomẽ eius: & dic hec verba. Si qs cathecumin⁹ est: secedat. Si qs cathecumin⁹ ẽ: iude⁹ vel hereticus: secedat. Si qs cathecuminus ẽ sebelianus vl' heretic⁹ aut iude⁹: secedat. Interroga nomen et dic. Joanes vel N. quid desideras? Respondet. Fidem. Interrogat. Fides qd tibi prestat? R. Vitã eternã. Interrogat. Quis tibi daturus est eã. R. Deus pr & dñs iesus chřs cũ sctõ spiritu. Deinde insufla in faciem ei⁹ ter in modũ crucis & dic. Exorcismus.

Impero tibi imunde spiritus in nomie pa ✠ tris: & fi ✠ lij: & spiritus ✠ scti: vt exeas & recedas ab hoc plasmate dei. Interroga qd nomen vult imponere ei & annunciet nomen & dicat. Famule dei. N. qd vis fieri? Respondet. Christianus. Interroga. Abrenuntias sathane? R. Abrenuntio. Interroga. Et oibus operibus eius? R. Abrenuntio. Interroga. Et oibus pompis eius? R. Abrenũtio. Et postea dicat sacerdos hec verba. Et iste sit felix: in nomine pa ✠ tris: & fi ✠ lij: & spiritus ✠ sancti. Amẽ. Deinde dicat. Deus in adiutorium meũ intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. &c. Sicut erat &c. Kyrieleison. Christel'. Kyriel'. Dominus vobiscum. R. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oro. Cathecismus.

Deus noster qui nos ad imaginem suam plasmare dignatus est sic ait per moysen famulum suum: non auguriaue/

ris: non mechaberis: non falsum testimonium dixeris: honorez
habebis patri ꝛ matri tue: diliges proximū tuum sicut teipsum:
ꝛ quod tibi non vis fieri: alijs ne feceris: ista sunt precepta dei
que gentilem populum ad ecclesiam dei venientem vnūquēqz
oportet obseruare. Per eum qui venturus est iudicare viuos
ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen.
Famule dei. N. accipe signum cru ✠ cis tam in fronte q̄z
in cor ✠ de sume fidem celestem: talis esto moribus vt templuz
dei esse iam possis: ingressusqz ecclesiam dei euasisse te laqueū
mortis letus agnoscas: horrescas idola: respuas simulachra
colas deum patrem omnipotentem ꝛ Jesum christum filium
eius: qui viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ. ℟. Amen.
Deprecor te dn̄e sancte pater omnipotēs eterne deus: vt
huic famulo tuo qui seculi huius nocte vagatur incertus ꝛ du-
bius: viam veritatis ꝛ agnitionis tue iubeas demonstrare: qua-
tenus reseratis oculis cordis sui te vnum deum patrem in filio
ꝛ filium in patre recognoscat cum sancto spiritu: atqz huius cō-
fessionis fructum ꝛ hic ꝛ in futuro seculo percipere mereatur.
Per eundez chr̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Seqtur exorcismus.
Exorciso te omnis spiritus imūde in nomine dei ✠ patris
omnipotentis: ꝛ in nomine Jesu ✠ christi filij eius domi-
ni iudicis nostri: vt discedas ab hoc plasmate dei: quem domi-
nus noster ad templuz sanctū suum vocare dignatus est: vt fiat
templuz dei viui: ꝛ spiritus sanctus habitet in eo: in nomine dei
pa ✠ tris omnipotētis: ꝛ in nomine chri ✠ sti filij eius ꝛ spūs ✠
sancti: qui filius venturus est in maiestate patris iudicare viuos
ꝛ mortuos ꝛ seculuz per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
Deus qui perdita reparas ꝛ reparata conseruas: deus
qui proprio gentilitatis crimine euaso ꝛ serpentis cara-
ctere deleto signari hominem nominis tui titulo precepisti: su-
scipe quesumus hunc famulum tuū: atqz eum inter plebis tue
numerum commisce. Per chr̄m dn̄m nr̄m. Oremus. Oratio.
Domine deus celi ꝛ terre maris ꝛ omniuz elemētoꝝ crea-
tor: qui aspectu tuo illuminas vniuersam faciē terre illu-
mina vultuz tuū sup hunc famulum tuū. N. cathecuminū: quez
hodierna die ad templuz sanctū tuū vocare dignatus es: infun-

de in eum scientiam pietatis tue: accipe hunc domine et aperi ei ianuam iustitie tue: da illi misericordiam tuam pietatisque munus largire: et per lauachrum regenerationis tue perduc eum ad gratiam spiritualem: vt nobiscũ pariter tibi deo patri omnipotenti laudes et gratias referat: Induceum domine in viam veritatis: doce eum iustificationes tuas: per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen.

Consigna eum in fronte police dicens.

Signo tibi frontem ✠ vt suscipias crucem dñi. In auribus.
Signo tibi aures ✠ vt audias diuina precepta. In oculis.
Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem dei. In naribus.
Signo tibi nares ✠ vt odorem suauitatis sentias. In ore.
Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vite. In pectore.
Signo tibi pectus ✠ vt credas in deum. In scapulis.
Signo tibi scap'las ✠ vt suscipias iugũ s'ui. ei⁹. In toto corpe.
Signo te totum in noĩe pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spũs ✠ sci: vt habeas vitã eternã et viuas in scl'a scl'oꝝ. ℟. Amẽ. Oremus. Oro.

OMnipotens sempiterne deus pater domini nostri Jesu christi respicere digneris super hunc famuluz tuũ. N. quẽ ad rudimenta fidei vocare dignatus es: oẽm cecitatez cordis ab eo expelle disrumpe omnes laqueos sathane qbus fuerat alligatus. Aperi ei domine ianuam pietatis tue vt sale sapiẽtie tue imbutus oium cupiditatum fetoribus careat: et suauem odorem preceptoꝝ tuoꝝ letus in ecclesia tua sentiat et proficiat de die in diem: vt idoneus efficiat' accedere ad gratiaz baptismi tui percepta medicina. Per eundem dñm nostrũ Jesuz chr̃m qui venturus est iudicare viuos et mortuos et sclm per ignez. ℟. Amen.

PReces nostras quesum⁹ domine clementer exaudi: et hũc electũ tuum. N. cru ✠ cis dñice cuius impressione signamus virtute custodi: vt magnitudinis glorie rudimenta seruãs: per custodiaz mãdatoꝝ tuoꝝ ad regenerationis gloriaz puenire mereatur. Per chr̃m dñm nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui humani generis ita es conditor vt sis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis: et nouo testamento sobolem noue prolis scribe: vt filij promissionis qd non potuerunt assequi per naturam gaudeant se recepisse per grãz.

Per christum dñm nostruꝫ. ℟. Amen. Exorcismus salis.

E Xorcizo te creatura salis in nomine dei pa ✠ tris omnipo
tentis: ⁊ in charitate domini nostri Jesu ✠ christi: ⁊ in vir-
tute spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per deum ✠ viuũ: per deum
✠ verum: per deum ✠ sanctum: qui ad tutellam humani gene-
ris procreauit: ⁊ populo venienti ad credulitatē per seruos suos
cõsecrari precepit. Proinde rogamus te domine deus noster:
vt hec creatura salis in nomine sancte trinitatis efficiatur saluta
re sacramentuꝫ ad effugandum inimicum: quod tu domine san-
ctificando sancti ✠ fices: benedicendo bene ✠ cas: vt fiat omni-
bus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus
eorum in nomine domini nostri Jesu christi: qui venturus est
iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.
Postea accipe sal digito cum tua saliua: ⁊ pone in ore infantis:
⁊ dic. Famule dei. N. accipe sal sapientie: qui propitiatius sit
tibi in vitam eternam. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

D Eus patrũ nostroꝝ vniuerse cõditor veritatis te suppli
ces exoramus: vt hũc famulum tuũ respicere digneris ꝓpitius:
⁊ hoc primũ pabuluꝫ salis gustantē nõ diutius esurire ꝑmittas:
quo minus cibo reficiat celesti quatenꝰ sit deo sempꝑ spiritu fer-
uens: spe gaudens: tuo sempꝑ nomini seruiēs: perduc euꝫ dñe ad
noue regenerationis lauacrũ: vt cũ fidelibꝰ tuis ꝓmissionũ tuaꝝ
eterna ꝑmia ꝯsequi mereat. Per chr̃m dñm nostrũ. ℟. Amē.
Interrogat sacerdos nomen infantis ⁊ dicat. Famule dei. N.
igredere in tēpluꝫ dei viui: vt habeas ptē in prima resurrectiõe:
cũ sctis ⁊ electis dei. Et itroducat eũ in ecclīã dato capite stolle
eũ baiulanti: ⁊ sic ꝓcedendo dicat hãc oṙonē. Oremus. Oratio.

P Reces nostras q̃s domine clementer exaudi: ⁊ hunc ele-
ctum tuũ crucis dñice: cuius euꝫ impressione signa ✠ mus
virtute custodi: vt agnitionis tue rudimēta seruando per custo-
diam mandatoꝝ tuoꝝ: ad regenerationis gloriaꝫ peruenire me-
reatur. Per christum dñm nostrũ. ℟. Amen. Finita oratione
ponat infans in pauimento ecclesie: ⁊ dicat. Oremus. Oratio.

D Eus qui humani generis ita es cõditor: vt sis etiaꝫ refor
mator: ꝓpitiare famulo tuo. N. adoptiuo per gratiã tuã
⁊ noui testamenti sobolem noue ꝓli ascribe: vt filij promissio-

nis qđ non potuerunt assequi per naturam: gaudeant se acce-
pisse per gratiaz. His ita finitis alius vel idem patrinus tenēs
infantez stet genuflexus: ꝛ dicat presbyter. Ora electe: flecte ge-
nua: ꝛ dic Pater noster: Leua: comple orationē tuā: ꝛ signa euz
ꝛ accede ad benedictionē. Tunc patrinus surgēs infantē signo
crucis signat. Et sacerdos subiungit dicēs. Oremus. Oratio.

Deus habraā: deus isaac: deus iacob: deus qui moysi fa-
mulo tuo in monte synai apparuisti: ꝛ filios israel de ter-
ra egypti eduxisti: deputās eis angeluz pietatis tue: qui custodi-
ret eos: die ac nocte: te quesumus dn̄e: ꝛ rogamus: vt mittere di-
gneris sanctū angelum tuū de celis: qui custodiat hūc famulum
tuū: ꝛ perducat eū ad gloriā baptismi tui. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte dyabole recognosce sentētiaz tuam: ꝛ da
honorē deo viuo ꝛ vero: da honorez Jesu chr̄o filio eius:
ꝛ spiritui sancto paraclito: ꝛ recede ab hoc famulo dei: qa istuz
sibi deus ꝛ dn̄s noster iesus chr̄s ad suā sanctā gr̄az ꝛ bene ✠ di-
ctionez: fontēqꝫ baptismatis dono sue gr̄e vocare dignatus est:
per signū sancte cru ✠ cis: qđ nos in frontē eius damus: tu ma-
ledicte dyabole nunq̄ꝫ audeas violare: sed dānatꝰ in eternū ma-
nes ab eo repulsus. Per eum qui vēturus est iudicare viuos ꝛ
mortuos ꝛ seculum ꝑ ignē. ℟. Amē. Item dicat. Ora electe:
flecte genua: ꝛ dic Pater nr̄: leua: ꝛ cōple orōnē tuā: signa illū:
ꝛ accede ad benedictionem. Tunc patrinus vt supra genufle-
ctit: ꝛ surgit: ꝛ signat infantem. Et sacerdos. Oremus. Oratio.

Deus imortale presidium oīum postulantium: liberatio
supplicum: pax rogantium: vita credentium: resurrectio
mortuoꝝ: te inuoco dn̄e sup hūc famuluz tuū. N. qui baptismi
tui donum petens eternam consequi gr̄am spirituali regenera-
tione desiderat: accipe hunc dn̄e qui dignatus es dicere: petite ꝛ
accipietis: querite ꝛ inuenietis: pulsate ꝛ aperietur vobis: petē-
ti itaqꝫ premium porrige: ꝛ ianuam pande pulsanti: vt eternam
celestis lauari benedictionē cōsecutus promissa tui muneris re-
gna ꝑcipiat. Per chr̄m dn̄m nostrū. ℟. Amen. Exorcismus.

Audi maledicte sathanas adiuratus per nomen eterni dei
ꝛ saluatoris nostri filij eius: cuz tua victus inuidia tremēs
fugensqꝫ discede: nihil tibi sit cōmune cuz seruo dei iam celestia

cogitāti:renunciaturo tibi ac seculo tuo ⁊ beate imortalitati vi/
cturo. Da igit honorē aduenienti spiritui sancto:qui ex summa
celi arce descēdens:pturbatis fraudibus tuis:diuino fonte pur/
gatum pectus:idest sanctificatū deo templuz: ⁊ habitū pficiat: ⁊
ab oībus penitus noxis preteritoꝝ criminum liberatus:seruus
dei gratias perenni deo referat semp: ⁊ benedicat nomen eius
sanctū in secula seculoꝝ. ℟. Amē. Item dicat. Ora electe:fle/
cte genua: ⁊ dic Pater noster:leua: ⁊ cōple orationē tuā: ⁊ signa
illum: ⁊ accede ad benedictionē. Tunc patrinus vt supra genu/
flectat:leuat: ⁊ signat infantem. Et sacerdos dicit exorcismum.

EXorcizo te imunde spiritus in nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij:
⁊ spūs ✠ sci:vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei. Ipse
enim tibi imperat maledicte dānate:qui pedibꝰ suis super mare
ambulauit: ⁊ Petro mergenti dexteram porrexit. Sequitur.

ERgo maledicte dyabole recognosce sententiaz tuam ⁊ da
honorem deo viuo ⁊ vero:da honorem Jesu christo filio
eius: ⁊ spiritui sancto paraclito: ⁊ recede ab hoc famulo dei:qa
istum deus ⁊ dn̄s noster iesus christus ad suam sanctā gratiam ⁊
benedictionem fontēqz baptismatis dono sue gratie vocare di/
gnatꝰ est:per signū sancte cru ✠ cis:qd nos in frontē eius damꝰ:
tu maledicte dyabole nunq̄ʒ audeas violare: sed dānatꝰ in eter/
num maneas:ab eo repulsus. Per eū qui vēturus est iudicare
viuos ⁊ mortuos ⁊ seculuz p ignē. ℟. Amen. ¶ Incipit offm̄
abrenūciationis: ⁊ cathecismꝰ. ¶ Presbyter primo ponit ma
num super infantē ⁊ dicit sequētez orationē. Oremus. Oratio.

ETernam ac iustissimaz pietatē tuam deprecor dn̄e sancte
pater omnipotēs eterne deus luminis ⁊ veritatis:sup hūc
famulum tuum. N. vt digneris euz illuminare lumine intelligē/
tie tue:munda eū: ⁊ sanctifica:da ei sciētiaz verā:vt dignꝰ efficiat
accedere ad gratiaz baptismi tui:teneat fidem firmaz:spem cer/
tam:cōsilium rectum:doctrinā sanctā:vt aptus sit ad pcipiēdaz
gratiaz tuā. Per eū qui tecum ⁊ cū spiritu sancto viuit ⁊ regnat
in secula seculorum. ℟. Amen. Quo facto qui tenet infantem
dicat cum presbytero symbolum apostoloruz ⁊ Pater noster.

CRedo in deum patrem oīpotentē:creatorem celi ⁊ terre.
Et in iesum christum filiuz eius vnicum dominū nostrū.

Qui cõceptus est de spiritu scõ: natus ex maria virgine. Passus sub pontio pilato: crucifixus: mortuus: ⁊ sepultus. Descẽdit ad iferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascẽdit ad celos: sedet ad dexterã dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in spũm sanctũ: sanctã ecclesiam catholicam. Sanctorum cõmunionem: ⁊ remissionẽ peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam eternam. Amen.

Pater noster qui es in celis: sctificet nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat volũtas tua: sicut i celo ⁊ i terra. Panẽ nr̃m q̃tidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̃a: sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ nr̃is. Et ne nos iducas i tẽtationẽ. Sed libera nos a malo: Amẽ. Deinde sequatur exorcismus.

Nec te lateat sathanas iminere tibi tormenta: iminere tibi diez iudicij: diez supplicij: diez q vẽturꝰ est velut clibanus ardẽs: in quo tibi atq̃z vniuersis angelis tuis eternꝰ veniet interitus. Proinde dãnate da honorez deo viuo ⁊ vero: da honorem Iesu chr̃o filio eius: ⁊ spũi scõ. In cuius noĩe atq̃z virtute p̃cipio tibi quicũq̃z es spũs imunde: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei: quẽ hodie dñs noster Iesus chr̃s ad suam sanctã gratiam ⁊ benedictionẽ fontẽq̃z baptismatis dono sue gr̃e vocare dignatꝰ est: vt fiat eius templuz per aquã regenerationis in remissionez oĩuz peccatorꝝ: In noĩe eiusdẽ dñi nr̃i iesu chr̃i: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde sacerdos saliua oris sui tãgat nares: ⁊ aures eiꝰ: dicẽs.

Effeta: qd̃ est adaperire nares ⁊ aures in odorem suauitatis. Respondeat qui tenet infantez. Effeta. Et p̃sbyter. In odorẽ suauitatis. R̃ndeat qui tenet infantẽ. Effeta. Et presbyter. Tu aũt effugare dyabole: appropinquabit eniz iudiciuz dei. Et r̃ndeat q tenet infantez iterꝝ ⁊ dicat. Effeta. Postea interrogat sacerdos nomen infantis ⁊ dicit. Famule dei. N. abrenuntias sathane. R̃ndet. Abrenũtio. Et presbyter. Et oĩbus opibꝰ eius. ℟. Abrenũtio. Et p̃sbyter. Et oĩbꝰ põpis eiꝰ: ℟. Abrenũtio. Deinde sacerdos liniat ĩfantẽ de oleo scõ cathecuminorꝝ in pectore: ⁊ in scapulis: cũ police in modũ crucis ⁊ dicit.

Ego te linio oleo salutis in pectore: ⁊ in scapulis: in nomine domini nostri iesu christi: in vitam eternaz. Pax tibi.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Et preſbyter. Recede imunde ſpūs: ⁊ da locuꝫ ſpiritui ſancto. Et tenens manum ſacerdos ſuper caput infantis: dicit ſequentem orationem. Oremus. Oratio.

FAmulum tuum q̄s dn̄e ad tui baptiſmi gratiaꝫ recurrēteꝫ reſpicere ⁊ cōſeruare in tuo nomine digneris: ⁊ quicq̄d in eo per originalis pc̄ti trāſgreſſionē pene obnoxiū dyabolus detinebat: ſacri fontis idulgētia reſoluat: veteris hoīs exuuias deponat: ⁊ noue vite indutꝰ amictu reſurgat: oīa neqſſimi ſpūs ab eo venena depelle: ⁊ ſalutarem baptiſmi grāꝫ adimple: vt in tui muneris ꝑceptiōe in eterna vita valeat exultare. His peractis accedāt ad fontes. Seqt̄ bn̄dictio fontis ſi fons nō eſt bn̄dictꝰ: ⁊ fiant letanie. Si vo fons ē bn̄dictꝰ ꝓtermittat̄ letania: ⁊ ſacerdos iterroget nomē infantis. N. credis in deū patreꝫ. vt infra.

KYrieleiſon. Chriſteleiſon. Kyriel'. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Pater de celis deꝰ:	miſe. nobis.
Fili redemptor mundi deus	miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus	miſerere nobis.
Sancta trinitas vnus deus	miſerere nobis.
Sancta maria	ora pro nobis.
Sancta dei genitrix	ora.
Sancta virgo virginum	ora.
Sancte michael	ora.
Sancte gabriel	ora.
Sancte raphael	ora.
Omnes ſancti angeli ⁊ archangeli	orate.
Sancte ioannes baptiſta	ora.
Omnes ſancti patriarche ⁊ prophete	orate.
Sancte petre	ora.
Sancte paule	ora.
Sancte andrea	ora.
Sancte iacobe	ora.
Sancte ioannes	ora.
Sancte marce	ora.
Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſte	orate.
Sancte ſtephane	ora.
Sancte laurenti	ora.

Sancte vincenti ora.
Sancte christophore ora.
Sancte victor ora.
Sancte sebastiane ora.
Sancte petre ora.
Omnes sancti martyres orate.
Sancte siluester ora.
Sancte gregori ora.
Sancte augustine ora.
Sancte nicolae ora.
Omnes sancti pontifices et confessores orate.
Omnes sancti doctores orate.
Sancte benedicte ora.
Sancte antoni ora.
Sancte dominice ora.
Sancte Thoma ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte francisce ora.
Omnes sancti monachi et eremite ora.
Sancta maria magdalena ora.
Sancta catherina ora.
Sancta cecilia ora.
Sancta vrsula ora.
Sancta catherina senensis ora.
Omnes sancte virgines et vidue orate.
Omnes sancti et sancte dei orate.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrieleison.
Christeleison.
Kyrieleison.
Pater noster. Et ne nos inducas in tenta. Exorcismus aque.

Exorcizo te creatura aque per deum ✠ viuum: per deuz ✠ verum: per deum ✠ sanctum: per deuz totius dulcedinis creatorez: qui te in principio verbo separauit ab arida: et in quatuor fluminibus diuidens: totaz terram rigare precepit. Adiuro te per Jesum christum filium eius vnicum dñm nostruz: vt effi-

ciaris in eo qui in te baptizandus est regenerans cum deo patre ꝛ eodem filio ꝛ spiritu sancto: qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat deꝰ per oīa secula seculoꝝ. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

D Omine sancte pater omnipotens eterne deus aquarum spiritualium sanctificatoꝛ: te supplices depꝛecamur: vt ministerium humanitatis nostre respicere digneris pꝛopitius: ꝛ super has aquas abluendis ꝛ viuificandis hominibus pꝛeparatas angelum sanctitatis emittas: quo peccatis vite pꝛioꝛis abluti reatuqꝫ deterso purum spiritui sancto habitaculum vim regenerationis pꝛocuret. Per dn̄m nostrum iesum chꝛistū filium tuum: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiusdem spiritꝰ sancti deus. Per omnia secula sc̄loꝝ. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

E Xaudi nos omnipotens deus: ꝛ in huius aque substantia tuam misce virtutem: vt abluendi per eam sanitatē simul ꝛ vitam mereantur eternam. Per dominum nostrum Iesum chꝛistum filium tuum: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amē. Postea sacerdos infundat chꝛisma in aqua in modum crucis: dicens.

F Ecundetur ꝛ sanctificetur fons isto hoc salutifero chꝛismate: In noīe pa ✠ tris: ꝛ fi ✠ lij: ꝛ spiritus ✠ sc̄ti. Amē. Et misceat cū manu. Deinde interrogat pꝛesbyter noīē infantis ꝛ dicat. N. Credis in deum patrem omnipotentem creatorem celi ꝛ terre? ℟. Credo. Sacerdos interrogat. Credis ꝛ in iesum chꝛistum filium eius vnicum dn̄m nostruꝫ natum ꝛ passum? ℟. Credo. Sacerdos interrogat. Credis ꝛ in spirituꝫ sanctum: sanctā ecclesiam catholicam: sanctoꝝ cōmunionē: remissionē peccatoꝝ: carnis resurrectionem: vitam eternā? Amē. ℟. Credo. Interrogat sacerdos nomen infantis ꝛ dicat. Famule dei. N. vis baptizari? ℟. Uolo. Tunc baptizet eū sacerdos in noīe sancte trinitatis: sub trina imersione: vel ſm cōsuetudinem patrie: vel loci: infundat aquam super caput eius dicēs. Ego te baptizo in noīe pa ✠ tris: ꝛ fi ✠ lij: ꝛ spiritus ✠ sancti. Amen. Postea facit sacerdos crucem in capite eius in vertice de sacro chꝛismate cū police: ꝛ dicit hanc oꝛonē. Oremꝰ. Oꝛo.

D Eus omnipotens pater domini nostri Iesu chꝛisti: qui te regenerauit ex aqua ꝛ spiritu sancto: quiqꝫ dedit tibi

remissionem omnium peccatorum: in ipso te liniat chrismate
salutis in vitam eternam. Pax tibi. ℟. Et cum spirito tuo.
Postea sacerdos iponat linteamen sup caput infantis: ⁊ dicat.
Accipe vestem candidam ⁊ imaculatam: quam perferas
sine macula ante tribunal domini nostri iesu christi: vt ha-
beas vitam eternam in secula seculorum. ℟. Amen. Postea
tradat candellam accensam in manuz pueri: vel patrini dicens.
N. Accipe lampadem irreprehensibilem: custodi baptismuz
tuum: vt cum venerit dñs ad nuptias possis ei occurrere vna
cum omnibus sanctis suis in aula celesti: vt habeas vitã eternã:
⁊ viuas in secula seculorum. ℟. Amen. Deinde dicat. Vade
in pace. ¶ Ordo ad puellã cathecuminam faciẽdam. Cap. x.
Cum venerit infantula ante ianuam ecclesie interroga
nomen eius ⁊ dic hec verba. Si quis cathecuminus
est secedat. Si quis cathecuminus est iudeus vł here-
ticus: secedat. Si quis cathecuminus est sabelianꝰ vel
hereticus aut iudeus: secedat. Interroga nomẽ ⁊ dic Joãnes
vel N. qd desideras? Respondeat Fidem. Sacerdos inter-
rogat Fides quid tibi prestat? Respondet Vitam eternam.
Interrogat sacerdos. Quis tibi daturus est eam? Respondet
Deus pater ⁊ dñs Jesus christus cum sancto spiritu. Deinde
insufla in faciem eius ter in modum crucis ⁊ dic. Exorcismus.
Impero tibi imunde spũs in noie pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spi
ritus ✠ sci: vt exeas ⁊ recedas ab hoc plasmate dei. Inter
roget sacerdos qd nomen volunt ei imponere: ⁊ annuntiet no-
men ⁊ dicat. Famula dei. N. qd vis fieri Respondet Chřiana.
Interroget sacerdos Abrenũtias sathane? Rñdet. Abrenũ-
tio. Sacerdos. Et oibꝰ opibꝰ eius? Rñdet. Abrenũtio. Sa
cerdos. Et oibꝰ põpis eiꝰ? Rñdet. Abrenũtio. Postea dicat
sacerdos hec verba. Ut ista sit felix in noie pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊
spiritus ✠ sancti. Amen. Deinde dicat sacerdos. Deus in ad-
iutorium meum intende. Dñe ad adiuuandum me festina. Glo
ria patri. Sicut erat in pricipio ⁊c. Kyrielei. Christelei. Kyrie
leison. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio. Cathecismus.
Deus noster qui nos ad imaginẽ suã plasmare dignatus
est: sic ait per moysen famuluz suũ: non auguriaueris: nõ

mechaberis: nõ falsuz testimoniũ dixeris: honorẽ habebis pr̄i ꝛ matri tue: ꝛ diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsuz: ꝛ qḋ tibi nõ vis fieri: alijs ne feceris: ista sunt ꝑcepta dei: que gentilez ppl'm ad eccl'iã dei venientẽ: vnũquẽqꝫ oportet obseruare. Per eum qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℞. Amen. Sacerdos signat eã in frõte ꝛ ĩ pectore signo ✠ crucis.

Famula dei accipe signũ crucis tam in fron ✠ te: q̄ȝ in corde ✠ sume fidem celestem: talis esto moribus vt templuz dei iam esse possis: ingressaqꝫ ecclesiam dei euasisse te laqueum mortis leta agnoscas: horrescas idola: respuas simulachra: colas deum patrem omnipotentem: ꝛ iesum christum filium eius: qui viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ. ℞. Amẽ. Oremus. Oro.

Deprecor te domine sancte pater oĩpotens eterne deus: vt huic famule tue: que seculi huius nocte vagat' incerta: ꝛ dubia: viam veritatis ꝛ agnitionis tue iubeas demonstrare: quatenus reseratis oculis cordis sui te vnum deum patrez in filio: ꝛ filium in patre recognoscat cuz sancto spiritu: atqꝫ huius cõfessionis fructum: ꝛ hic ꝛ in futuro seculo percipere mereat'. Per eũdez chr̄z dñm nr̄m. ℞. Amen. Sequitur exorcismus.

Exorcizo te omnis spiritus imunde in nomĩe dei pa ✠ tris omnipotẽtis: ꝛ in nomine Jesu christi filij eius iudicis nostri vt discedas ab hoc plasmate dei: quam dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est: vt fiat templum dei viui: ꝛ spiritus sanctus habitet in ea: in nõie dei pa ✠ tris omnipotentis: ꝛ in nomine Jesu ✠ christi filij eius: ꝛ spiritus ✠ sancti: qui filius vẽturus est in maiestate patris iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℞. Amẽ. Oremus. Oratio.

Deus qui ꝑdita reparas: ꝛ reparata conseruas: deus qui proprio gentilitatis crimine euaso: ꝛ serpentis caractere deleto: signari hominẽ nominis tui titulo precepisti: suscipe quesumus hanc famulam tuam: atqꝫ eam inter plebis tue numerũ cõmisce. Per christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Domine deus celi ꝛ terre maris ꝛ oium elementoꝝ creator: qui aspectu tuo illuminas vniuersam faciẽ terre: illumina auxilium tuum super hanc famulaz tuã. N. cathecuminã: quã hodierna die ad templuz sanctũ tuum vocare dignatus es:

infunde in eã sciẽtiã pietatis tue: accipe hãc dñe: ⁊ aperi ei ianuã iustitie tue: ⁊ da illi misericordiã tuã: pietatisq; munus largire: ⁊ per lauacrũ regenerationis tue perduc eã ad grãz spũalem: vt nobiscũ pariter tibi deo patri oĩpotẽti laudes ⁊ gratias referat. Induc eã dñe in viam veritatis: doce eã iustificatiões tuas: per eũ qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculũ per ignẽ. ℟. Amen. Consigna eam in fronte dicens.

Signo tibi frontem ✠ vt suscipias crucem dñi In auribus.
Signo tibi aures ✠ vt videas diuina precepta In oculis.
Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem dei In naribus.
Signo tibi nares ✠ vt odorem suauitatis sentias In ore.
Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vite In pectore.
Signo tibi pectus ✠ vt credas in deum In scapulis.
Signo tibi scaplas ✠ vt suscipias iugũ sui. ei⁹. In toto corpe.
Signo te totũ in noĩe pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spũs ✠ sancti: vt habeas vitam: ⁊ viuas in secula seculorum. Amẽ. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ pr̃ dñi nr̃i iesu chr̃i respice dignare sup hãc famulaz tuã. N. quã ad rudimẽta fidei vocare dignatus es: oẽm cecitatẽ cordis ab ea expellere: disrũpe oẽs laqueos sathane: qb⁹ fuerat alligata. Aperi ei dñe ianuã pietatis tue: vt signo sapiẽtie tue imbuta oĩuz cupiditatũ fetoribus careat: ⁊ suauẽ odorẽ pceptorum tuorum leta in eccl'ia tua sentiat: ⁊ pficiat de die in diẽ: vt idonea efficiat accedere ad grãz baptismi tui pcepta medicina. Per eũdẽ dñm nr̃z iesuz chr̃z q vẽtur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculũ p ignẽ. ℟. Amẽ. Orem⁹. Oro.

Preces nostras quesumus dñe clementer exaudi: vt hanc electaz tuam. N. cru ✠ cis dñice cuius impressione signamus virtute custodi: vt magnitudinis glorie rudimẽta seruans: per custodiã mandatorum tuorum ad regenerationis gloriã puenire mereat. Per christũ dñm nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus qui humani generis ita es conditor: vt sis etiã reformator propitiare populis adoptiuis: ⁊ bono testamẽto sobolem noue prolis ascribe: vt filij pmissionis quod nõ potuerunt assequi per naturã: gaudeant se recepisse per gratiã. Per christuz dñm nostrum. ℟. Amen. Exorcismus salis.

Exorcizo te creatura salis in noĩe dei pa ✠ tris omnipotẽ

tis ⁊ in charitate dñi nr̃i iesu chri : ⁊ in virtute spũs ✠ sci. Exorcizo te p deũ ✠ viuũ: p deũ ✠ verũ: p deũ ✠ sanctũ: qui te ad tutellaz humani generis pcreauit: ⁊ pplo venięti ad credulitatẽ p seruos suos cõsecrari pcepit. Proinde rogamus te dñe de⁹ nr̃: vt hec creatura salis in noie sancte trinitatis efficiat salutare sacramentũ ad effugãdum inimicũ: qd tu dñe sancti ✠ ficando sancti ✠ fices: bene ✠ dicẽdo bene ✠ dicas : vt fiat oib⁹ accipiẽtib⁹ pfecta medicina pmanẽs in viscerib⁹ eoꝝ: in noie dñi nostri iesu christi: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculuz per ignem. ℟. Amen. Postea tolle salem digito cuz tua saliua: ⁊ pone in ore infantule: ⁊ dic. N famula dei. N. accipe sal sapiẽtie: qui ppitiatius sit tibi in vitaz eternã. Amen. Oremus. Oratio.

DEus patrũ nostroꝝ vniuerse cõditor veritatis: te supplices exoramus: vt hãc famulaz tuã. N. respicere digneris propitius: ⁊ hoc primũ pabuluz salis gustantẽ nõ diutius exurire pmittas: quo min⁹ cibo repleat celesti: qten⁹ sit deo semp spũ ferues: spe gaudẽs: tuo semp noi seruiẽs: perduc eã dñe ad noue regenerationis lauachrũ: vt cũ fidelibus tuis pmissionum tuaꝝ eterna pmia cõsequi mereat. Per chrm dñm nr̃m. ℟. Amen. Interrogat sacerdos nomẽ infantule: ⁊ dicit. N famula dei. N. ingredere in tẽplum dei viui: vt habeas partẽ in prima resurrectione cũ sanctis ⁊ electis dei. Et dato capite stolle patrino introducat eam in eccliaz dicẽdo hãc orationẽ. Oremus. Oratio.

PReces nostras qs dñe clemẽter exaudi: ⁊ hãc electã tuam cru ✠ cis dñice: cuius eam impressione signa ✠ mus: virtute custodi: vt agnitionis tue rudimẽta seruãdo: per custodiam mãdatoꝝ tuoꝝ ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per chrm dñm nostrum. ℟. Amen. Finita oratione ponatur infantula in pauimento ecclesie : ⁊ dicatur. Oremus. Oratio.

DEus qui humani generis ita es conditor vt sis etiam reformator ppitiare famule tue. N. adoptiue per gratiam tuã: ⁊ noui testamẽti soboleʒ noue proli ascribe : vt filij pmissionis qd nõ potuerũt assequi per naturã : gaudeant se accepisse p grãz. His ita finitis alius vel idem patrinus tenens infantulam net genuflexus : ⁊ dicat sacerdos. Ora electa : flecte genua: dic Pater noster: Leua: ⁊ cõple orationẽ tuã: ⁊ signa illaz : ⁊ accede ad benedictionẽ.

ad benedictionē. Et p̄rinus dicit totū Pr̄ nr̄. ꝛ signat puellam signo crucis ✠ ꝛ sacerdos dicit orationem. Oremus. Oratio.

Deus celi: deus terre: deus angeloꝝ: deus archangeloꝝ: deus prophetaruꝫ: deus apostoloꝝ: deus martyrū: deus confessoꝝ: deus virginum: deus omniuꝫ bene viuentium: deus cui oīs lingua confitet̄: ꝛ omne genu flectit̄ celestiuꝫ terrestriuꝫ ꝛ infernoꝝ: te inuoco dn̄e vt hanc famulaꝫ tuā perducere: ꝛ custodire digneris ad gratiam baptismatis. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiaꝫ tuam: ꝛ da honorem deo viuo ꝛ vero: da honorem Jesu christo filio eius: ꝛ spiritui sancto paraclito: ꝛ recede ab hac famula dei: qa istam sibi deus ꝛ dominus noster Jesus christus ad suā sanctaꝫ gratiam ꝛ benedictionem: fontē qꝫ baptismatis dono celesti vocare dignatus est: per signum sancte crucis ✠ quod nos in frontem eiꝰ damus; tu maledicte diabole nunq̄ꝫ audeas violare: sed damnatus in eternum maneas ab eo repulsus: per euꝫ qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. Item dicit sacerdos. Ora electa: flecte genua: dic Pater noster: leua: comple orationem tuam: ꝛ signa illam: ꝛ accede ad benedictionem. Patrinus dicit totum Pr̄ nr̄ ꝛ signat infantulaꝫ signo cru ✠ cis: ꝛ sacerdos dicit orōnē. Oremus. Oratio.

Deus habraam: deus isaac: deus iacob: deus qui tribus israel de egyptiaca seruitute liberasti: ꝛ per moysen famulum tuum de custodia mandatoꝝ tuorum in deserto monuisti: ꝛ susannam de falso crimine liberasti: te supplex deprecor domine: vt liberes hanc famulam tuam. N. ꝛ producere eam digneris ad gratiam baptismi. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte dyabole recognosce sententiaꝫ tuam: ꝛ da honorem deo viuo ꝛ vero: da honorem Jesu christo filio eius: ꝛ spiritui sancto paraclito: ꝛ recede ab hac famula dei: qa istam sibi deus ꝛ dn̄s noster Jesus christus ad suam sanctā gratiam ꝛ benedictioneꝫ fontē qꝫ baptismatis dono celesti vocare dignatꝰ est: per signū sancte cru ✠ cis: qd̄ nos in fronteꝫ eius damus: tu maledicte dyabole nunq̄ꝫ audeas violare: sed dānatus in eternum maneas ab ea repulsus. Per euꝫ qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. Sacer-

dos dicit tertio. Ora electa: flecte genua: dic Pater nr̄: leua: cō-
ple orationem tuam: ⁊ signa illam: ⁊ accede ad benedictionem.
Et patrinus dicit totum Pater noster: surgit: ⁊ signat infantu-
lam signo cru ✠ cis: ⁊ sacerdos sequitur exorcismū. Exorcismus.

EXorcizo te imunde spiritus per patrē: ⁊ filium: ⁊ spiritum sanctū: vt exeas ⁊ recedas ab ac famula dei. ℟. Ipse tibi imperat maledicte damnate: qui ceco nato oculos aperuit: ⁊ quatriduanum lazarum de monumento suscitauit. Sequitur.

ERgo maledicte dyabole recognosce sententiaz tuam: ⁊ da honorē deo viuo ⁊ vero: da honorē Iesu christo filio eius: ⁊ spūi sancto paraclito: ⁊ recede ab hac famula dei: qa istam sibi deus ⁊ dn̄s noster iesus christus ad suam sanctā gratiā ⁊ benedictionem: fontēqz baptismatis dono celesti vocare dignatus est: per signū sancte cru ✠ cis: qđ nos in fronte eius damus: tu maledicte dyabole nunq̄ȝ audeas violare: sed dānatus in eternum maneas ab ea repulsus: per eū qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculuz per ignē. ℟. Amē. ¶ Incipit officiū abrenuntiationis: ⁊ cathecismus. Primo ponit presbyter manuz sup infantuluz ⁊ dicit sequentem orationem Oremus. Oratio.

ETernam ac iustissimā pietatem tuaz deprecor dn̄e sancte pater omnipotēs eterne deus luminis ⁊ veritatis sup hāc famuluz tuam. ℟. vt digneris eam illuminare lumine intelligētie tue munda eam ⁊ sanctifica: da ei scientiaz verā vt digna efficiatur accedere ad gr̄az baptismi tui: teneat fidem firmaz: spem certam: cōsiliuz rectū: doctrinā sanctā: vt apta sit ad pcipiendaz gratiam tuaz per eum qui tecum ⁊ cum spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. ℟. Amen. Quo facto qui tenet infantulā dicat cum sacerdote Symbolum apl̄oꝝ ⁊ Pater noster.

CRedo in deūm patreȝ omnipotentē: creatorē celi ⁊ terre. Et in iesum christuȝ filium eius vnicum dominū nostrū. Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex maria virgine. Passus sub pontio pilato: crucifixus: mortuus: ⁊ sepultus. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omnipotētis. Inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in spirituȝ sanctum: sanctam ecclesiaȝ catholicam. Sanctoꝝ cōmunionem: ⁊

remissionem peccatoꝝ. Carnis resurrectionē. Vitam eternam. Amen. Pater noster. Deinde sequitur exorcismus.

NEc te lateat sathanas iminere tibi tormenta: iminere tibi diem iudicij: diem supplicij: diem qui vēturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atq̄ vniuersis angelis tuis eternus veniet interitus. Proinde damnate da honorē deo viuo ⁊ vero: da honorē Jesu christo filio eius: ⁊ spiritui sancto. Jn cuius nomine atq̄ virtute precipio tibi quicunq̄ es spiritus imūde: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei: quem hodie dominus noster Jesus christus ad suam sanctam gratiam ⁊ benedictionem fontemq̄ baptismatis dono celesti vocare dignatus est: vt fiat eius templū per aquā regenerationis in remissionem omnium peccatoꝝ: Jn noīe domini nostri iesu chrī: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculū per ignē. R. Amen. Deinde saliua oris sui sacerdos tangat nares ⁊ aures infantule: ⁊ dicat.

EFfeta: qd̄ est adaperire nares ⁊ aures in odorem suauitatis. Respondeat qui tenet infantulam. Effeta. Et sacerdos. Jn odorem suauitatis. Respondeat qui tenet infantulam. Effeta. Et sacerdos. Tu autem effugare dyabole: appropinquabit enim iudicium dei. Respondeat qui tenet infantulam. Effeta. Postea interrogat sacerdos nomē infantule: ⁊ dicat.

FAmule dei. N. abrenuntias sathane? Respondet Abrenuntio. Et sacerdos. Et omnibus operibus suis. Respōdet. Abrenuntio. Et sacerdos. Et oībus pompis eius? Respondet. Abrenūtio. Deinde sacerdos liniat infantulam de oleo sancto inter pectus ⁊ scapulas cū police in modum crucis: ⁊ dicat.

EGo te linio oleo salutis inter pectus ⁊ inter scapulas: in nomine domini nostri iesu christi: in vitā eternā. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo. Et sacerdos. Recede immunde spiritus: ⁊ da locum spiritui sancto. Et sacerdos tenens manū super caput infantule dicit sequentem orationem. Oremus. Oratio.

FAmulam tuam q̄s dn̄e ad tui baptismi gratiam recurrentem respicere ⁊ conseruare in tuo nomine digneris ⁊ quicquid in ea per originalis peccati transgressionem pene obnoxium dyabolus detinebat: sacri fontis indulgentia resoluatur: veteris hoīs exuuias deponat: ⁊ noue vite inductus amictu resurgat:

omnia nequissimi spiritus ab eo venena depelle: ⁊ salutarẽ3 ba ptismi gratiam adimpleat: vt in tui muneris perceptiõe in eterna vita valeat exultare. Per christũ dñm nostrũ. His peractis procedant ad fontes. Sequitur benedictio fontium: si fons nõ est benedictus: ⁊ fiant letanie: ⁊ bñdictio fontis vt supra fol. 82. Si vero fons est benedictus: presbyter ꝑtermissa letania ⁊ orationibus sequentibus interroget nomen infantule: ⁊ dicat. N. Credis in deum patrem omnipotentẽ: creatorem celi ⁊ terre? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis ⁊ in iesum christum filium eius vnicum dominu3 nostrum natum ⁊ passum. Rñdet. Credo. Sacerdos interrogat. Credis ⁊ in spiritum sanctu3: sanctam ecclesiam catholicam: sanctoꝝ cõmunionem: remissionem peccatoꝝ: vitam eternam Amen. Rñdet. Credo. Interrogat sacerdos nomen infantule: ⁊ dicit. Famula dei. N. vis baptizari. Rñdet. Volo. Tunc baptizat eã sacerdos: in nomine sancte trinitatis: sub trina demersione: vel infundit aquã sup caput eius s̃m morem patrie vel loci dicens. Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spũs ✠ sancti. Amen. Postea facit sacerdos crucem in capite eius in vertice de sacro chrismate: cum police: ⁊ dicit hanc orationem. Oremus. Oratio.

Deus omnipotens pater domini nostri Jesu christi: qui te regenerauit ex aqua ⁊ spiritu sctõ: quiq3 dedit tibi remissionem omniu3 peccatorum: ipse te lineat chrismate salutis in vitam eternam. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea sacerdos ponat lintheamen super caput infantis: ⁊ dicat.

Accipe vestem candidam ⁊ immaculatam: qua3 perferas sine macula ante tribunal domini nostri Jesu christi: vt habeas vitam eternã in secula seculoꝝ. ℟. Amen. Postea tradat candellam accensa3 in manu puelle vel patrini dicẽs. N. Accipe lampadem irreprehensibile3: custodi baptismũ tuũ: vt cũ venerit dñs ad nuptias: possis ei occurrere vna cum oĩbus sanctis suis in aula celesti: vt habeas vitam eternã: ⁊ viuas in secula seculorũ. ℟. Amẽ. Deinde dicit Euangelium sancti Joannis. In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsu3 facta sunt: ⁊ sine ipso. ⁊c̃. Postea dicat sacerdos. Vade i pace.

¶ Forma baptizandi puerum vel puellam: de cuius morte du bitatur ad succurrendum. Capi. xj.

Si infans grauiter infirmatur: ita q̄ de ei⁹ morte dubitetur: nō fiat totus ordo predictus: sed quū primum fuerit ad portā ecclesie sacerdos sufflet in modū crucis: ⁊ dicat.

Impero tibi imunde spiritus: in noīe pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spirit⁹ ✠ sancti: vt exeas: ⁊ recedas ab hoc famulo dei. Tunc sacerdos interrogat nomen infantis: ⁊ dicat. Quid vis fieri? Respondet. Christianus. Interrogat sacerdos. Abrenuntias sathane: ⁊ omnibus operibus eius: ⁊ omnib⁹ pompis eius? Respondet. Abrenuntio. Postea faciens signum crucis in fronte ⁊ pectore infantis: dicit. Accipe signum crucis tam in fronte q̄ȝ in corde: sume fidem celesteȝ: esto talis moribus: vt templum dei esse possis. Postea sacerdos benedicat salem in hunc modum. Benedic ✠ quesumus domine hāc creaturam salis tua bene ✠ dictione celesti in nomine domini nostri Jesu christi: ⁊ in virtute spiritus sancti ad effugandum inimicum: qd̄ tu domine sanctificando sancti ✠ fices: benedicēdo bene ✠ dicas: fiatqȝ omnibus percipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum: In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti: amen. Oratione completa sacerdos ponat sal benedictum in ore infantis: dicens. Accipe sal sapientie: sit propitiatus in vitam eternam Amen. Tunc introducat euȝ in ecclesiam: ⁊ dicat Pater noster. et Credo in deum patrem. Postea sacerdos tāgit nares eius: ⁊ aures cuȝ saliua sua: dicēs.

Effeta quod est adaperire aures ⁊ nares in odorem suauitatis. Tu autem effugare dyabole: appropinquabit enim iudicium dei. Tunc sacerdos vocato nomine eius: dicit. Abrenuntias sathane ⁊ omnibus operibus eius: ⁊ omnibus pompis eius? Respondet. Abrenuntio. Tunc sacerdos intincto digito in oleo cathecuminorum facit signum crucis super pectus ⁊ scapulas pueri dicens. Ego te linio oleo salutis in christo iesu domino nostro. ¶ Si autem ita infirmus in mortis periculo est constitutus: q̄ predicta seruari non possint: benedic sal ⁊ in ore ponas: ⁊ signa puerum in fronte ⁊ pectore cum police: ⁊

dic. In nomine pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spiritus ✠ sancti. Amen.
Et tenens manum super caput eius: et dic hanc orationem.

Famulum tuum quesumus domine: ad tui baptismi gratiam recurrentem respicere et cõseruare in tuo nomine digneris: et quicquid in eo per originalis peccati transgressionez pene obnoxium dyabolus detinebat sacrifontis indulgentia resoluatur: veteris hominis exuuias deponat: et noue vite indutus amictum resurgat: omnia nequissimi spiritus ab eo venena depelle: et salutarem baptismi gratiam adimple: et in tui muneris perceptione in eterna vita exultare concede. ¶ Itez alia oratio pro proximo morti. Oremus. Oratio.

Medellam tuam deprecamur omnipotens domine: sancte pater: omnipotens eterne deus: qui subuenis in periculis: qui temperas flagella: dum verberas: te ergo domine supplices deprecamur: vt hunc famulum tuum eruas ab hac inualitudine: vt non preualeat inimicus vsqz ad tentationem anime: sicut Job terminum ei pone: ne inimicus de anima ista sine redemptione baptismatis incipiat triumphare: Differ domine exitum mortis: et spatium vite extende: releua quem perducas ad gratiam baptismi tui. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea si non habes aquam benedictam: benedic eam ista breui benedictione: ad succurrendum.

Exaudi nos omnipotens deus: et in huius aque substantiam tuam misce virtutem: vt abluendus per eam et sanitatem simul: et vitam mereatur eternam. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Exorcismus.

Exorcizo te creatura aque in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis: et in charitate iesu ✠ christi filij eius: et spiritus ✠ sancti. Exorcizo te omnis virtus aduersarij: omnis incursio sathane: et omne fantasma eradicare: et effugare ab hac creatura aque: vt fiat fons saliens in vitam eternam: et qui ex ea baptizatus fuerit fiat templum dei viui: et spiritus sanctus habitet in eo: in remissionem omnium peccatorũ. Postea pone chrisma in aqua: et dicas. Fecundetur et sanctificetur iste fons hoc salutifero chrismate: In nomine pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spiri

tus ✠ sancti: Amē. Deinde sacerdos interrogato nomine pue-ri: dicat. N. Credis in deum patrem omnipotentem: creatorē celi & terre? Respondet. Credo. Et sacerdos. Credis & in ie-sum christum filium eius vnicū dn̄m nostrū: natum: & passum? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis & in spiritū sanctū: sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum cōmunionem: & re-missionem peccatorum: carnis resurrectionem: & vitam eternā? Respondet. Credo. Et interrogat sacerdos. N. Uis baptiza-ri? Respondet. Uolo. Tunc sacerdos eum baptizat in nomi-ne sancte trinitatis dicens. Ego te baptizo in nomine patris: & filij: & spiritus sancti. Amen. Postea facit crucem de chrisma-te sacro in vertice eius: & reliqua vt supra. s. dat ei vestem can-didam: & candelam cum orationibus vt supra. ¶ Si autem puer conualuerit: debent omnia suppleri que omissa sunt. s. omnia que baptismum precedunt: & dicta non fuerant. ¶ Si vero adeo propinquus morti fuerit: q̄ credatur ipsum imedia-te obiturum: solum dicat formā baptismi. videlicet. Ego te ba-ptizo in nomine patris: & filij: & spiritus sancti: Amen. Et dicē-do verba predicta effundat aquam super caput eius: & sic eum baptizet. Et si habet chrisma eum in vertice vngat in modum crucis & dicat orationem. Deus omnipotens pater domini no-stri iesu christi &c. Et postea. Accipe vestem candidā & imma-culatam &c. Et demum candelam dicendo. Accipe lampadē irreprehensibilem: custodi baptismum tuum &c. Postea dicat Euangelium sancti Joannis. In principio erat verbū: & ver-bum erat apud deum: & deus verbum: hoc erat in principio &c.

¶ Explicit tractatus primus prime partis: libri sacerdotalis: de sacramento baptismi.

¶ Aduerte q̄ hic sequi deberet sacramentum eucharistie vel penitentie: Sed quia regulariter primo precedit penitentia: postea cōmunio: & vltimo extrema vnctio: que habet multa an-nexa. s. cōmendationē anime: officium sepulture &c. que multū protrahuntur ad longum: visum est hic tractare primum de ma-trimonio: & postea successiue de alijs sacramentis.

¶ Tractatus secundus prime partis: libri sacerdotalis de sacramento matrimonij.

¶ Quid sit matrimoniuz: ꝛ qualiter cõtrahatur legittime: ꝛ de eius institutione: ꝛ de tribus bonis matrimonij. Capi. j.



Matrimoniũ est sacramẽtum ecclesie: qd̕ sic diffinit. Matrimonium est maris ꝛ femine cõiunctio individuã vite cõsuetudinẽ retinẽs. De presump. ca. illud. Quod quidem cõtrahitur solo cõsensu ꝑ verba de presenti: quãdo vir in mulierez: ꝛ mulier in viruz: accedentibus verbis cõsensum exprimẽtibꝰ. s. Accipio te in meã: ꝛ accipio te in meũ: vel equipolentibus cõsentiũt. De sponsa. c. cũ locũ. ꝛ ca. tua. ꝛ ca. Tuas. de sponsa duoꝝ. ꝛ. xxvij. q. ij. ca. sufficit. Et sanctus Thomas in. iiij. disti. xxvij. q. j. ar. ij. Non solum autez verbis: sed etiam signis matrimonium exprimentibus vel cõsensum in matrimoniuz: vt in surdis ꝛ mutis: cõtrahitur matrimoniuz. De sponsa. ca. cuz apud sedem. ¶ Institutum autẽ fuit in paradiso terrestri matrimoniuz: ante peccatum: propter susceptionẽ sobolis: dicente dño. Crescite ꝛ multiplicamini. Geñ. j. c. Institutũ: ꝛ fuit post peccatũ: causa vitãde fornicationis: vt dicit Apostolus. j. ad coꝛ. vij. Propter fornicationẽ vnusquisqz habeat vxorẽ suam: ꝛ vnaquequ virum suum. xxxij. q. ij. ca. sicut. ꝛ ca. quicquid. ¶ Omnes autez qui volunt possunt matrimoniũ cõtrahere: dũmodo sint in etate legittima: que est in viro. xiiij. annoꝝ: ꝛ in femina. xij. vt habet de despon. impube. ca. impuberes. ꝛ ca. cõtinebatur. dũmodo non sit aliqd̕ impedimẽtum: quo prohibeat cõtractio matrimonij: de quibus infra habet. Et potest fieri matrimoniuz per procuratorẽ: sicut

fuit de isaac ⁊ rebecca. Gen̄.ca.xxiiij. ⁊.xxxij.q.ij.§.cum dicitur. ¶ Tria autem sunt bona matrimonij.s.proles:fides:⁊ sacr̄m. Proles: vt charitatiue recipiãt filios:⁊ religiose educēt. Fides: vt cū alia psona nō coeant. Sacr̄m: vt nunq̄ȝ nisi per mortez separent. Qui filij sint legittimi.ca.per venerabilem.in tex. ⁊ glo. super v.de tribus bonis.xxvij.q.ij.cap.in omne itaqȝ.xxxij.q.j. ca.nō enim. ¶ Ex concilio florentino predicto. Sacramētuȝ matrimonij est signūȝ coniunctionis christi ⁊ ecclesie ſm Ap̄l̄m dicentē. Sacr̄m hoc magnū est. Ego dico in christo ⁊ ecclesia. Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus: per verba de p̄nti expressus. Assignatur autē triplex bonū matrimonij. Primū est:proles suscipiēda ⁊ educanda ad cultū dei. Scd̄m est fides:quā vnus cōiugum alteri seruare debet. Tertium est indiuisibilitas matrimonij : propter hoc q̄ significat indiuisibilem coniunctionē christi ⁊ ecclesie. Quãuis autē ex causa fornicationis liceat thori separationē facere : nō inde aliud matrimoniuȝ cōtrahere fas est:cū matrimonij vinculum legittime ɔ̄cti perpetuū sit : hec ibi. ¶ De duplici matrimonio.s.legittimo ⁊ clandestino:⁊ de bannis publice faciendis. Capi.ij.

Matrimoniuȝ aliud est legittimū:qd̄ est qn̄ publice ⁊ solenniter cōtrahit in faciem ecclesie cū debitis conditionibus req̄sitis.s.cū vxor a parētib⁹ petit:desponsat:dotat:⁊ a sacerdotib⁹ benedicit.⁊.xxxij.q.v.ca.aliter. ¶ Aliud est clandestinuȝ qd̄ fit sine p̄dictis solēnitatib⁹.xxx.q.v.per totuȝ. Cui clandestino m̄rimonio sacerdos ɔ̄sentiens est suspēdendus. De clande. despon.ca.cum inhibitio.qa ex eo sequūtur frequentius multa mala:⁊ scandala q̄ȝplurima oriunt:ideo ab ecclesia est inhibitū. Quod quidem clandestinū matrimonium publice est ratificandum. De clande.despon.ca.qd̄ nobis. Quapropter prudēs sacerdos debet diligēter intendere q̄ talia non sequant. Unde ſm generalis cōcilij constitutionē de clande.despon.ca. cuȝ inhibitio.facienda sunt banna in ecclesijs per sacerdotē:anteq̄ȝ matrimoniuȝ cōtrahat:⁊ indicēduȝ p tres dies festiuos in missaꝝ solēnijs:Ut si qs sciat inter tales psonas:que iter se cōtrahere debēt esse aliqd̄ impedimentū:infra cōpetentē terminū assignandum debeat ipsuȝ ꝓducere ⁊ manifestare in hec vel similia verba.vȝ.

He due persone. N. ⁊. N. volunt cõtrahere matrimoniuʒ. Si
quis est qui nouerit aliqd impedimentuʒ esse inter has ꝑsonas:
qd matrimoniuʒ inter eos impediat: illud denuntiet. Et de hoc
admonemus oẽs primo: scđo: ⁊ tertio: ⁊ ꝑemptorie infra talem
terminũ. N. ⁊ alicubi qui sine istis bãnis cõtrahũt sunt excõicati.
Et si apparuerit aliqua ꝯiectura impedimẽti alicuius: interdicẽ
dum est illis ne cõtrahãt donec veritas declaret: ⁊ oppositũ cõ/
stet. Qui aũt cõtraxerint post ꝓhibitionẽ sibi factã: ⁊ impedimẽ/
tum extiterit: illegittimos filios ꝓcreabunt: ⁊ sacerdos qui tales
inhibitiões facere cõtempserit: vel regularis q interfuerit suspẽ
di debẽt ab officio ꝑ tres annos. Et si qs malitiose falsuʒ ipedi/
mẽtuʒ obiecerit: canonicã vltionẽ nõ euadet: vt patet vbi supra.

¶ De impedimentis matrimonij que sunt. xiiij. Capi. iij.

Impedimenta autẽ matrimonij que matrimoniũ impe/
diunt cõtrahẽduʒ: ⁊ dirimunt iam cõtractũ sunt. xij. ⁊ in his
versibus cõtinentur. vʒ. Error: cõditio: votũ: cognatio: crimen:
Cultus disparitas: vis: ordo: ligamen: honestas: Si sis affinis:
si forte coire nequibis. Hec facienda vetant: cõnubia facta re/
tractant. ¶ Primũ impedimentuʒ est error: qd tripliciter põt
occurrere: Uel in ꝑsona: vt si credatur cõtrahi cũ Martino ma/
trimonium: ⁊ cõtrahitur cũ Petro. Et hoc nullum est. xxix. q. j.
ca. his ita. ¶ Secundo modo errat in fortuna: vt si credit con/
trahere cuʒ diuitie: ⁊ cõtrahit cuʒ paupere. ¶ Tertio modo in
qualitate: vt si credat cõtrahere cuʒ filia regis: vel alia ꝑsona no/
bili: ⁊ cõtrahit cuʒ rustica. Uel credit cõtrahere cũ virgine: ⁊ con/
trahit cuʒ meretrice. Et in istis duob⁹ vltimis talis error nõ im/
pedit matrimoniuʒ. ¶ Scđm impedimentum est cõditionis:
quãdo quis liber cõtrahit ignoranter cum serua: vel libera cum
seruo: ⁊ tunc nullum est matrimoniuʒ: nisi cognita conditione de
nouo cõtrahãt vel cõsentiũt. Error tñ deterioris cõditionis ipe/
dit ⁊ non paris vel melioris: vt si seruus cõtrahit cũ ancilla: quã
credebat liberam: vel cum libera: quaʒ credit ancillaʒ. De ꝯiu.
seruo. ca. proposuit. ⁊. xxix. q. j. §. j. ¶ Tertium impedimentuʒ
est voti. Duplex est autẽ votum. s. simplex ⁊ solẽne. Uotũ sim/
plex impedit matrimoniũ cõtrahendum: sed non dirimit cõtra/
ctum. Uotuʒ vero solẽne qd est per susceptionẽ sacri ordinis. s.

subdiaconatus vel emissionem professionis tacite vel expresse in aliqua religione approbata impedit matrimoniuȝ cōtrahendum: ⁊ dirimit iam cōtractū. Qui cleri. vel vo.ca. meminimus. ⁊ ca. cōsuluit. ⁊ ca. insinuatione. De voto ⁊ vo. re. c. qd̄ votū. li. vj. Et tales cōtrahentes sunt excōicati. De ꝯsan. ⁊ affi. ca. eos qui in cle. de ꝯsangui. ⁊ affini. ca. vlti. ¶ Quartū impedimentū est cogriationis: Que est triplex. s. carnalis: spiritualis: ⁊ legalis. ¶ Prima est cōsanguinitas que impedit matrimoniū vsqȝ ad quartū gradum inclusiue: ⁊ tales similiter sunt excōicati si cōtrabunt: ⁊ mr̄imoniuȝ est nullū. eo. ca. eos qui. Si vō vnus attineat alteri in tertio vel quarto gradu: ⁊ alius in qnto: cōtrahere possunt: quia semper standuȝ est remotiori ꝑsone in ꝯsanguinitate. ¶ Cognatio spūalis est cōpaternitas: que ꝓuenit ex datione vel administratiōe sacramētoꝝ. Uerbi grā. Sacerdos baptizat puerū: ⁊ martinus suscepit eū de sacro fonte: vterqȝ ē pater spiritualis ipsius pueri: ⁊ cōpater patris ⁊ matris. Unde suscipiēs puerū nunq̄ȝ poterit habere in mr̄imoniuȝ matrē eius: nec ipsaȝ ꝑsonā quā tenuit si femina sit: nec vxor suscipientis poterit hēre patrē pueri: licet ipsa nō susceperit sed vir suus: ⁊ ecōtra. Similiter filij patris carnalis ⁊ spūalis possunt cōtrahere mr̄imoniuȝ insimul: excepta illa ꝑsona: per quā euenit cōpaternitas. Similiter cōpater pōt filiaȝ cōpatris accipere: nisi sit illa quaȝ tenuit. Potest etiaȝ aliqs habere duas cōmatres successiue in vxores: si ante mr̄imoniuȝ effecte sunt cōmatres. Idem dicēdum est de filio vxoris habito ex priori viro: ⁊ ecōtra: quia mulier eum suscipiens nō est cōmater viri sequētis: ⁊ vir suscipiens filiū alicuius de alia vxore: nō est cōpater sequētis vxoris. Laycus baptizans aliquē: non pōt cōtrahere cuȝ matre eius. Filius sacerdotis qui baptizauit: vel illius qui tenuit nō pōt cōtrahere cū dicta puella. ¶ Cognatio autē spiritualis solum cōtrahitur per baptismuȝ vel confirmationē. Cathecismus licet impediat matrimonium cōtrahēdum: non tñ dirimit cōtractū. De cogna. spiri. ca. cathecismum lib. vj. ¶ Cognatio legalis est adoptio alicuius in filium vel filiam. Unde talis adoptatus q̄ȝ diu durat adoptio nō potest accipere filiam carnalem adoptantis: sed bene post eius fractionē: que fit per emancipationē. Adoptans non potest ali/

quo tẽpore filiam adoptatã ducere in vxorẽ: nec etiaȝ post ema⸗
cipationẽ. ff. de ritu nup. per adop. l. adoptiuus. Itẽ. l. qn etiaȝ.
eo. ti. ¶ Quintũ impedimẽtuȝ est criminis. Tria sunt crimina:
que ĩpediũt matrimoniũ cõtrahẽduȝ: ⁊ dirimũt cõtractũ. s. adul⸗
terans cũ cõiugata: ⁊ machinãs in mortẽ viri: vel ecõtra machi⸗
nans in morteȝ vxoris effectu secuto. ¶ Scdo si viuente viro
eius ꝓmittit adultere eaȝ ducere in vxorẽ. ¶ Tertio si viuente
legittima vxore scienter adulterã super inducit in cõiugiuȝ. Si
vero nullus istoꝝ casuũ interuenerit põt eã ducere. De eo q du.
in matri. per quã pol. per adulte. ca. ꝓpositũ. ca. sup hoc. ⁊ ca. se⸗
quenti. eo. ti. ¶ Sextum impedimentuȝ est disparitas cultus.
Unde fidelis non põt contrahere cũ iudea vel pagana. Potest
tamẽ cõtrahere sponsalia: si infidelis ꝓmittit conuerti ad fidem.
Si aũt alter coniugum cõuertitur ad fidem ex iudaismo vel pa
ganismo: ⁊ alter remanet infidelis: si potest sine iniuria creatoris
fieri: possunt simul habitare. Si autẽ periculum est ꝙ infidelis
fidelem ad infidelitatẽ: vel peccatũ mortale trahat: soluitur ma⸗
trimoniuȝ. Idem dicẽdum de lapsis in heresim. Si iudeus cõ⸗
traxit cuȝ cõsanguinea: cõuersus ad fidem põt remanere cuȝ ea:
nisi in gradib⁹ diuina lege ꝓhibitis. Paganus hñs plures vxo⸗
res cõuersus ad fideȝ põt retinere solam primã. De diuor. cap.
quãto. Leui. xviij. ¶ Septimũ impedimentũ est violẽtia: que
excludit ꝯsensum: si tñ est talis: que cadat in cõstantẽ viruȝ: sicut
metus mortis: verberuȝ: ⁊ seruitus: ⁊ metus stupri. Et si mulier
steterit cũ viro ꝑ annũ cuȝ dimidio: ⁊ ꝯsenserit in carnaleȝ copu⸗
lam nõ dȝ audiri: alias mr̃imoniuȝ nõ valet. ¶ Octauũ impedi⸗
mentuȝ est ordinis: qa ordines subdiaconatus ⁊ supiores impe⸗
diunt mr̃imoniuȝ cõtrahẽdum: ⁊ dirimunt iam ꝯctuȝ: ⁊ est excõi⸗
catio late sentẽtie cõtra tales. Qui cle. vel vo. c. de diacono in fi.
⁊ ca. ex lr̃aꝝ. de ꝯsan. ⁊ affi. ca. eos qui in cle. ¶ Nouũ impedi⸗
mentũ est ligaminis: vnde nullus qui legittime nupserit põt vi⸗
uente prima vxore aliam accipere. Et si inter eos fuerũt spon⸗
salia de futuro: simil'r non põt cuȝ alia de futuro cõtrahere spon⸗
salia. Si aũt cum alia cõtrahit per verba de p̃nti vel de futuro:
⁊ sequit̃ copula carnalis: stabit cum secũda: etiam si cum prima
sponsalia de futuro fuissent iuramẽto firmata. Si alligatus est

vxori: non est secuta carnalis copula: pōt ea in vita religionem intrare: non tñ si secuta est carnalis copula. Uxor credens maritum mortuū: si nubat: q̄zdiu est in tali credentia: excusat. Si aūt pmus marit⁹ redierit: cū ipso tenet redire ⁊ manere: alias adultera censebit. De secū. nup. ca. dñs. xxvij. q. j. ca. qui desp̄ōsatā. ¶ Decimum impedimentū est publice honestatis iustitia: que est quādo aliqs aliquā mulierē desponsat existentē annoꝝ. vij. ⁊ supra: licet eā nō cognoscat carnalr: nullus tñ de cōsanguinitate ipsius mulieris pōt eam ducere in vxorē: nec ipse aliā de cōsanguinitate ipsius. De despon. impu. ca. iuuenis: ⁊ ca. ad audiētiam. eo. ti. ¶ Undecimū impedimentū est affinitatis: quod est quādo aliquis aliquā mulierē carnaliter infra claustra pudoris ⁊ cōplete cognoscit: Talis mulier efficit affinis oīuꝫ consanguineoꝝ ipsius: ⁊ ipse efficitur affnis oīuꝫ mulierū cōsanguinearuꝫ dicte mulieris vsqꝫ ad quartū graduꝫ inclusiue. Et moriente cōsanguineo quo cōtrahitur affinitas: psona que superuiuit remanet affinis. De ꝯsangui. ⁊ affi. ca. qđ sup his. ¶ Duodecimuꝫ impedimentū est impotētia coeundi: que est duplex. s. naturalis ⁊ accidentalis. Naturalis: vt frigiditas in viro: ⁊ arctatio in muliere: ⁊ defectus etatis in puero. Accidentalis: vt castratio ⁊ maleficiatio. Impotētia naturalis alia temporalis: alia perpetua. Temporalis impedit matrimoniuꝫ per temp⁹ quo durat: sicut defectus etatis in puero. Perpetua impedit cōtrahenduꝫ: ⁊ dirimit cōtractum. Arctatio in muliere medicina remoueri debet: vel per assiduum coitum aperienda: que si non valet remoueri: nullum est matrimoniū. De fri. ⁊ male. ca. accepisti. Si mulier arctata ab vno cognosci non pōt: ⁊ postea ab alio cognoscatur reddenda est primo. ¶ Accidentalis in potentia: siue castratio impedit. Maleficium autem si temporale est: non impedit. Si autem perpetuum est quod cognoscitur: si per triennium continuum persistētes actui venereo nō possunt se cognoscere: tunc impedit cōtrahendum: ⁊ dirimit cōtractum. Et hec impedimēta intelliguntur esse si precesserint matrimonium. ¶ Alia duo impedimenta sunt: que impediunt matrimoniuꝫ cōtrahendum: sed non dirimunt cōtractum. s. impedimentū feriarum. s. ab aduentu vsqꝫ ad epiphaniam: a septuagesima vsqꝫ ad octauas

pasche inclusiue. A scda feria in rogationib⁹ vsqꝫ ad primã dominicã post pentecosten exclusiue. Quibus tẽporib⁹ licet possit cõtrahi mr̃imoniuꝫ per ṽba de pñti: ꝛ semp ꝛ omni tpe etiã quadragesimali: nõ licet tamẽ traducere vxoreꝫ: vel solennizare nuptias: vel eaꝫ carnal'r cognoscere. Et cõtrafacientes peccarent mortaliter. ¶ Aliud impedimentũ est interdictũ ecclesie: qñ. s. ab ecclesia ex causa rõnabili interdicit' alicui cõtrahere mr̃imoniuꝫ cũ aliqua. Et ista duo vltima impediunt matrimonium cõtrahẽduꝫ: sed nõ dirimũt cõtractũ. De clan. desp on. ca. cuꝫ inhibitio. ṽ. ecclesie vetitũ: nec nõ tempus feriarũ. Impediunt fieri: pmittunt facta teneri. ¶ Hec ipedimẽta strictim ꝛ breuissime in substãtia hic posita sunt quãtuꝫ fieri potuit. Sed qui ea diffusius videre ꝛ intelligere voluerit: legat summam confessorum: summã pisanam: summam siluestrinam: summam tabianam: ꝛ summam rosellam: ꝛ alias summas casuum conscientie.

¶ De exhortatione ꝛ admonitione facienda sponso ꝛ sponse per sacerdotem: ꝛ de forma contrahendi matrimoniuꝫ: ꝛ eius benedictione. Capi. iiij.



Instante aũt nuptiarũ celebratiõe faciẽde sunt orationes: ꝛ maxime in missa: ꝛ est dicẽda missa de spiritu sancto: cũ oratione de beata virgine: ꝛ alia oratione: que incipit. Deus per quẽ mulier iungit' viro. ꝛc. vt in missali: ꝛ hortãdi sunt spõsus ꝛ spõsa ad sacramẽtaleꝫ confessionẽ: ꝛ in ea sunt instruendi: qualiter in matrimonio viuere debeãt: ꝛ ꝙ cum omni honestate actũ ꝯiugij exerceant: considerantes ꝙ inter eos est sacramẽtũ sancte matris ecclesie: qd est honeste exercẽdũ: iuxta dcm̃ beati Pauli apl'i pme ad thessalonicẽses. iiij. ca. Unusquisqꝫ vestrũ sciat vas suũ possidere in sanctificatiõe ꝛ honore:

non in passione desiderij: sicut gentes que ignorãt deũ: qm̃ deus non vocauit eos in imunditiaʒ: sed in sanctificationẽ. Hoc autẽ fiet si in actu mr̃imonij ꝓcedẽt nõ sicut equus ⁊ mullus: sed sicut ꝑsone deũ timẽtes: ⁊ sacramẽtuʒ mr̃imonij honorantes. vʒ. non ex ardore libidinis: sed causa prolis suscipiẽde: ⁊ debiti redden-di cõsorti: sicut tenent: nec tali actu cõiugij vtantur modo inde-bito etiã in vase cõsueto: ⁊ tactibꝰ imundis: vt pluries actũ ipsuʒ exercere possint: vel vt habeant maiorẽ delectationẽ: nec vtant calidis cibarijs ⁊ potibus: vt plus ad hoc tentent: nec vir abutat vxore extra vas debitũ: qa in oibus supradictis peccarent. Iteʒ ꝙ tẽpore menstrui non cõueniant: qa esset mortale. Itẽ q, conẽ-tur honorare magnas festiuitates: ⁊ pro dei honore nõ vti con-iugio: ⁊ similiter in diebus ieiunioꝝ ⁊ ꝓcessionuʒ: ⁊ per triduum ante ⁊ ꝑ triduũ post sũptionẽ sacre cõionis. Si igit honeste ma-trimoniuʒ exercuerint deus illis bona dabit: ⁊ ꝓsperabuntur: ⁊ bonos filios generabũt: ⁊ diu viuent cum letitia insimul: ⁊ vitam eternaʒ eis cõcedet dñs deus noster. Itaqʒ sacerdos de talibus eos sapiẽter ⁊ discrete moneat: vt deũ timere discant: ⁊ cũ pace ⁊ fidelitate alter alteri amorẽ ⁊ fidem seruet. Bonum etiaʒ esset si ante nuptiaruʒ cõtractionẽ sacramẽtum eucharistie sumerẽt: vt muniti tali viatico cuʒ maiori gratia sacramẽtum ipsuʒ cõtra-herent: qa ẽm doctores si alter eoꝝ vel ambo essent in peccato mortali: cõtrahendo matrimoniuʒ: mortal'r peccarent. Assigna-ta die qua matrimoniuʒ cõtrahẽdum est per verba de presenti: venientes ad ecclesiã sponsus ⁊ sponsa: qui sunt materia huius sacramẽti: ⁊ se sacerdoti presentãtes ei iuramẽtum prestent ẽm consuetudinẽ quarũdam ecclesiaꝝ: de cõtrahendo matrimoniũ ẽm ritum sancte Romane ecclesie. Oportet aũt ꝙ sponsus eta-tem. xiiij. annoꝝ: ⁊ sponsa. xij. excedant si ꝯsensus valere debet: alias nihil fit: nec est matrimoniũ. Prestito iuramẽto sacerdos indutus superpelliceo cum stolla interrogat vtrũqʒ in hũc mo-dum. Ego ex parte dei ⁊ per iuramẽtum qd̃ fecistis mando vo-bis quatenus mihi dicatis si habetis aliqd̃ impedimentuʒ cano-nicum qd̃ possit impedire vos ab hoc matrimonio legittime cõ-trahendo. vʒ. si estis consanguinei vel affines vsqʒ ad. iiij. gra-dum inclusiue: ⁊ si aliqs vestrum cum aliqua persona cõtraxerit

per verba de p̄nti. Si habetis votū religionē intrādi: vel votuz castitatis: vel alia impedimēta canonica. vt supra. Quibus singillatim respondentibus ꝙ nō: sacerdos ꝓnuntiet v̄ba que sunt forma huius sacramēti cū ꝯsensu vtriusqȝ: de quo cōsensu specialiter eos moneat: qui si desit nihil oīno agitur: ⁊ dicat sponso. Dñe Petre vel N. placet vobis accipere dñam Catherinaz vel N. in vestrā legittimā sponsam per verba de p̄nti: sicut p̄cipit scā romana ⁊ ap̄lica eccl̄ia? Quo dicente. Placet dñe. Sacerdos dicit sponse. Dña Catherina vel N. placet vobis accipere dñm Petrū vel N. in vestrū legittimū sponsum p̄ v̄ba de p̄nti: sicut p̄cipit sacroscā romana ⁊ ap̄lica eccl̄ia? Et illa dicēte Dñe placet mihi. Sacerdos ponat manū dexteraz sponsi sup̄ dexterā sponse ⁊ superponat stollam in modum crucis sup̄ cōplicatas dexteras vtriusqȝ ⁊ dicat. Et ego auctoritate qua fungor coniungo vos matrimonialr̄. Et signū crucis sup̄ vtrūqȝ faciat dicens. In noīe patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ sp̄ūs ✠ sancti. Amen. Et aspergat aqua benedicta: dicēs. Per aque b̄ndicte asp̄sionez det vobis oīpotēs deꝰ suā grāz ⁊ b̄ndictionē. Quo dicto sacerdos b̄ndicit arras in hunc moduz. ℣. Adiutorium nostrū in noīe dñi. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Sit nomē dñi benedictū. ℟. Ex hoc nūc ⁊ vsqȝ in seculuz. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Benedic domine has arras quas hodie tradit famulus tuus. N. in manu ancille tue ⁊ dilecte sponse sue. N. quēadmodum benedixisti habraam cum sarra: isaac cum rebecca: iacob cum rachel: dona super eos gratiam tue benedictionis: abundantiam rerum: ⁊ constantiam operū: florescant sicut rosa in hierico plantata: ⁊ te dñm nostrum iesum christum timeant ⁊ adorent in secula seculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Domine deus oīpotēs pater: qui in silitudinē scti cōnubij isaac cū rebecca per intercessionē arraruz habrae famuli tui copulare iussisti: vt oblatiōe munerū numerositas cresceret filioꝝ: quesumus oīpotētiaz tuā: vt haꝝ oblatione arrarū quas hodie hic famulus tuus. N. dilecte sponse sue. N. offerre ꝓcurat: sctificator accedas: eosqȝ cū suis muneribꝰ ꝓpitius b̄n ✠ dicas: quatenus tua bene ✠ dictione ꝓtecti: ⁊ vinculo tue liberationis

tionis cõnexi: gaudeant se feliciter cum tuis fidelibus perẽniter mancipari. Per chrm dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Aspergant arre aqua benedicta: postea bñdicat anulum. ¶ Benedictio anuli.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cũ. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic quesumus domine anulum hunc: quez nos in tuo nomine bene ✠ dicimus: vt qui euz portauerint in tua pace consistant: & in tua voluntate permaneant: & in amore tuo viuant & senescant: & multiplicentur in longitudine dieruz. Per christum dominum nostrum &c. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

CReator & conseruator humani generis: dator gratie spiritualis: conditor eterne salutis: tu domine emittere digneris spiritum sanctuz tuum paraclitum de celis: & tuam sanctam bene ✠ dictionẽ super hunc anulum: vt isti pariter armati virtute celesti tuaq; protectione defensi bene ✠ dictionis tue manus percipiant in vitaz eternã. Per christũ dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Et aspergat sacerdos anuluz aquã benedicta. Postea spõsus accipiat anuluz de manu sacerdotis: & ponat eũ in dextera manu sponse in digito quarto. s. anulari dicẽs. In noĩe pr̃is & filij & spiritus sctĩ. Amen. Quo peracto sacerdos legat pces sequentes.

MAnda deus virtuti tue: confirma hoc deus qd̃ opatus es in nobis: a tẽplo sancto tuo qd̃ ẽ in hierusalez tibi offerẽt reges munera. Increpa feras arundinis cõgregatio tauroꝝ in vacis populoꝝ: vt excludant eos qui ꝓbati sunt argẽto. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater nr̃. Et ne nos.

℣. Saluum fac seruum tuum & ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. De syon tuere eos. ℣. Esto eis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cuz. Oremus. Oratio.

DEus habraam: deus isaac: deus iacob: bene ✠ dic adolescentes istos: & semina semẽ vite eterne in mentibus eoꝝ: vt quicquid pro vtilitate didicerunt hoc facere cupiãt. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum recuperatorez nostrum: qui tecum viuit & regnat &c. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic & respice de celis sup hãc ꝯiunctionem: vt sicut misisti sanctũ angeluz tuũ raphalez pacificũ ad thobiã & sarram

E

filiã raguelis: ita digneris dñe mittere bñdictionẽ tuã super hos adolescẽtes: vt in tua bñdictiõe pmaneãt: in tua volũtate psistãt: et in tuo amore viuant et senescant: et multiplicent in longitudine dierum. Per chrm dñm nrm. ℟. Amẽ. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dicere dignare dñe qs hũc famulũ tuũ et hãc famulam tuã: vt in noie tuo crescãt et cõseruent: atq3 oibus diebus tibi seruiãt: qtenus mũdi pacto termino tibi sine macula valeãt adherere. Per chrm dñm nrm. ℟. Amẽ. Postea dicat sacerdos. ps.

BEati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. Labores manuũ tuarũ qa manducabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic bñdicet homo: qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex syon: et videas bona hierusalem oibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum: pacẽ sup israel. Gl'ia pñ. Sicut erat. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater nr. et ví ab oibus pñtibus. Et ne nos.

℣. Saluum fac seruum tuum et ancillam tuam. ℟. deus meus sperantes in te. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui primos parentes nostros Adam et Euam sua virtute creauit: et i societate sancta copulauit: ipse corda et corpora vestra sancti ✠ ficet: et bñ ✠ dicat: atq3 in societate et amore vere dilectionis cõiungat. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dicat vos deus: et custo ✠ diat vos iesus christus: ostẽdat faciẽ suã in vobis: et misereat vestri: cõuertat dñs vultũ suũ ad vos: et det vobis pacẽ et sanitatẽ corpis et aie. Amẽ.

IMpleat vos chrs oi bñdictiõe spũali i remissionẽ pctõrum: vt hẽatis vitã eternã et viuatis in secula sclorum. ℟. Amen.


ET benedictio dei omnipotentis: pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spiritus ✠ sancti: descẽdat super vos: et maneat semp. Amẽ.

Postea dicatur missa vt in missali vsq3 ad Pater nr. inclusiue. Et dicto post Pater nr. Per oia scla sclorum. Et rñso. Amen. Anteq̃3 dicatur Pax dñi. Sacerdos collocata hostia cõsecrata super patenã positaz super calicẽ et coopertã corporali vertit se ad sponsum et sponsam coraz altari genuflexos: ita q sponsa sit a sinistris sponsi: et vbi psueuit cooperit spatulas viri et caput


mulieris cum eodem velo ad exẽplum Rebecce q̃ viso Isaac cooperuit se. Gen̄. xxiiij. Et de hoc habetur xxx. q. v. ca. femine. ⁊ cap. nec illud. Et dicit. In nomine patris: ⁊ filij: ⁊ spiritus sancti. Amen. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperãtes in te. ℣. Ostende eis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da eis. ℣. Mitte eis dn̄e auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Propitiare domine supplicationibus nostris: ⁊ institutis tuis: quibus propagationem humani generis ordinasti: benignus assiste: vt qd̄ te auctore iungit: te auxiliante seruetur. Per dn̄m nr̄m Jesum chr̄m filiuz tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus.






Per omnia secula seculo




rum. ℟. Amen. Domi




nus vobiscum. ℟. Et cuz



spiritu tuo. Sursum corda.



℟. Habemus ad dominum. Gratias agamus domi



no deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.


Vere dignū ⁊ iustuz est: equuz ⁊ salutare. Nos tibi
semper ⁊ vbiqꝫ gratias agere: domine sancte pater omni/
potens eterne deus. Qui potestate virtutis tue de nihilo
cuncta fecisti: q dispositis vniuersitatis exordijs homini ad
imaginez dei facto ideo inseparabile mulieris adiutoriuz
cōdidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principi/
um: docens qd̄ denuo placuisset institui: nūqꝫ liceret dis/
iungi. Deus q tā excellēti misterio ꝯiugalez copulaz conse/
crasti: vt christi ⁊ ecclesie sacramentum presignares in fede


re nuptiaꝝ. Deus per quē mulier iungitur viro: ⁊ societas
principaliter ordinata ea bene ✠ dictione donat: que nec
sola ꝑ originalis peccati penaꝫ: nec ꝑ diluuij est ablata sen-
tentiā: respice ꝓpitius super hāc famulam tuā: que mari-
tali iūgēda cōsortio: tua se expetit ꝓtectioneꝫ mnniri. Sit
in ea iuguꝫ dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ casta nubat in chri-
sto: imitatrixq; sanctarū permaneat feminaruꝫ. Sit ama-
bilis vt rachel viro suo: sapiens vt rebecca: longeua ⁊ fi-
delis vt sarra. Nihil in ea ex actibus suis ille autor ꝑuari-



¶ Hic sacerdos mutet vocē si prefationē cantauit ⁊ dicat pla/ne ita ꝙ ab astantibus audiri possit. Per eūdez dn̄m nr̄m iesuz chr̄m filiuz tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūs scti deus. Per omnia secula seculorum. Postea dicat in tono lectionis.

OReemus oīpotētez deū q ad multiplicādā humani generis ꝓlez bn̄ ✠ dictionis sue grāz largiri dignatꝰ est frēs charis/simi: ⁊ deprecemur: vt hos famulos suos. N. ⁊. N. quos ad con/iugalem copulam ipse preelegit: ipse custodiat. ℟. Amen.

Det eis sensus pacificos: pares animos: mores mutuos: charitate coniunctos. ℟. Amen.
Habeant quoq; optatas suo munere soboles: quas sicut donum ipsius tribuit: ita bene ✠ dictionē consequant: vt bi famuli tui in omni eidem cordis humilitate deseruiant: a quo se redemptos ac dicatos esse non dubitant. Per christuz dominum nostrum. ℟. Amen. Quibus peractis sacerdos ad altare cōuersus dicit. Pax domini rc. Postea datur pax sponso: r ipse sponse: r missa terminat. Completa missa sacerdos vt consueuit benedicit panem r vinum dicens. ℣. Adiutorium nostrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celum r terram. Oremus. Oratio.
Bene ✠ dic domine creaturam istam panis r vini: sicut bene ✠ dixisti quinq; panes in deserto: vt omnes gustantes ex ea tam anime q̄ corporis recipiant sanitatem. Per christuz dñm nostrum. ℟. Amen. Deinde in altari frangat panē: r det vnam partē sponso: r aliam sponse: r sic etiaz de vino: r postea aspgunt aqua bñdicta. Deinde sacerdos ponit man⁹ sup capita ambo⁊ primo viri: r postea mulieris dicēs. In noie p̄ris r filij r spūs sci. Amē. Et eleuatis manib⁹ r extēsis sup capita eo⁊ dicit.
Deus habraā: de⁹ isaac: de⁹ iacob: ipse sit vobiscuz: r ipse vos ɔiungat: ipleatq; bñ ✠ dictionē suā in vobis. Amē.
Bene ✠ dicat vos oipotēs deus oris sui eloquio: r cor vestrum sinceri amoris copulet nexu perpetuo. ℟. Amen.
Floreatis rerū p̄ntium copijs: fructificetis decēter in filijs: gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis. ℟. Amen.
Tribuat dñs vobis parētibus dona perēnia: p̄ntia tēpora feliciter dilatata: sentiatis gaudia sempiterna. ℟. Amen.
Ipse qui vnum trinumq; possidet nomen: r gloriat deus: benedicat vos in secula seculorum. ℟. Amen.
Quod ipse vobis prestare dignetur cui est honor r imperium in secula seculorum. Amen. Oremus. Oratio.
Dominus deus ops bñ ✠ dicat vos: ipse vos ɔiūgat: impleatq; bñ ✠ dictionē suā ī vobis: r videatis filios filio⁊ vestro⁊ vsq; in tertiam r quartaz generationē r pgeniem: r ad optatā perueniatis senectutē. Per. ℟. Amē. Tunc sacerdos iterū tāgat capita vtriusq; primo viri r postea mulieris r dicat.

DEus habraam: deus: isaac: deus iacob: emitte bene ✠ dictionem tuam super nubentes istos: ꝛ semina semen vite eterne in mentibus eoꝝ: ꝛ quicquid de vtilitate sua didicerint: hoc facere cupiant. Per iesum christum recuperatorẽ omniuꝫ fidelium: qui cum te eterno patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat deus per omnia secula seculoꝝ. Et benedictio dei omnipotẽtis pa ✠ tris: ꝛ fi ✠ lij: ꝛ spiritus ✠ sancti: descendat ꝛ maneat sup vos: ꝛ angelus dñi bonus custodiat vos semper. ℟. Amen. Postea sacerdos dicit euãgeliuꝫ scti Ioã. In principio. Quo dicto aufert vellũ ab eis ꝛ dicit. Ambulate i pace. ¶ Bñdictio qñ spõsa nõ habuit aliũ virũ: ꝛ spõsus habuit aliã vxorẽ. Ca. v.

SI vero fuerint scđe nuptie ex parte viri: ꝛ prime ex parte mulieris: benedicit sponsa: ꝛ nõ spõsus: benedicunt arre: veniunt tamen ambo ꝛ genuflectunt ante altare: ꝛ missa dĩ vsqꝫ ad Pax dñi exclusiue: ꝛ vellantur ambo vt supra. Et sacerdos dicit. In noie patris ꝛc. vt supra. ꝛ ℣. vt supra in singulari numero: ꝛ genere feminino Oratio. Propitiare. cum prephatiõe predicta. Et oĩo. Oremus oipotentẽ deũ qui ad multiplicãdaꝫ. dr̃ in singulari numero: ꝛ genere feminino. Postea finita missa dicat orationes vt supra: ponendo manũ soluꝫ sup caput sponse: ꝛ faciat oia reliqua vt supra. ¶ Benedictio quãdo sponsus non habuit aliam vxorem: ꝛ sponsa habuit alium viruꝫ. Ca. vj.

SI autem fuerint secunde nuptie ex parte sponse: ꝛ prime ex parte sponsi: omnia fiunt vt supra: ꝛ solum sponsus nominatur: ꝛ orationes dicunt in singulari numero: ꝛ in genere masculino: sed dicta oratione. Propitiare. nõ dicit prefatio: sed solum oratio. Oremus oipotentẽ deum: qui ad multiplicandam. dicit in singulari nũmero: ꝛ gñe masculino. Postea finita missa omnia fiunt vt supra: in numero singulari: ꝛ masculino genere: ꝛ manus super caput sponsi solius imponunt. ¶ Scđe nuptie nõ sunt benedicende: ꝛ sacerdos eas benedicẽs est suspensus: ꝛ ad papam mittendus: extra de secũdis nuptijs. ca. j. ¶ De ingressu sponse in ecclesia octauo die post benedictionẽ faciendo. vbi cõsueuit. ca. vij. ¶ In aliquibus ecclesijs cõsueuit octauo die post benedictioneꝫ: sponsa ingredi ecclesiam: qđ vulgo dicit intrare in sancta. Et tunc sacerdos indutus suppelliceo ꝛ stolla

stet in ostio ecclesie: ⁊ adueniente sponsa dicat. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ps. Deus misereatur.. totum cum Gloria patri. ⁊ postea subiungat. ps. Beati omnes.. totum similr cum Gloria pri. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. Aue maria. Et ne nos. ℣. Saluam fac ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea.. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis.. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vo.. ℟. Et cū. Oremꝰ. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus creator celi ⁊ terre: qui oia de nihilo creasti: quiqꝫ adam ꝓthoplaustum de limo terre formasti: ⁊ euam illi in adiutoriuꝫ dedisti ⁊ benedixisti eis dicēs. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terraꝫ: ne respicias ad peccata nostra: sed ad fidem ecclesie tue: ⁊ bene ✠ dicere digneris hāc famulaꝫ tuā vna cū marito suo: ⁊ da eis fecūditatē sobolis: ⁊ de rore celi atqꝫ de pinguedine terre abundantiā: ⁊ benedic eis taꝫ in domibus q̄ꝫ in agris ⁊ vbiqꝫ: in iumētis ⁊ peccoribus oiqꝫ possessioni eoꝝ bn̄dic: ⁊ ꝑduc eos in oī pietate ⁊ castitate: ⁊ moꝝ honestate: ⁊ timore dei: ad vitaꝫ eternam. Per chꝛiꝫ. Tunc sacerdos tradit caput stolle sponse ⁊ ducens eā in ecclesiaꝫ dicat.

De plenitudine potestatis apostolice: cuius auctoritatez pro presenti gero: absoluo te ab omnibus censuris ecclesiasticis: sententijs: ꝛ vinculis excõmunicationũ: suspensionum: ꝛ interdicti tam ab homine ꝗ̃ a iure latis: necnõ ab omnibus negligentijs: ꝛ defectibus cõmissis in sacramentoꝶ administratione: officijs: ꝛ actibus tuis: vel nomine tuo factis: supplendo de solita apostolice sedis clementia: omnes defectus eorundem. Aboleo etiam omnez maculam infamie: ꝛ inhabilitatis vndequaqz contractam: dispensoqz tecum super omni irregularitate: symonia in ordine ꝛ beneficio: actiue: vel passiue: quacunqz occasione: vel causa etiam contracta in collatione ordinũ: ꝛ aliorum sacramentorũ: vel contractis seu commissis. Restituo te: ꝛ abilito te ad statum famam ꝛ honorem: ꝛ executionem officiorum ecclesiasticoꝶ quorũcũqz: ac ad omnes gradus dignitatum ꝛ honorum: ad beneficia ecclesiastica habita ꝛ habenda: ꝛ tibi de his que habes de nouo prouideo: relaxando tibi fructus: quos male percepisti: seu lesa conscientia ex eisdem: ac alia que in ludo ex successione: ac alias ad te prouenerunt: que subiacent restitutioni vage in forma plenissima. In nomine pa ✠ tris: ꝛ fi ✠ lij: ꝛ spiritus ✠ sancti. Amen.

¶ Ordo qualiter se habere debet sacerdos in suscipienda confessione infirmi. Cap. xxv.



Sacerdos accedens ad infirmum: primuz dicat scdm saluatoris mandatum. Pax huic domui ⁊ oibus habitantibus in ea. Postmodum accedens ad infirmū eū consoletur ad bonam patientiaz. Deinde incipiat ⁊ dicat psalmi sequentes. vz. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. Miserere mei domine qm̄ infirmus sum: sana me dn̄e qm̄ conturbata sunt ossa mea. Et aīa mea turbata est valde: sed tu domine vsqzquo. Conuertere domine ⁊ eripe animā meam: saluū me fac ꝓpter misericordiam tuā. Qm̄ nō est in morte q memor sit tui: in inferno aūt qs cōfitebit̄ tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo ꝑ singulas noctes lectū meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: īueteraui inter oēs inimicos meos. Discedite a me oēs q opamini iniqtatē: qm̄ exaudiuit dn̄s vocē flet⁹ mei. Exaudiuit dn̄s deprecationē meā: dn̄s orationē meā suscepit. Erubescāt ⁊ cōturbent̄ vehemēter oēs inimici mei: cōuertant̄ ⁊ erubescāt valde velociter. Psal.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. Qm̄ sagitte tue ifixe sunt mihi: ⁊ cōfirmasti sup me manū tuā. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax oib⁹ meis a facie pctōꝝ meoꝝ. Qm̄ iniqtates mee supgresse sunt caput meuz: ⁊ sicut onus graue grauate sunt sup me. Putruerūt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee: a facie īsipiētie mee. Miser factus suz ⁊ curuat⁹ sum vsqz in finē: tota die cōtristatus ingrediebar. Qm̄ lumbi mei īpleti sunt illusionib⁹: ⁊ nō est sanitas in carne mea. Afflictus sum ⁊ humiliat⁹ suz nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Dn̄e ante te oē desideriū meū: ⁊ gemitus

meus a te nõ est abscõditus. Cor meũ cõturbatũ est in me dereliquit me virt⁹ mea: ⁊ lumẽ oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipsuȝ nõ est mecuȝ. Amici mei ⁊ ꝓximi mei: aduersuȝ me appropinquauerũt ⁊ steterũt. Et q iuxta me erãt de longe steterũt: ⁊ vim faciebant q querebãt aïaȝ meã. Et qui inqrebãt mala mihi locuti sunt vanitates: ⁊ dolos tota die meditabãť. Ego aũt tanq̃ȝ surdus nõ audiebã: ⁊ sicut mutus nõ aperiẽs os suũ. Et factus sum sicut homo nõ audiens: ⁊ nõ habẽs in ore suo redargutiões. Qm̃ in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus me⁹. Quia dixi ne qñ supgaudeãt mihi inimici mei: ⁊ duȝ cõmouenť pedes mei sup me magna locuti sunt. Quoniaȝ ego in flagella paratus sum: ⁊ dolor me⁹ in ꝯspectu meo semp. Qm̃ iniqtatẽ meã annunciabo: ⁊ cogitabo pro pctõ meo. Inimici aũt mei viuunt ⁊ confirmati sunt super me: ⁊ multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuũt mala pro bonis detrahebãt mihi: qm̃ sequebar bonitateȝ. Ne derelinquas me dñe deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum: dñe deus salutis mee. Psal.

Beatus qui intelligit sup egenũ ⁊ pauperẽ: in die mala liberauit euȝ dñs. Dñs ꝯseruet eũ ⁊ viuificet euȝ ⁊ beatuȝ faciat eũ in terra: ⁊ nõ tradat eũ in aïaȝ inimicoꝝ eius. Dñs opeȝ ferat illi sup lectum doloris eius: vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate ei⁹. Ego dixi dñe miserere mei: sana animã meã: quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: qñ morieť ⁊ peribit nomẽ eius. Et si ingrediebať vt videret: vana loquebatur cor eius: cõgregauit iniquitatẽ sibi. Egrediebať foras: ⁊ loquebať in idipsum. Aduersum me susurrabant oẽs inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquũ cõstituerunt aduersum me: nunqd qui dormit nõ adijciet vt resurgat. Eteniȝ homo pacis mee ĩ quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit sup me supplantationẽ. Tu autẽ dñe miserere mei ⁊ resuscita me ⁊ retribuã eis. In hoc cognoui qm̃ voluisti me: qm̃ nõ gaudebit inimicus meus sup me. Me aũt propter inocẽtiaȝ suscepisti: ⁊ ꝯfirmasti me in ꝯspectu tuo in eternũ. Benedict⁹ dñs de⁹ israel: a seculo ⁊ in seculum fiat fiat. Psal.

Miserere mei deus: ẜm magnã misericordiã tuaȝ. Et ẜm multitudinẽ miserationũ tuarum: dele iniquitateȝ meam.

Amplius laua me ab iniqtate mea: ꝛ a pctō meo munda me.
Qm̄ iniqtatē meā ego cognosco: ꝛ pctm̄ meū cōtra me ē semp.
Tibi soli peccaui ꝛ maluz corā te feci: vt iustificeris i sermonib⁹
tuis ꝛ vincas cū iudicaris. Ecce eniz in iniqtatib⁹ cōceptus suz:
ꝛ in pctis cōcepit me mater mea. Ecce eni veritatē dilexisti: in/
certa ꝛ occulta sapiētie tue manifestasti mihi. Asꝑges me dn̄e
hysopo ꝛ mūdabor: lauabis me ꝛ sup niuē dealbabor. Auditui
meo dabis gaudiū ꝛ letitiā: ꝛ exultabūt ossa humiliata. Auerte
faciez tuā a pctis meis: ꝛ oēs iniqtates meas dele. Cor mūduz
crea in me de⁹: ꝛ spūz rectū inoua in viscerib⁹ meis. Ne ꝓijcias
me a facie tua: ꝛ spūz sctm̄ tuū ne auferas a me. Redde mihi le/
titiā salutaris tui: ꝛ spū principali ꝯfirma me. Docebo iniquos
vias tuas: ꝛ impij ad te cōuertent̄. Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee: ꝛ exaltabit lingua mea iustitiā tuā. Dn̄e
labia mea aperies: ꝛ os meū annūciabit laudez tuā. Qm̄ si vo/
luisses sacrificium dedissem: vtiqz holocaustis nō delectaberis.
Sacrificiū deo spūs cōtribulat⁹: cor cōtritū ꝛ humiliatū de⁹ nō
despicies. Benigne fac dn̄e in bona volūtate tua syon: vt edifi/
cent̄ muri hierusalez. Tunc acceptabis sacrificiuz iustitie obla/
tiones ꝛ holocausta: tunc iponent sup altare tuū vitulos. Psal.

Inclina dn̄e aurem tuam ꝛ exaudi me: qm̄ inops ꝛ pauper
sum ego. Custodi aiam meā qm̄ sanctus sum: saluum fac
seruū tuū deus meus sperātez in te. Miserere mei dn̄e qm̄ ad te
clamaui tota die: letifica aiaz serui tui qm̄ ad te dn̄e aiaz meaz le/
uaui. Qm̄ tu dn̄e suauis ꝛ mitis: ꝛ multe misericordie oibus in/
uocantib⁹ te. Auribus ꝑcipe orationē meā: ꝛ intende voci de/
precationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia
exaudisti me. Non est silis tibi in dijs dn̄e: ꝛ nō est sm̄ opa tua.
Omnes gentes quascūqz fecisti venient ꝛ adorabūt corā te dn̄e:
ꝛ glorificabūt nomen tuū. Qm̄ magnus es tu: ꝛ faciēs mirabi/
lia: tu es de⁹ solus. Deduc me dn̄e in via tua: ꝛ ingrediar in ve/
ritate tua: letet̄ cor meuz vt timeat nomen tuū. Confitebor tibi
dn̄e deus meus: in toto corde meo: ꝛ glorificabo nomen tuuz in
eternuz. Quia misericordia tua magna est sup me: ꝛ eruisti aiaz
meā ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt sup me: ꝛ
synagoga potentium quesierunt animā meā: ꝛ non ꝓposuerunt

te in conspectu suo. Et tu dñe deus miserator ꝛ misericors: patiens ꝛ multe misericordie ꝛ verax. Respice in me ꝛ miserere mei: da imperium tuũ puero tuo: ꝛ saluũ fac filiuꝫ ancille tue. Fac me signum in bonum: vt videant qui oderũt me ꝛ confundantur: qm̃ tu domine adiuuisti me ꝛ consolatus es me. Psal.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cõmorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu: ꝛ refugiuꝫ meũ: deus meus sperabo in euꝫ. Qm̃ ipse liberauit me de laqueo venãtiuꝫ: ꝛ a v̄bo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi: ꝛ sub pẽnis eius sperabis. Scuto circũdabit te veritas ei⁹: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die: a negocio perambulante in tenebris: ab incursu ꝛ demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: ꝛ decẽ milia a dextris tuis: ad te aũt nõ appropinquabit. Verũtamẽ oculis tuis ꝯsiderabis ꝛ retributionẽ peccatoꝝ videbis. Qm̃ tu es dñe spes mea: altissimuꝫ posuisti refugium tuũ. Non accedet ad te malum: ꝛ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Qm̃ angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in oĩbus viĳs tuis. In manib⁹ portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem ꝛ basiliscũ ambulabis ꝛ cõculcabis leonem ꝛ draconẽ. Quoniaꝫ in me sperauit liberabo euꝫ: ꝓtegam euꝫ: quoniã cognouit nomen meuꝫ. Clamauit ad me ꝛ ego exaudiam eũ: cuꝫ ipso sum in tribulatione: eripiam eũ ꝛ glorificabo eũ. Longitudine dieruꝫ replebo eum: ꝛ ostendam illi salutare meuꝫ. Psal.

Benedic anima mea dño: ꝛ omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño: ꝛ noli obliuisci omnes tribulationes eius. Qui propitiat̃ omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes ĩfirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia ꝛ miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquile iuuentus tua. Faciens misericordias dominus: ꝛ iudicium oĩbus iniuriam patiẽtibus. Notas fecit vias suas moysi: filiĳs israel voluntates suas. Miserator ꝛ misericors dominus: longanimis ꝛ multum misericors. Non in perpetuũ irascetur: neqꝫ in eternuꝫ cõminabitur. Non sm̃ peccata nostra fecit nobis: neqꝫ sm̃ iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam sm̃

altitudinē celi a terra: corroborauit misericordiā suā sup timentes se. Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniqtates nostras. Quomodo miseret pater filiorum misertus est dn̄s timētibus se: qm̄ ipse cognouit figmētum nostrū. Recordatus est qm̄ puluis sumus: homo sicut fenū: dies ei⁹ tanq̄ flos agri sic efflorebit. Quoniā spiritus ptransibit in illo: et nō subsistet: et nō cognoscet amplius locum suū. Misericordia autē dn̄i ab eterno et vsq̄ in eternū: super timētes eū. Et iustitia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentū eius. Et memores sunt mādatorum ipsius: ad faciēdū ea. Dn̄s in celo parauit sedē suā: et regnū ipsius oībus dominabit. Benedicite dn̄o oēs angeli eius potētes virtute: faciētes verbū illius ad audiendā vocē sermonū eius. Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatē eius. Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationi eius: benedic anima mea domino. Et dicātur omnes ex integro. Postea sequit letania.

Kyriele. Christele. Kyriele. Pater noster. Et ne nos inducas.

℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄s conseruet eum et viuificet eum et beatum faciat eum in terra. ℟. Et non tradat eum in animā inimicorum eius. ℣. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. ℟. Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: quesumus imensā pietatem tuā: vt ad introitum in tuo nomine humilitatis nostre: hunc famulum tuum in hoc habitaculo iacentem fessum: saluifere visitare digneris: sicut visitasti domine Tobiam: et Sarrā: et socrum Petri: puerūq̄ Centurionis: ita et iste pristina sanitate anime corporisq̄ recepta: gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Per christum dn̄m. Oremus. Oratio.

Deus q facture tue semp pio dn̄aris affectu: inclina aurē tuā supplicationib⁹ nr̄is: et famulū tuū ex aduersa valitudine sui corporis laborantē placatus respice: et visita in salutari tuo: et celestis gratie presta ei medicinā. Per christū. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: qui per Jesum christum filium tuum dominuz nostrum vulnera nostra curare dignat⁹ es: te supplices rogamus ⁊ petimus nos humiles tui sacerdotes: vt precibus nostris aurem tue pietatis accomodare digneris: vt ad huius penitentis confessionez moniearis: remittasqz ei omnia crimina: ⁊ pctã vniuersa condones. Da quesumus huic famulo tuo dñe pro supplicijs veniã pro merore letitiaz: pro morte vitã: vt qui suadente dyabolo cecidit in ruinã: te reuocãte retrahat ad misericordiaz: ⁊ ad eternã vitã puenire mereat. Per chřm ⁊c. Tunc interrogat eũ sacerdos: si tenet: siue si scit orõnẽ dñicaz: ⁊ symboluz? Rñdet infirmus. Teneo. Tunc sacerdos. Uis dare tuã confessionem? Rñdet infirmus. Uolo. Et sacerdos. Fuisti iam ꝯfessus. Rñdet infirmus. Ita pater. Sacerdos. Credis in deũ přez oipotentẽ creatorẽ celi ⁊ terre: ⁊ in iesum chřm filiũ eius: ⁊ in spiritum sanctũ paraclitum ex patre filioqz ꝓcedentez? Rñdet. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ iste tres ꝑsone. s. pater: filius: ⁊ spũs sanctus: sint tres ꝑsone: ⁊ vnus deus? Rñdet. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ filius dei pro salute nostra sit incarnatus de spũ sancto: natus ex maria virgine: passus: mortuus: ⁊ sepultus: ⁊ ad inferos descendit: ⁊ tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad celos: ⁊ venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos? Rñdet. Credo. Sacerdos. Credis vnam sanctã ecclesiam catholicaz: sanctoꝝ cõmunionẽ: ⁊ remissionẽ peccatoꝝ: carnis resurrectionẽ: ⁊ vitaz eternam? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ in ipsa carne in qua nunc es: in ipsa habes resurgere in die iudicij: ⁊ recipere siue bonũ: siue malum qđ egisti? Rñdet. Credo. Sacerdos. Habes plenam voluntatẽ emendandi: qcqd cõtra deum egisti? Respondet. Habeo. Sacerdos. Habes fidẽ ꝙ possit tibi dimittere deus omnia peccata tua: si cõfessus: ⁊ in toto corde tuo conuersus ad eum fueris? Respondet. Habeo. Sacerdos. Uis dimittere omnibus hominibus: qui in te peccauerunt: dicente domino. Si dimiseritis hominibus peccata eorũ: ⁊ pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vestra? Respondet. Uolo. Si non vult dimittere: nec tu debes ei dare penitentiam. Si autem vult ea dimittere: ⁊ iudicium penitẽ-

re recipere: et peccata sua pleniter confiteri: eaque veraciter di/
mittere: et ieiunijs atque orationibus sacerdotum et elemosynis ea
redimere: tunc iuxta has promissiones offerat manus suas in ma/
nibus sacerdotis dicens. In manus tuas domine cōmendo spi/
ritum meum. Et sacerdos sequitur. Suscepimus deus miseri/
cordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuū deus: ita et laus
tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Gloria patri et fi/
lio et spiritui sancto. Kyriel. Christel. Kyriel. Pater nr. Et ne.
℣. Exaudiat te dn̄s in die tribulationis. ℟. Protegat te nomen dei iacob.
℣. Mittat tibi auxilium de sancto. ℟. Et de syon tueatur te. ℣. Tribuat tibi
secundum cor tuum. ℟. Et omne consilium tuum confirmet. ℣. Impleat dominus
omnes petitiones tuas. ℟. Nunc cognoui quoniam saluū fecit dominus chri
stum suum. ℣. Dominus custodit te ab omni malo. ℟. Custodiat animā tuā
dominus. ℣. Benedicat te dominus ex syon. ℟. Qui fecit celum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣.
Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui es iustorum gloria: et misericordia pctōrum: pietatem
tuam humili prece deposcimus: vt hunc famulum tuum
benigne recipias: et pietatis tue custodiam ei impendas: vt ex to/
ta mente tibi deseruiat: et sub tua semper protectione consistat: et
quādo ei extrema dies venerit: societatem sanctorum percipiat: cū
quibus inenarrabilem gloriam sine fine possideat. Per dn̄m.

Tunc sacerdos diligenter eius confessionem audiat: et si etiam ab
exordio natiuitatis sue et baptismi cōfiteretur: bonum esset. Et si qd
inuenerit qd obligatus sit satisfacere: si pōt satisfaciat: et faciat
eum suum condere testamentū: et domui sue disponere: decimas
debitas ecclesie: vbi hoc fieri cōsueuit: dimittere: et partē aliquam
sue facultatis in redemptionē suorum peccatorum legare studeat ec/
clesie: vel pauperibus: et missas beate Marie que sunt numero
ix. et missas beati Gregorij: que sunt numero. xxx. et alias huius/
modi pro se celebrari facere: vel peregrinationē ad limina san/
ctorum sicut Rome et alibi imponere: secundum quod melius infirmo videbit
et placebit. Et si primo ei nō fecit absolutionē: tunc absoluat eum
a vinculo excōicationis si tenetur: vel saltim ad cautellam: postea
dicat. Misereatur tui omnipotēs deus: et donet tibi veniam: et in/
dulgentiam: et remissionē oium peccatorum tuorum: liberet te ab omni

malo: conseruet et cōfirmet te in omni opere bono: et perducat tē christus filius dei viui in vitam eternā. Amen. Per istam verā et puram confessionē: quaz modo mihi q̄zuis peccatori sacerdoti fecisti: absoluat te oīpotēs deus ab oībus iudicijs: que tibi pro pctis tuis debent: s̄m magnā misericordiam suā: et parcat: ac remittat: et deleat oīa pctā tua: et perducat te in vitā eternā. Amen.

Dominus iesus christus qui beato Petro apl'o suo dedit potestatem ligandi atqz soluendi: ipse te absoluat: et ego auctoritate eius qua fungor absoluo te &c. vt supra capitu. 21.

℣. Deus tu conuersus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua letabitur in te. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Non intres in iudiciuz cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. Dn̄e exaudi oratioñē meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Orem⁹. Oratio.

Deum oīpotentē ac misericordem: qui nō vult mortē peccatoris: sed vt cōuertat et viuat: deprecor: vt conuerso ad viam rectā: huic famulo suo. N. misericordie sue veniaz ppitiatus indulgeat: et oīuz culpaꝝ suaꝝ vulnera que post sacri lauacri veniam cōtraxit: ita in hac cōfessione sanent: vt nulla in eo vltra cicatricū signa remaneant. Prestante dn̄o nostro iesu christo: q cuz patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amē.

Benedictio dei omnipotentis: pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et spiritus ✠ sancti descendat super te: et maneat semper. Amē.

¶ De penitētia imponēda infirmo. Ca. xx. ¶ Beatus Antoninus archieps florētinus in suo ꝯfessionali defecerūt ita dicit.

Aduertendum est aūt q̄ aut infirmus est in periculo mortis aut nō. Dico aūt periculuz mortis nō soluz qa in extremis cōstitutus: sed quia frequēter cōtingit hoies mori ex illa infirmitate et medici dubitant. In tali casu pōt quilibet absolui a quolibet sacerdote: de quolibet peccato et a qualibet sn̄ia absqz alia licentia: quū periculum est in mora. Talis enim infirmus aut iam amisit loquelaz vel vsuz rationis: puta quia freneticus: aut non. In primo casu si bene viuebat vt bonus fidelis: et frequentabat confessionē et cōmunionē et huiusmodi: q̄zuis nō petierit sacramēta: qa ex insperato talia acciderūt. Vel ēt si malus et obstinatus diu ꝑseuerās in pctis est: et diu nō confessus: si petijt

sacerdotem vt cõfiteret: ⁊ ostendit se velle facere oĩa que debet: ⁊ interea factus est mutus vel freneticus: ⁊ periculuꝫ ẽ in mora: debet presupponi cõtrictus: ⁊ faciente aliquo cõfessionẽ generalem pro eo sicut fit in populo: sacerdos faciat absolutionem ab omni sñia ⁊ peccato: ⁊ põt iniungere circũstantibus aliqd pro eo faciẽdum: vel heredibus: aut ꝯsanguineis: pro eius aĩa si volunt acceptare. Deinde debet dari ei eucharistia a ꝓprio sacerdote seculari: q̃uis nõ sit ꝯfessus: qa nõ potuit: vel ab alio sacerdote seculari: non aũt religioso: si nõ habuit licẽtiaꝫ a ꝓprio sacerdote: vel epo: alias ipse religiosus incideret in excõicationẽ papalem in hoc casu. Et hoc verũ est nisi timeret de expuitiõe vel vomitu eius: quia tũc nõ deberet sibi dari eucharistia: sed extrema vnctio tm̃: imo etiaꝫ si nõ potuit cõicare. Si ꝓpter frenesim nõ permitteret se inũgi põt ligari: ⁊ sibi violenter dari: Astantibus autẽ infirmo debet credi: si perhibent testimoniũ ꝙ petierit confessionẽ: ⁊ ostẽderit signa cõtritionis. ❡ Si autẽ non est diu cõfessus: vel qa notorius peccator: incurrit subito amentiaꝫ: ⁊ mutitatem: vel infirmitatẽ: nec prius: nec post ostẽdit signa cõtritionis: nil ei dari debet: nec sacramenta: nec ecclesiastica sepultura. Si v̾o nec loquelam amisit: nec amentiam incurrit: debet ab eo exigi pura ꝯfessio peccatoꝝ: plus vel minus: ſm ꝙ patitur tempus. Nam si est in extremis: de principalibus est interrogãduꝫ: permaxime inducẽdo eum ad cõtritionẽ: cum spe venie. Sed si nõ est ita in extremis: ⁊ vellet facere generaleꝫ confessionem de tota vita sua: sicut multi infirmi sancti fecerunt: q̃uis non sit necessarium: de his que rite alias cõfessus est iterare confessioneꝫ: admittenda est: ⁊ tandem absolutio impendenda ab omni sñia excõicationis: ⁊ ab omni peccato: modo supradicto in capitulo precedenti: ita tamẽ: ꝙ si ligatus esset aliqua excõicatione: a qua confessor extra illud periculum nõ potuisset absoluere: debet ei iniungi: ꝙ si euadat infirmitateꝫ: q̃z citius cõmode põt: presentet se ei: ad queꝫ ordinarie spectabat absolutio illius excõicationis. Alias si faceret: reincideret in eandẽ excõicationẽ. extra de sen. excõ. ca. eos. lib. vj. Sed si erat detentus aliquo peccato: de casibus epo reseruatis nõ oportet ꝙ iniungat ei: ꝙ post sanitatem ad episcopuꝫ vadat pro absolutione: qa ad illud nõ tenetur: sed

sufficit tibi prima absolutio. ¶ Nota tamē: q̄ si talis esset vsu-
rarius publicus: non potest talis admitti ad confessionem: com-
munionem: et ad alia sacramenta: nisi facta prius cautione de re-
stitutione vsurarum: vel promissione ab heredibus de huiusmo-
di: in casu quo amisisset ipse loquelaz: vel vsum rationis post si-
gna contritionis ſm formam iuris: que habetur in capi. q̄zq̄z. de
vsu. lib. vj. His peractis non est penitentia infirmo iniungēda:
quia eam facere non posset: sed innotescenda: vt dicitur. xx. q̄o.
vij. capi. Ab infirmis declarando sic. Talem tibi darem penitē-
tiam: si esses sanus: q̄zuis deberes facere multo maiorez: ſm re-
gulas ecclesie: sed quia non potes modo: quum eris sanus: fa-
cies hoc: vel illud: vel venies ad me: et tibi dabo. ¶ Istud tamē
vltimuz non videt̄ securum: q̄a raro reuertuntur pro penitentia.
¶ Si v̄o deus aliter de te disponeret: dimittas pro anima tua
tantum pro penitentia. Potest etiam iniungi amicis: vel cōsan-
guineis aliquid pro penitentia: si vtriq̄z acceptant: et si credatur:
q̄ satisfaciens pro eo sit in statu gratie. Super omnia enim aui-
sandus est: vt si debet aliquid alicui: vel ratione maleficij: vel cō-
tractus: vel depositi: vel aliter: declaret bene: vt non discedat cum
alieno ab hoc seculo: ne in eternum damnetur. Et de restitutio-
ne et legatis ad pias causas: pro anima sua ita disponat: q̄ cito
cogantur executores expedire: et non prolongare: sicut sepe et
quotidie faciunt. Quod si nollet sufficienter disponere de restitu
tione facienda: non est absoluendus. ¶ Exhortandus est aūt
ad contritionem simul: et confidentiā diuine misericordie: exem-
plo latronis: meritis passionis christi. ¶ Si autem haberi nō
possit copia sacerdotis: quāuis bonum sit in huiusmodi pericu-
lis: in mari. vz. bello: vel in infirmitate: vel morte violenta: layco
poterit confiteri: tamen non est necessarium. Quod si fiat: et eua-
dat: tenetur talis iterum de illis peccatis confiteri: quia non ha-
bebat ille claues ecclesie. ¶ Si vero infirmus non est in peri-
culo mortis: si habet casum excōicationis: vel peccata reseruata
ep̄o: debet confessor ire vel mittere ad ep̄m si potest: pro aucto-
ritate huiusmodi tamē modo tali: q̄ nō prodat peccatorem: nisi
prius ille sibi dederit licentiam nominandi eum. Hec ille.
¶ Explicit Tractatus tertius prime partis libri sacerdotalis.

¶ Incipit Tractatus quartus prime ptis libri sacerdotalis de sacramēto eucharistie. ¶ Que cōtineant in hoc tractatu. C.j.



Sacramētum eucharistie: que bona gratia dicitur.j.q.j.c. multi. In quo veraciter continent corpus: sanguis: anima: ꝛ diuinitas dñi nostri iesu christi sub speciebus panis ꝛ vini: quod ab eo institutū est: ob memoriam sue sacratissime passionis: a solis sacerdotibus summa cum diligentia est consecrandum: pari reuerentia christicolis dispensandum: ꝛ fideli custodia seruandum. Et quia primum ꝛ maximum sacerdotis officium est corpus ꝛ sanguinem christi in hoc sacramento consecrare: quod fit in misse celebratione. Ideo primū de ipsa dicemus: postmoduꝫ de alijs: ſm hunc ordinem: videlicet: quia videbimus primo.

Materiam huius sacramenti.
Formam huius sacramenti.
Ministrum huius sacramenti.
Effectus huius sacramenti.
Locum idoneum ad celebrandum.
Tempus conueniens celebrationi.
Quotiens in die quis possit celebrare.
Ordinem ꝛ ritum celebrandi.
Quibus hoc sacr̄m sit dandum: ꝛ qbus non.
Ordinem cōmunicandi populuꝫ in ecclesia.
Ordo communicandi infirmum.
Qr diligenter sit custodiendum hoc sacr̄m.
Penitentia male custodientis.
Casus cōcessi ꝛ ꝓhibiti tpe interdicti eccl'astici.

¶ Que sit materia huius sacramēti. Ca.ij.

Materia huius sacramēti est panis triticeus ex farina frumenti: cuꝫ aqua elementari ꝛ naturali confectus. De ꝯse. dist. ij. ca. in sacramēto. Et debet eē

azimus: quia christus in azimo sacramentũ cõfecit: ⁊ cõsecrauit. Et etiam vsus sancte Romane ecclesie: que initiuz ⁊ institutionem a beato Petro apostolo habuit sic obseruat: ⁊ sic mandat obseruari. Si quis in fermẽtato pane cõsecraret in ecclesia latina: debet deponi. De celebra. mis. c. lr̃as. Rationabil'r autẽ hoc sacr̃m ex pane triticeo. i. frumẽti: conficitur: qa christus: qui in eo sacramẽtal'r continet: appellat se granuz frumenti. Jo. xij. Nisi granuz frumẽti ⁊c̃. De celebra. mis. ca. vlti. ⁊ supradicto capi. in sacramẽto. ❡ Materia calicis est vinum de vite: quia sanguis christi confici non põt nisi de vino vitis. eo. ca. in sacramẽto. De cõsec. di. ij. ⁊ ca. in summa. Jbidem. De summa trinita. cap. j. de cele. mis. ca. cuz marthe. ⁊ ca. vlti. Et cõuenienter ꝯficit sanguis christi ex vino vitis: qa chr̃s se veraz vitem appellauit. Joã. xv.

❡ Ex concilio carthaginensi ca. xxvij. Jn sacrificijs corporis ⁊ sanguinis dñi nihil amplius offeratur q̃z quod ipse dñs dicit. Hic est panis: ⁊ vinuz in aqua mixtũ. Nec amplius in primitijs offerat deo: vino ⁊ frumẽto. De ꝯsec. disti. ij. in sacramẽto. ⁊ ca. in summa. de celebra. mis. ca. vlti. ⁊ ca. cuz marthe. de sum. trini. ca. j. Dicit ergo ꝙ materia panis debet esse ex tritico. i. ex frumẽto: non autẽ in pane de spelta: siligine: milio: ordeo: vel alio quocũq3 grano: nec etiaz ex pasta: sed pane cocto. Similiter materia vini non potest esse ex aceto: vel agreste: aut vino corrupto: vel nimis acetoso: aut ex vino granatoꝝ: sed quorũcũq3 pomorum: sed soluz de vino vitis. Jn musto põt ꝯfici si est depuratuz.

❡ Ex cõcilio florentino sub domino Eugenio papa. iiij. Tertiuz est eucharistie sacramẽtũ: cuius materia est panis triticeus: ⁊ vinum de vite. Cui ante consecrationẽ aqua modicissima admisceri debet ⁊c̃. Aqua vero que in calice vino miscetur: debet esse in modica quãtitate: quia eam in vinum cõuerti oportet. Et hec aqua vino miscetur ꝓpter significationẽ: quia vinũ christuz significat: ⁊ aqua populuz. Apponit autez aqua vino: tum quia christus sacramẽtuz suum in vino aqua mixto ꝯsecrauit: vt dicit Damascenus lib. iiij. ⁊ qa ex latere eius exiuit sanguis ⁊ aqua: ⁊ etiaz qa ecclesia id statuit ⁊ p̃cepit. De ꝯse. di. ij. cũ omne. ⁊ ca. j. Et l3 nouerit sacerdos aquã fuisse in dolium positã: tamen propter significationẽ debet aquã in calicez mittere. Et q̃uis aqua

non sit de necessitate sacri: qa si consecraret vinū sine aqua: esset sacramentū: tamen omittens peccat grauiter: si sciēter omittit. De cōsec. distin. ij. capi. calix. De celebra. mis. ca. cum marthe. & capi. scriptura. De ꝯsec. distin. ij. Potest aūt sacerdos omnē quātitatē panis & vini ante se positā in altari: consecrare: hec oia ex sancto Tho. & ceteris theologis excerpta sunt ex. iiij. senten.

¶ Forma sacramenti eucharistie que sit. Capi. iij.

Forma huius sacramēti: sunt verba christi: a sacerdote cū intētione ꝯsecrādi rite ꝓlata: que sunt. Hoc est enī corpꝰ meū: in ꝯsecratione panis: & hic est enī calix sanguinis mei noui & eterni testamēti: mysteriū fidei: q pro vobis & pro multis effundet in remissionē pctōꝝ: in ꝯsecratiōe vini. Matth. xxvj. Mar. xiiij. Luce. xxij. & de ꝯse. di. ij. ca. qa corpus. &c. vtrū. &c. accipite.

¶ Ex concilio florentino predicto. Forma huius sacramenti: sunt verba saluatoris: qbus hoc cōfecit sacr̄m. Nam ipsoꝝ verboꝝ virtute substantia panis in corpus christi: & substātia vini in sanguinē conuertunt: ita tñ ꝙ totus christus cōtinetur sub specie panis: & totus sub specie vini &c̄. Et lꝫ ista dictio: enim: non sit de necessitate forme sacramēti: tñ sciēter eā omittens: peccat mortaliter. Unde tota forma ꝑdicta tam panis: ꝙ̄ vini: integre ꝓferenda est: non obstante opinione aliquoꝝ doctoꝝ: qui dicunt: ꝙ forma ꝯsecrationis sanguinis est ista sola. Hic est enī calix sanguinis mei. Sed securius est ꝭm sanctū Thomā & Scotū: totā dicere. Habuit enim ecclesia Romana: que vtitur tota hac forma: eam a beato Petro apostolo: qui creditur eā docuisse: sicut christus eā protulit. Et lꝫ euangeliste nō ponant eā sic formalr̄: sicut dicitur in missa: non est multum cōtrarium: quoniā ipsi nō intendebant tradere formā consecrationis: sed solum narrare rem gestam. Quia vero christus multa dixit & fecit: que nullus euangelista scripsit: ecclesia declarauit hanc formam a christo fuisse traditam: quā nullus euangelista integram tradidit. Nō solum verba forme non sunt pretermittenda: sed nec etiam alia verba canonis misse: quia ecclesia ea cōnexuit in toto canone: alias omittēs ea grauiter peccaret. Dicit sanctus Thomas: ꝙ forma predicta vtens pronomine demonstratiuo: ostēdit ꝙ materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos

qui est in domo: non potest consecrare panem vel vinum qui est in altari: aut in foro: aut totum vinum: quod est in cellario. Si predicte forme in aliquo mutarentur: aut si sub aliis verbis que idem significarent: aut aliquid de eis diminueretur: nihil fieret. Similiter si quid adderet bona intentione: sicut. Hoc est enim corpus meum sanctissimum: grauiter peccaret in singulis predictis.

¶ De ministro huius sacramenti. Capitulum. iiij.

Minister huius sacramēti est solus sacerdos rite ordinat⁹: habens intentionē consecrandi: sicut christus cōsecrauit: indutus oibus sacris vestibus sacerdotalibus: ꝛ cui non est ꝓhibitum celebrare: pōt ꝛ debet celebrare: ꝛ hoc sacr͞m conficere ꝛ cōsecrare. ¶ Et notāter ponitur: pōt ꝛ debet: quia hereticus: scismaticus: excōicatus: interdictus: ꝛ degradatus: nō debent celebrare missaꝫ: tamē si celebrant cōficiunt veraciter corpus chr̄i. ¶ Et dicitur rite ordinatus ille qui in ordinatione sua habuit omnia substātialia ad suam ordinationē statuta: puta vnctioneꝫ manuū: acceptionē calicis cum patena cum hostia ꝛ vino: ꝛ alia que sunt de substātia ordinis. xxv. dist. ca. perlectis. ꝛ de summa trini. ca. firmiter. §. vna. ¶ Habens intētionē consecrādi: sicut christus cōsecrauit. Ubi notandum ꝙ ad perfectionē sacramēti requirit̄ intentio ministri: qua intēdat facere in cōsecratione: qđ christus fecit. Et non est necessaria intentio actualis: sed sufficit virtualis: puta si accedens ad altare habet intentionē celebrādi ꝛ consecrādi: sed postea suspendit̄ eius intētio per aliā superueniētem cogitationē: ꝛ tunc ex virtute prime intētionis vere conficit. Hec. I. Tho. ꝛ Scotus. ¶ Sine peccato mortali. Ille dicit̄ sine peccato mortali: qui nō est notori⁹ peccator: puta hereticus: scismaticus: cōcubinarius: excōicatus: qa talibus implicit⁹ est in pctō mortali: ideo nō debet celebrare: ꝛ nō soluꝫ ipse: sed etiam oēs qui audiunt scienter missaꝫ eius: si est cōuictus vel condēnatus: peccant ꝯm Theo. xxxj. dist. ca. nullus. de cohabi. cle. ꝛ mu. ca. vestra. ꝯm glo. ꝛ ca. quesitū. Si auteꝫ cōmisit aliqđ peccatuꝫ mortale: de quo nō recordat̄: aut nō habet copiam cōfessoris: ꝛ iminet sibi necessitas celebrandi: puta qa est curatus: vel est dies festus: vel necessitas infirmi cōicandi: qa non habebat hostiā cōsecratā: ꝛ habet ꝓpositū si recordaret̄ illius peccati: ꝙ ipsuꝫ ꝯfi-

teretur: si haberet copiam cõfessoris: ⁊ interim cõteritur ⁊ penitet: ⁊ est in ꝓposito cõfitendi: absoluit per summũ pontificẽ christum: ⁊ põt celebrare: ⁊ postea debet ꝯfiteri sacerdoti: quãdo habebit copiaȝ eius. Qui qdeȝ sacerdos ante celebrationẽ semper debet esse ieiunus. vij. q. j. ca. nihil. De ꝯsec. distin. ij. ca siquideȝ. Hec omnia ex sacris Theologis sunt excerpta. Uide de hoc. Constitutionẽ cõcilij florentini sub Eugenio papa. iiij. q̃ incipit. Exultate deo. De ministro vide alia inferius in cap. de dispensatione sacramẽti facienda per curatuȝ. ¶ Sacerdos mutilatus: vel notabiliter monstruosus: aut horribili infirmitate detentus: puta lepra: vel morbo galico deformabilr̃ corrosus: ꝓpter scandalum pusilloꝝ: nõ debet celebrare: leprosus tñ inter leprosos in loco priuato põt celebrare ſm. s. Thomã. ¶ Epylenticus etiaȝ durãte infirmitate ⁊ per annũ post: non põt celebrare. xxxiij. di. ca. cõmuni ⁊ glo. ¶ Demoniacus etiam ante plenã liberationẽ celebrare non põt: eodẽ ca. cõi. Sacerdotes etiã ordinati: tam curati: q̃ȝ nõ curati: si tp̄ibus debitis: ⁊ habita oportunitate nõ celebrant: peccant: qa ipsis indistincte p̄ceptum est. Hoc facite in meaȝ cõmemorationẽ. ¶ Nullus etiaȝ presumat celebrare: nisi duobus p̄ñtibus ⁊ rñdentibus. Alij aũt dicũt q̄ vnus sufficit. vij. q. j. illud. extra de fil. presby. ꝓposuit. De vi. ⁊ bono. cleri. ca. vnusquisqȝ. ⁊ ita cõiter in ecclesia seruat᷑. ¶ Inclusus vbi nõ est copia clericoꝝ: solus celebrare potest: ⁊ nõ alias. De verboꝝ signifi. ca. quesiuit. Nulla mulier ad altare p̄sumat accedere: aut presbytero ministrare. De coha. cle. ⁊ mulie. c. j. §. vlti. ¶ Non debet etiam sacerdos celebrare sine licẽtia. De celeb. missaꝝ. capi. vlti. vt impleatur figura leuitici. vj. Ignis in altari meo semper ardebit. ¶

De effectu huius sacramẽti. Capi. v.

Effectus huius sacramẽti est multiplex ipsum digne sumẽtibus. Nam fortificat menteȝ contra vitia: virtutes auget: delet venialia: confert gratiã: ⁊ fortius vnit membra capiti: idest bonos christianos christo: ⁊ future glorie nobis pignus datur. Unde versus. Inflãmat: memorat: sustentat: roborat: auget hostia spem: purgat ⁊ reficit: vitam dat: ⁊ vnit. Confirmatqȝ fideȝ: minuit: fomitẽqȝ remittit. Roborat: augmentat hoc sacrum: delet ⁊ vnit. ¶ Ex cõcilio florentino predicto. Huius sacramẽti

effectus: quez in animã operat digne sumẽtis: est adunatio hoĩs ad christum. Et qa per gratiam homo christo incorporat: ⁊ mẽbris eius vnit: consequẽs est ꝙ per hoc sacramẽtuz in sumẽtibꝰ digne gratia augeat: omnẽqz effectũ: quẽ materialis cibus ⁊ potus: quo ad vitam agunt corporalez sustentãdam: augẽdo: reparando: ⁊ delectãdo: sacramẽtuz hoc quo ad vitam operat spiritualez. In quo: vt inquit Urbanus papa gratã saluatoris nostri recensemus memoriã: a malo retrahimur: cõfortamur in bono: ⁊ ad virtutum ⁊ gratiarum proficimus incrementum. Hec ibi. Et preclarissimus doctor. s. Tho. Corpus christi est medicina egrotis: dieta peregrinantibus: debiles cõfortat: valentes delectat: languorem sanat: sanitatez seruat: fit homo mansuetior ad correctionez: patientior ad laborem: ad amorez ardentior: sagatior ad cautelam: ad obedientiaz promptior: ad gratiaruz actionem deuotior. Et dicit hoc sacramẽtum viaticuz: qa sicut viator sine cibo ambulare non põt: ita sine hoc sacramẽto homo adultus non potest rite ambulare ad paradisum. De pe. ⁊ remis. ca. ꝙ ante. xxvj. qõ. v. capi. si quis de corpore. ⁊ capi. qui recedunt.

Quis locus idoneus sit ad misse celebrationem. Capi. vj.

Locus in quo missa est celebranda: debet esse sanctificatus vt est ecclesia regulariter: nisi occurrerit casus necessitatis. De consec. distin. j. nullus. Ex concilio tiburiensi. Cap. iiij. Missaꝝ solẽnia nõ vbiqz: sed in locis ab epõ cõsecratis: vel vbi ipse permiserit: celebranda esse censemus. Concedimus etiam vt sicubi: qd nostris peccatis exigentibus per plurimũ est factuz a normanis ⁊ a sclauis: ⁊ ab vngaris: ⁊ a malis christianis: seu alio qualicũqz modo ecclesie fuerint incense ⁊ combuste: in capellis cum tabula consecrata missas interim celebrare permittimus: donec ipse ecclesie restaurari queant. In itinere vero positis: si ecclesia defuerit: vt sub diuo: siue in tentorijs si tabula altaris consecrata: ceteraqz sacra mysteria ad id officium pertinẽtia affuerint: missarum solennia celebrare concedimus. Aliter oino interdicimus. Hec ibi. Et his casibus exceptis: non licet nisi ex speciali priuilegio celebrare in loco non sacro: sine licẽtia episcopi loci illius. De ꝯse. disti. j. ca. missarum. Qui tñ hoc concedere nõ dz: nisi adsit rõnabilis ⁊ legitima causa. Potest etiam mis-

sa celebrari extrá eccliaꝫ: vbi aliqbus tpibus magnā populi con fluit multitudo: vel ꝓpter aliqđ festuꝫ: vel missam nouā: vel pdi catorē insigneꝫ: quē magnus populus sequit: ⁊ ecclia est parua: in platea mūda ⁊ honesta super altari portatili: ꝓuiso ꝙ puluis aut flatus ad altare nō possint peruenire. Idem dicēdum est de camera vel aula aut alio loco honesto ⁊ apto: in quo ex ꝑuilegio dñi pape vel de licētia epi pōt celebrari. De ꝯse. di. j. ca. missaꝝ. Et dꝫ esse sacerdos paratus cū oibus paramētis reqsitis: ⁊ altari cōsecrato saltim portatili: cuꝫ calice cōsecrato: ⁊ duobꝰ pallis seu lintheaminibus ⁊ corporali ꝯsecratis: ⁊ de puro lineo cōfectis. De ꝯsec. di. j. cōsulo. ⁊ ca. vestimēta. Non debet etiam sacerdos celebrare in mari: vel in ecclia polluta sanguine vel semine: donec fuerit recōciliata: nec etiaꝫ in cymiterio ecclie violate cōiuncto annexo ⁊ cōtiguo: nec tpe interdicti ecclesiastici: nisi ianuis clausis: excōicatis ⁊ interdictis exclusis. Et qui cōtrariū fecerit efficit irregularis ⁊ ineligibilis: nec ipse pōt eligere vl eligi sine pape dispensatione. De sentē. excō. ca. alma. lib. vj. ⁊ capi. is qui vbi supra. ¶ Quo tempore missa celebrāda sit. Ca. vij.

Missa generalr loquēdo: debet dici de die: ⁊ non de nocte. Dies aūt nō iudicat solum ab ortu solis: sed ex quo incipiunt solis signa manifestari ⁊ oriri per aliquaꝫ solis illustrationem. s. a principio aurore: vsqꝫ ad horā nonā: ⁊ tali tpe possunt misse celebrari legitime. Usus tñ ecclie habet: vt nō dicat missa hora nona: nisi in diebꝰ ieiunioꝝ: ⁊ quādo ordines conferuntur. Misse priuate dici possunt ab aurora vsqꝫ ad sextam: exceptis diebꝰ ieiunioꝝ. Solēnis missa inter tertiā ⁊ sextā solet ex ꝯsuetudine celebrari. Et sacerdos celebrās ante diem sine dispensatione episcopi vel superioris: ꝺm quosdam peccat mortalr: nisi in casu quo deberet cōsecrare hostiam ꝓpter infirmuꝫ cōicandum. Excipit ab hac generalitate dies natalis dñi: in quo missa media nocte celebrat. Et etiā pasche resurrectionis: in qua antiquitus missa in nocte celebrabat. De ꝯsec. dis. j. ca. nocte sancta. ⁊ ca. solet. De cele. mis. ca. cōsuluisti. Hec ex sacris theologis habent. ¶ Quotiens in die quis possit celebrare. Ca. viij.

Excepto die natiuitatis dñi: nisi causa necessitatis suadeat: non debet sacerdos nisi semel in die missas celebrare. de

celebra.missa.capi.consuluisti. Et in die predicto natiuitatis: licet cuilibet sacerdoti tres missas celebrare. De psecra.disti.j.capi. nocte. In alijs vero diebus: potest sacerdos in casu necessitatis duas missas et nõ plures celebrare. ¶ Primo quãdo celebrauit missam de sancto ppter solennitatẽ: et oporteat aliã missam celebrare de tempore: vel oportet aliaz missam pro defunctis: siue sit presens defunctus: siue sit anniuersarium: aut pro deuotione: quia canon nõ distinguit. De psec.distin.ij.ca. sufficit. dũmodo nõ sit corrupta intentio: nec hoc fiat cõtra psuetudinẽ in loco approbatã: sm glo. ¶ Secundo ppter necessitatẽ peregrinorum: vel persone insignis aduenientis. ¶ Tertio ppter necessitatem nuptiaruz: vbi tempus laberet. ¶ Quarto propter cõmunionẽ infirmi in periculo mortis existentis: si nõ habet hostiam cõsecratã. ¶ Quinto quãdo idem sacerdos habet duas ecclesias: vel ppter paupertatẽ ecclesiaruz: que duobus sacerdotibus alendis non sufficerent: vel ppter raritatez sacerdotũ: et oportet ipsuz vtriqz seruire: põt successiue primo vni: et postmodum alteri celebrando satisfacere. Item in die resurrectionis domini: vbi vnicus est sacerdos in illa ecclesia: et tanta populi multitudo: q omnes non possunt interesse vni misse: põt iterũ celebrare. Item si sacerdos vnius ecclesie infirmaretur: potest sacerdos vicine ecclesie diebus festis pro eo missam celebrare: et etiam ecclesie sue non deficere. Et videntur isti duo vltimi casus necessitatis: ideo a pluribus conceduntur: sed quia nihil de his auctenticum inuenitur: maioruz iudicio est relinquenduz. Quocũqz autẽ casu sacerdos pluries in die celebrauerit: in qualibet missa debet corpus et sanguinẽ domini sumere: et oẽs perfusiones calicis vsqz in finez vltime misse in aliquo calice seu vase mundo et honesto ponere: et in fine vltime misse recipere. De celebra.missa.ca.cõsuluisti.in glo. et ca.ex parte. Itez sacerdos debet omni tpe postq̃ sanguinẽ dñi susceperit: calicẽ vino perfundere et sumere in eo.capi.ex parte. ¶ Omni die excepto parasceue missa celebrat: et tunc nõ quia eo die christus seipsum immolauit. Et cũ missa sit figura passionis christi: adueniente veritate figura debet cessare. Qz autẽ dicit. De psec.distin.ij.ca. sabbato biduo.s.parasceue: et sabbato sancto: nõ debẽt penitus sacra ce-

lebrari: ſm Archidiaconū dicit q̄ missa que in sabbato sancto dicitur: est missa noctis dñice seq̄ntis: ꝛ non sabbati: ꝛ ideo anti/quitus ante horã vesperarũ nõ solebat celebrari. ¶ De ordine ꝛ ritu celebrandi ſm ꝯsuetudinē sancte Romane eccl̄ie. Ca. ix.

¶ Sacerdoti celebraturo: si digne celebrare intēdit: infrascri/pte considerationes sunt habende. Videlicet.

Intentionis discussio. Ne.
- Propter vanã gl̄iã
- Propter auaritiam
- Propter verecūdiã
- Propter timorem
- Propt̄ ꝯsuetudinē

Celebret.

Gn̄alis ꝯtritio. Sup
- Omissis q̄ fieri oportuit
- Cōmissis q̄ fieri ñ licuit
- Cōsuetis ꝛ sepe ꝯfessis

Corde oī ꝛ ope

Pura ꝛ vera confessio. s.
- Notabilium
- Communium
- Ignoratorum

Criminum

Quid intēdat ꝯsequi principaliter. An
- Augmentum dilectionis
- Inseparabilitatē vnionis
- Accelerationem visionis

Dei

Quid intēdat facere i mis/sa vtrum
- Deum per lachrymas placare
- Mortē chr̄i ꝛ charitatē memorare
- Totam ecclesiam adunare

Velit

In canone hec tria seruãda sunt scilꝫ
- Diligētia ad ꝯficiendum
- Reuerētia ad tangēdum
- Deuotio ad sumendum

Corpus christi

Quia sunt ibi
- Magna signis
- Maiora verbis
- Maxima intentione

Misse

Propter ꝯtinētiaꝫ Tam { Excellentis corporis / Excellentioris aīe / Excellētissime ditatis } Chri

℟. ¶ Si quis ad altare digne cupis celebrare.
Cor prius absterge: sic mundior ad sacra perge.
In domini mensa quid tractes: sedule pensa.
Uiuere siue mori confert: quod porrigis ori.
Egris ꝛ sanis bona est refectio panis.
Sed christi panis non est sanus nisi sanis.
Indigne sumis: si non sumis reuerenter.
Uel non catholice: aut habens mortale scienter.

¶ Alij versus pulcherrimi ad idem.

Iram: odium: rixas: rancorem: pelle sacerdos.
Pelle inimicitias: pelleqꝫ desidiam.
Casta placent superis: tu casto corpore: casta
Mente deum tractes: sit procul atra lues.
Sit procul ꝛ luxus: sanctorum sancta sacerdos
Dum petis: horrendum sit procul omne malum.



¶ Ordo misse compositus per Reuerendum patrem dominum Joannem brocardum olim magistrum cerimoniaruꝫ sancte Romane ecclesie: cum additione aliquarum deuotissimarum orationum: ꝛ tractatu de defectibus in missa occurrentibus.

ORdo seruandus per sacerdotem in celebratione misse sine cantu ꝛ sine ministris ſm ritum sancte Romane ecclie: ꝛ dici debet ex libro expedite: nō tamē nimis festināter: ꝛ fieri omnia vt iacent: nihil omisso: addito: aut in eis mutato: vel de ipsis minuto. Et ordinem huiusmodi obseruant etiam summus Pontifex: domini cardinales: patriarche

archiepiscopi: ⁊ episcopi: quādo nō celebrāt pontificalr: sed in priuato. Cum aūt in pontificalibus celebrant: obseruāt cerimonias in pōtificali ⁊ cerimoniali positas. ¶ De ꝯfessione sacramētali ante missaz ꝑtermittēda ⁊ orōnibꝰ ꝑparatorijs. Cap. ix.

SAcerdos missam celebraturus: in primis ad minus matutinas: ⁊ primam horas canonicas dicat deuote: nisi statuto vel consuetudine ecclesie: aut alias habeat infra vel imediate post matutinas: ante horam primaruz celebrare: quo casu poterit anteq̄ȝ primaz dicat id peragere: ⁊ si in peccato mortali cōstitutū se cognouerit: ante confessionē sacr̄alez dicat hāc orationē.

SUscipe confessionem meaz pijssime ac clementissime domine Jesu christe: vnica spes salutis anīe mee: ⁊ da mihi obsecro contritionem cordis: ⁊ lachrymas oculis meis: vt defleam diebus ac noctibus: omnes negligentias meas: cuz humilitate ⁊ puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine. Si iratus fueris contra me: quē adiutorē queram. Quis miserebit iniquitatibus meis. Memento domine: qui cananeam ⁊ publicanū vocasti ad penitētiaz: ⁊ petrū lachrymantē suscepisti: domine deus meus suscipe preces meas saluator mūdi iesu bone: qui te crucis morti dedisti: vt peccatores saluares: respice me miseruz inuocantē nomen tuū: ⁊ noli sic attēdere malum meuz: vt obliuiscaris bonū tuum. Et si cōmisi vnde me dānare potes: tu non amisisti vnde saluare me soles. Parce ergo mihi: qui es saluator meus: ⁊ miserere peccatrici anime mee. Solue vincula eius: sana vulnera eius. Dn̄e iesu te desidero: te quero: te volo: ostende mihi faciem tuā: ⁊ saluus ero. Mitte igitur pijssime domine: meritis purissime ⁊ imaculate semꝑ virginis Marie: lucem tuam ⁊ veritatē tuam in animā meam: que omnes defectus meos in veritate mihi ostendat: quos confiteri me oportet: atq̄ȝ iuuet ⁊ doceat ipsos plene ⁊ cū debita cōtritiōe explicare. Qui viuis ⁊ reg. Qua dicta coram alio sacerdote absoluendi eum iurisditionē seu potestatē habente genuflexus: capite discooperto confiteatur: eidem cooperto capite in cōueniēti loco sedenti: oīa peccata sua: ⁊ ab eodem absolutionez: ⁊ penitentiaz salutarē pro cōmissis criminibus recipiat. ¶ Peracta penitentia per confessiorem imposita: dicat sequentē orationez.

Sit tibi dñe obsecro meritis sanctissime matris tue semper virginis Marie grata ꝛ accepta ista cõfessio mea: ꝛ qcqd mihi defuit nũc: ꝛ alias: de sufficiẽtia cõtritionis: de puritate ꝛ integritate cõfessionis: suppleat pietas ꝛ misericordia tua: que dignet̃ me habere plenius ꝛ pfectius absolutũ in celo. Qui viuis ꝛ regnas per oĩa secula seculoꝝ. Amen. Deinde si voluerit poterit pro deuotione orationẽ sequentẽ ante altare: vel alio cõueniẽti loco genuflexus dicere. ℂ Oratio sancti Ambrosij episcopi.

Summe sacerdos ꝛ vere põtifex qui te obtulisti deo patri hostiam viuam: purã: ꝛ imaculatã in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quiqꝫ dedisti nobis carneꝫ tuã ad manducanduꝫ: ꝛ sanguinẽ tuũ ad bibenduꝫ: ꝛ posuisti mysteriuꝫ illud in virtute spũssancti dicẽs. Hec quotienscũqꝫ feceritis: in mei memoriaꝫ facietis. Rogo te per sanguinẽ tuũ preciosum magnũ salutis nostre preciuꝫ: rogo te per hanc mirã ꝛ inenarrabileꝫ charitatẽ: qua nos miseros ꝛ indignos sic amare dignatus es: vt lauares nos a pctis nostris in sanguine tuo: doce me idignũ seruũ tuũ: queꝫ inter cetera dona tua etiaꝫ ad officiũ sacerdotale vocare dignatus es: nullis meis meritis: sed sola misericordie tue dignatione. Doce me queso per spũm sanctũ tuum: tantũ tractare mysteriuꝫ: ea reuerẽtia ꝛ honore: ea deuotione ꝛ timore: qbus oportet ꝛ decet. Fac me queso per grãm tuã semp illud de tanto mysterio credere ꝛ intelligere: sentire: ꝛ firmiter tenere: dicere ꝛ cogitare: qđ tibi placet: ꝛ expedit anime mee. Intret spũs tuus bonus in cor meũ: qui sonet ibi sine sono: ꝛ sine strepitu verboꝝ loquat̃ veritatem tantoꝝ mysterioꝝ. Profunda sunt quippe nimis: ꝛ sacro tecta velamine. Propter magnã clementiã tuam: cõcede mihi missarum solẽnia puro corde: ꝛ munda mente celebrare. Libera cor meũ ab imundis ꝛ nephandis: vanis ꝛ noxijs cogitationibus. Muni me queso beatoꝝ angelorum pia ꝛ fida tutela: atqꝫ fortissima custodia: vt hostes omniuꝫ bonoꝝ confusi discedãt per virtutẽ tanti mysterij: ꝛ per manũ sancti angeli tui: repelle a me ꝛ a cunctis seruis tuis spurcissimuꝫ ꝛ nephandissimum spiritũ inanis glorie: iracũdie: fornicationis: superbie: ꝛ cenodoxie: inuidie: auaritie: blasphemie: ꝛ imunditie: dubietatis: ꝛ diffidentie: vt tantũ sacrificium cũ oĩ puritate valeã tibi offerre.

Confundant qui me psequuntur. Pereant illi: qui perdere cuncta bona festinãt. Rex virtutuz: deus amator castitatis ⁊ integritatis: celesti rore benedictionis tue extingue i corpore meo totuz fomitez ardentis libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis ⁊ itegritatis aie ⁊ corporis. Mortifica in membris meis carnis stimulos: omnesqz libidinosas cõmotiones: ⁊ da mihi veraz ⁊ perpetuã castitatis sanctimoniã: cũ ceteris donis tuis: que tibi placent in veritate: vt sacrificiuz laudis tue casto corpe: ⁊ mũdo corde tibi valeã offerre. Quãta enim cordis cõtritiõe: ⁊ lachrymarũ fonte: quãta reuerẽtia: timore: ⁊ tremore: quãta cordis castitate: ⁊ aie puritate: illud diuinũ ⁊ celeste sacrificium est celebrãdum dñe: vbi caro tua in veritate sumit: ⁊ sanguis tuus in veritate bibitur: vbi ima summis iungunt: vbi adest sanctoꝝ angeloꝝ pñtia: vbi tu es sacerdos ⁊ sacrificium mirabilr ⁊ ineffabiliter. Quis digne hoc celebrare põt: nisi tu oĩpotens deus offerentez feceris dignũ? Scio vere dñe: ⁊ scio: ac id ipsuz bonitati tue confiteor: q̈ nõ sum dignus accedere ad tãtũ mysteriũ: ꝑpter nimia peccata mea: ⁊ infinitas negligẽtias meas. Sed scio veraciter: ⁊ credo ex toto corde: ⁊ ore cõfiteor: qa tu me potes dignũ facere: qui solus potes facere munduz de imundo cõceptũ semine: ⁊ de peccatorib⁹ iustos facis ⁊ sanctos. Per hanc oĩpotentiam tuã te rogo: cõcede mihi peccatori hoc celeste sacrificiũ celebrare cuz timore ⁊ tremore: cũ cordis puritate: ⁊ lachrymarũ fonte: cum spũali letitia: ⁊ gaudio celesti. Sentiat mens mea dñe dulcedinez beatissime presentie tue: ⁊ excubias sanctoꝝ angelorum tuoꝝ in circuitu meo. Ego eniz memor venerãde passionis tue: accedo ad altare tuũ: lz peccator: vt offerã tibi de donis tuis sacrificiuz: qd̃ tu instituisti: ⁊ offerri tue maiestati p̃cepisti in cõmemorationez tuam pro nostra salute. Suscipe ergo illud queso summe pastor pro ecclia tua sancta: pro populo tuo: quẽ acqsiuisti sanguine tuo. Et qñ me pctõrez inter te ⁊ eundẽ pplm tuũ mediuz esse voluisti: lz in me boni opis testimoniũ nõ agnoscas: officiuz saltẽ dispẽsationis mihi credite nõ recuses: ne p me indignũ famuluz tuũ eoꝝ salutis pereat p̃ciuz: pro qbus victima factus: dignat⁹ es esse redẽptio salutaris. Profero ergo dñe si digneris ꝑpitius intueri: tribulatiões plebiũ: ꝑicula ppl'oꝝ: capti/

uoꝝ gemitus:miserias orphanoꝝ:necessitates pegrinoꝝ:inopiā debiliuꝫ:desperatiões languētiū:defectus senū:suspiria iuuenū: vota virginū ⁊ lamēta viduaꝝ:tu eniꝫ misereris oiuꝫ dñe:⁊ nihil odisti eoꝝ:que fecisti. Memorare dñe que sit nostra substantia: qa tu pater noster es:tu deus noster es:ne irascaris:neqꝫ multitudinē visceruꝫ tuoꝝ misericordie tue sup nos cōtineas. Non in iustificationib⁹ ꝓsternimus p̄ces ante facieꝫ tuā: sꝫ in miserationib⁹ tuis multis. Aufer a nobis iniqtates nr̄as:⁊ igneꝫ scti spūs in nobis clemēter accēde. Aufer a nobis cor lapideum de carne nostra:⁊ da nobis cor carneuꝫ:qd̄ te timeat:te amet:te diligat:in te delectet̄:te perfruat̄:te sequat̄. Oramus dñe clemētiaꝫ tuā:vt sereno vultu familiaꝫ tuā sacri tui nois officia prestolanteꝫ aspicere digneris:⁊ vt nullius sit irrituꝫ votū:nullius vacua postulatio:tu nobis p̄ces suggere:quas ipse audire ꝓpitius:⁊ exaudire delecteris. Rogamus te etiā pr̄ sancte:⁊ pro oiuꝫ fideliū aīabus defunctoꝝ:vt sit illis salus eterna:ꝑpetua sanitas:gaudiū ⁊ refrigeriuꝫ sempiternū:hoc magnū puritatis sacr̄m:deus me⁹ sit illis hodie magnū ⁊ plenū cōuiuium:de te pane viuo:qui de celo descēdisti:⁊ das vitā mūdo:de carne tua sancta ⁊ bn̄dicta:agni vꝫ q tollit pctā mūdi:que de sctō ⁊ glioso vtero beate v̄ginis Marie est assumpta:⁊ de spū sctō cōcepta: de illo p̄cioso sanguine tuo: qui pietatis fonte per lanceā militis ex tuo sctissimo latere feliciter emanauit:vt inde sanati:refrigerati:refecti ⁊ cōsolati:exultēt in laude ⁊ glia tua. Peto clemētiam tuā pijssime redemptor:vt descendat sup hunc panē ⁊ caliceꝫ istū plenitudo diuinitatis tue. descendat etiā dñe illa sancti spūs tui inuisibilis forma: ⁊ incomprehensibilis maiestas:sicut quondaꝫ in hostijs patrum descendebat:que ⁊ oblationes nostras:corpus ⁊ sanguinē tuū efficiat: ⁊ me indignū sacerdotē tuū doceat tantū tractare mysterium:cū cordis puritate:⁊ lachrymarū fonte:cuꝫ reuerētia ⁊ tremore:ita vt placide ⁊ benigne suspicias sacrificiū laudis de manib⁹ meis: ad salutē omniuꝫ tam viuoꝝ q̄ꝫ fideliuꝫ defunctoꝝ. Rogo te domine per ipsum sacrosanctū mysteriuꝫ corporis ⁊ sanguinis tui p̄ciosissimi:quo quotidie in ecclesia tua sancta pascimur ⁊ potamur:abluimur ⁊ sanctificamur:atqꝫ vni⁹ tue summe diuinitatis ꝑticipes efficimur:vt mihi cōcedas virtutes tuas sanctas:qbus

repletus: bona cõscientia ad altare tuum accedam: ita vt hec sa-cramenta celestia efficiant mihi salus ꝛ vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto ꝛ benedicto: Panis quez ego dabo caro mea est pro mundi vita: qui mãducat me viuet ꝓpter me: ipse manet in me: ꝛ ego in eo. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Panis dulcissime: sana palatum cordis mei ꝛ sentiam suauitatẽ amoris tui. Sana me dñe ab oi languore: vt nullaz pter te sentiã dulcedinẽ: nulluz pter te querã amorẽ: nullam pter te amẽ pulchritudinẽ. Panis candidissime: hñs omne delectamẽtuz ꝛ oẽm saporẽ suauitatis: qui nos de te semper reficis: ꝛ in te nunq̃ deficis: comedat te cor meũ: ꝛ dulcedine saporis tui repleant viscera aie mee. Manducat te angelus pleno ore: manducat te ꝑegrinus hõ pro modulo suo: ne deficere possit in via: tali recreatus viatico. Panis sancte: panis viue: panis pulcherrime: panis munde: qui descẽdisti de celo: ꝛ das vitam mundo: veni in cor meum: ꝛ munda me ab omni inquinamẽto carnis ꝛ spũs. Intra in animã meam: sana ꝛ sanctifica me interius ꝛ exterius. Esto tutamẽ ꝛ ꝑpetua salus ꝛ protectio corporis ꝛ aie mee. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant ꝓcul a potẽtia p̃sentie tue: vt tua ꝓtectione foris ꝛ intus munitus: recto tramite ad regnũ tuũ ꝑueniã: vbi nõ mysterijs sicut in hoc tp̃e agitur: sed facie ad faciem te videã. Amen.

¶ Sacerdos celebraturus lauat manus ante celebrationẽ. Ca. x.

ORatione hmõi completa: vel etiaz omissa: si eaz dicere nõ sit dispositus. Sacerdos induit paramẽtis sacerdotalibus in sacristia: vel ante altare vbi est celebraturus: aut alio loco ad hoc ordinato. Si hmõi paramenta est excepturus in sacristia: vel alio loco ad hoc ordinato: lauat manus in loco deputato: ꝛ alia facit vt infra dicetur. Si autez eisdem paramẽtis indui velit ante altare in quo est celebraturus anteq̃ ascendat ad ipsuz altare genuflectit in eius infimo gradu: ꝛ detecto capite iunctis manibus ante pectus extensis ꝛ iunctis digitis: ita q̄ summitas digitoꝝ humeros nõ transcendat: posito pollice dextro super sinistrũ in modũ crucis qḋ in oĩ iunctione manuũ ante pectus obseruat. Vel si paramẽta ipsa accepit in sacristia: vel alibi: anteq̃ ascendit ad altare: genuflexus coraz eo: vt prefert: secrete dicit.

Introibo

Introibo in domū tuā: in holocaustis reddam tibi vota mea: que distinxerunt labia mea. Surgit: ascendit ad altare: accipit missale: perquirit ꝛ perlegit missam: ꝛ ad cōmemorationē ꝛ alia que est dicturus ordinat signa: ne in missa audiētib⁹ sit tediosus: sibi ꝓuidet de ministro: qui ei in receptiōe paramētoꝝ sacerdotaliuꝫ ꝛ missa seruiat: ac vbi opus erit r̄ndeat: nisi prius talez habeat: vel sit in eccl̄ia ad hoc aliqs specialr̄ deputatus: vel ordinatus: lauat man⁹: ministro detecto capite ampullam aque dextra manu tenēte: ꝛ aquā fundēte: ꝛ sinistra peluim submittente: ꝙ si nō est peluis apponit sinistram manū pedi ampulle: quā dextra manu retinet: vt ambab⁹ nudis manib⁹ seruiat: qđ ēt ī alia lotiōe obseruat. Silr̄ sumpto ꝑ celebrātez sacr̄o eidē pro purificatiōe ꝛ absolutiōe vinū fundit ī calicē nudis manib⁹ detecto capite vt ꝓmittit id facit. Lotis manibus sacerdos abstergit eas mappula ad hoc ibi ordinata. Anteq̄ʒ aūt manus lauet: vel cū eas lauat dicit secrete. Da dn̄e virtutē manibus meis ad abstergēduꝫ oēm maculaꝫ imundam: vt sine pollutiōe mentis ꝛ corporis valeam tibi seruire. Amē. ¶ Sacerdos paraẗ sacris vestibus. Ca. xi.

Deinde supra vestes cōes siue quotidianas: q̄bus cōiter vtiẗ: quaꝝ exterior debet saltē talū siue colluꝫ pedis attingere: ꝛ sup rochetū si est ꝑlatus secularis: vel suppellitiū si est religiosus: qui rocheto nō vtaẗ: aut alius sacerdos: ꝛ suppellitium cōmode possint haberi. Alioqn ēt sine suppellitio calciatus pedibus: paramētis sacerdotalib⁹ se induit dicēs ad singula: singulas oōnes seq̄ntes: anteq̄ʒ paramēta ipsa accipiat. In primis accipit circa extremitates ꝛ cordulas hinc ꝛ inde amictū: queꝫ in medio deosculaẗ: ꝛ ponit sup caput: ꝛ mox declinat ad collum: ꝛ circūcirca vestium collaria tegit: ducit cordulam a sinistro latere pendentem sub brachiuꝫ sinistrum per dorsum circūducens: ad ventreꝫ reducit: ꝛ ligat: prius dicens. Impone dn̄e capiti meo galeam salutis: ad expugnandos diabolicos incursus. Amen. Tum alba induiẗ manicā dextrā brachio dextro: deinde sinistrā brachio sinistro imponēs: ac alias ipsaꝫ albā corpori adaptans prius dicēs. Dealba me dn̄e: ꝛ mūda cor meum: vt in sanguine agni dealbatus: gaudijs perfruar sempiternis. Amen. Eleuat ante ꝛ a laterib⁹ hinc ꝛ inde albā: ac cingulo sibi per ministrum a

tergo porrecto se cingit dicens. P recinge me dñe cingulo puritatis: et extingue in lumbis meis humorez libidinis: vt maneat in me virtus cõtinentie et castitatis. Amẽ. Minister eleuat albã supra cingulum circũcirca: vt honeste dependeat: tegat vestes: et eius fimbrias diligenter aptat: vt ad latitudinẽ digiti vel circa: supra terram equaliter fluat. Sacerdos accipit manipuluz in brachium sinistrũ dicens. M erear dñe portare manipuluz fletus et doloris: vt cuz exultatione recipiam mercedem laboris. Amen. Stolam ambabus manibus accipit: deosculatur eaz in medio: imponit mediuz eius collo: et trãsuersando eaz ante pectus in modum crucis: ducit partẽ a sinistro humero pendentẽ ad dextrã: et ptez a dextro humero pendentẽ ad sinistraz: sicqz vtrãqz parte stolle extremitatibus cinguli hincinde ipsi cingulo coniungit dicens. R edde mihi dñe obsecro stollaz imortalitatis: quaz perdidi in preuaricatiõe primi parentis: et q̃uis indignus accedo ad tuum sacrũ mysteriũ: merear tñ gaudiũ sempiternũ. Amẽ. Induit casula dicẽs. D ñe q dixisti: iugũ meũ suaue est: et onus meuz leue: fac vt illud portare sic valeã: q̄ ɔsequar tuã grãz. Amẽ. ¶ Sacerdos postq̃z est paratus põt dicere sequẽtes orõnes. Cap. xij.

¶ Oratio sancti Thome de aquino ad deum patrem: dum sacerdos est accessurus ad altare. Oratio.

O Mnipotẽs sempiterne deus: ecce accedo ad sacrũ vnigeniti filij tui dñi nr̃i iesu chr̃i. Accedo inq̃z infirmus ad medicum vite: imundus ad fontẽ misericordie: cecus ad lumen claritatis eterne: pauper et egenus ad dñm celi et terre. Rogo ergo imẽse largitatis tue abundãtiam: quatenus meã curare digneris infirmitatẽ: lauare feditatem: illuminare cecitatẽ: ditare paupertatem: vestire nuditatez: vt panem angelorum: regem regum: et dñm dominãtiuz tanta suscipiã reuerẽtia et humilitate: tanta cõtritiõe et deuotiõe: tanta puritate et fide: tali ꝓposito et intẽtione: sicut expedit saluti aĩe mee. Da queso mihi: dñici corporis et sanguinis nõ soluz suscipe sacr̃m: sz ẽt et rez et virtutẽ sacr̃i. O mitissime deus da mihi corpus vnigeniti filij tui dñi nr̃i iesu chr̃i: qd traxit de virgine maria sic suscipe: vt corpori suo mystico merear incorporari: et inter eius mẽbra cõnumerari. O amãtissime pr̃ cõcede mihi dilectum filiũ tuũ: quez nũc velatũ in via suscipe ꝓpono: reuelata tandez

facie ꝑpetuo cōtēplari. Qui tecū viuit.

Ante cōionē apologia.

IMpellit ministrandi officiuz hostia salutaris: populi pro
delicto: terret ꝯscientia indebiti sacerdotij pro reatu. Si a
me oiuz sacerdotū peripsima sacrificium offerat: polute ꝯsciētie
crimen auget. Si tñ te maiestati vniuerse carnis iudici nō offer-
tur: negligētie reatus cōscribit. Inter hec tue ops libramen pie-
tatis imploro: cuius vltionis diē accusante ꝯsciētia pertimesco.
Me indignū queso misericordia tua iudices: quē a tpe pnie non
excludis. Suspēde securrim: donec cultor vinee admoueat co-
phinum stercoris infructuose arboris ad radicem. Parce mihi
dñe clemētissime penitēti: qui dauid post lapsuz clemēter ad ve-
niaz reuocasti: qui petri misericors amare flentis lachrymas re-
spexisti: qui latronē in crucis patibulo tanti facinoris reū diuina
grā illustrasti. Cui mox obtinuit ꝯfessio perspicue dei filiū: fides
premiuz: pena veniaz: lamēta gaudia sempiterna: duz confessor
in cruce: possessor extitit paradisi post crucē. Sed qa verba ve-
nia tue pietatis indigent: que indigni sacerdotis opa nō cōmen-
dant: saltim astantiū vota suscipe: vt ⁊ mihi suis apud te ꝓcibus
veniaz: ⁊ eoꝝ meritis sacrificia nroꝝ vulnerū salubriter nobis cō
ferant medicinā. Ut qa ops pro oibus fact⁹ es hostia pro pctis:
adsis nobis sctificatio in sacrificio pro delictis: chre saluator mū
di. Qui cū eterno pre ⁊ cū spū scō viuis ⁊ regnas de⁹: ꝑ oia secu-
la seculoꝝ. Amē.

¶ **Oratio ad beatissimaz virginem mariam.**

O Mater pietatis ⁊ misericordie beatissima virgo Maria
ego miser ⁊ indignus pctōr ad te ꝯfugio toto corde ⁊ affe-
ctu: ⁊ precor dulcissimaz pietatem tuam: vt sicut dulcissimo filio
tuo in cruce pendenti astitisti: ita ⁊ mihi misero pctōri ⁊ sacerdo-
tib⁹ oibus hic ⁊ in tota sctā ecclia ipsaz hodie offerētib⁹ clemen-
ter assistere digneris: vt tua grā adiuti dignā ⁊ acceptabilem ho
stiā in ꝯspectu sūme ⁊ idiuidue trinitatis offerre valeam⁹. Amē.

¶ **Ad sanctuz vel sanctā cuius es die festum celebrat. Oratio.**

O Sancte. N. vel sctā. N. ecce ego miser pctōr de tuis meri
tis cōfisus offero nūc sacratissimuz sacrm corpis ⁊ sangui-
nis dñi nostri iesu chri pro tuo honore ⁊ glia: precor te humilr ⁊
deuote: vt pro me hodie intercedere digneris: vt tantū sacrificiū
digne ⁊ acceptabiliter offerre valeam: ⁊ cum tecuz ⁊ cum omni-

bus electis eius eternalr laudare ⁊ cū eo regnare valeā. Amen.
Suprascripte orones: nō ex pcepto sꝫ ex deuotiōe dicunt. Poterit ēt sacerdos his oronib⁹ demissis dum se parat dicere psal.
Miserere mei deus. vsqꝫ in finē: cuꝫ Glīa pr̄i. aut aliū psalmū cōuenientē. ¶ Sacerdos qualr ad altare accedere dꝫ. Ca. xiij.
SIc oībus paramētis indutus sacerdos: si illis in sacristia: vel alio loco ab altari: in quo est celebraturus distāti: indutus est: accipit manu sinistra calicem cū patena simul ligata: que debent esse de auro: vel argento: aut de stāno: nec debent esse rupta ita ꝙ amiserint formā: ⁊ desup ponit bursam cuꝫ corporali: ⁊ palla: que debēt esse de puro pāno lineo: nō de pāno intincto: aut de serico: ⁊ bursam ipsaꝫ ne cadat manu dextra tenēs coopto capite accedit ad altare: ministro cuꝫ missali: cussino: ampullis vini ⁊ aque: hostiaria cuꝫ hostijs: cādelis ⁊ intorticio mortuis seu nō ardentibus: ipsum pcedente: vbi ante infimū gradū stans sacerdos caput altari seu imagini crucifixi desup posite ꝓfunde inclinās: debitā ei reuerētiam facit: tum ascendit ad mediuꝫ altaris: vel si paramenta ante altare hmōi accepit: ibidem explicat corporale collocat cū patena versus cornu epistole: ac hostiam sup patenaꝫ reponit ⁊ palla cooperit. Si est cōsecraturus vnā vel plures hostias pro cōione vnius vel pluriū illa die dispēsandas: aut pro alijs dieb⁹ reseruādas ēt ponit illaꝫ vel illas sup patenā sub hostia ꝓ se parata: si ille cōmode sup patena stare pn̄t: alioqn locat eas sup corporale ad dextraꝫ ꝓpe vbi post offertoriuꝫ calix erit locādus: hoc est ad sinistrā sui celebrātis: aut in aliquo calice vel vase mūdo cōsecrato ponit eas retro locū vbi calix misse erit locādus: ⁊ alia patena cooperit: conspicit tobaleas siue mappas sup altare positas (que debēt eē tres) an sint oēs: ⁊ si qua deficit faciat eā apportari: ⁊ sup altare extēdi: interiꝫ minister accēdit candelas: ⁊ apponit cādelabris hincinde sup altare positis. Si altare non est ꝯsecratū: habere dꝫ altare portatile desuper in medio positū. Auertat sacerdos an lapis in ipso altari portatili cōsecratus sit longitudinis vnius palmi: ⁊ latitudinis ad minus medij palmi vel circa: hoc est tante quantitatis ꝙ possit cōmode desuper poni calix ⁊ hostia: distantia cōpetenti: ꝙ si lapis ipse illius quātitatis nō est: nullaten⁹ celebret sup eo.

¶ Qualiter sacerdos missam incipiat. Cap. xiiij.

SAcerdos premissis expletis: stans ante mediū altaris manibus eleuatis ⁊ iunctis ante pectus: poterit dicere sequētem orationē beati Gregorij pape: q̄ scripta ē aureis lr̄is in eius missali: qd̄ conseruat in bibliotheca scte romane ecclie. Oratio.

FActurus memoriā salutaris hostie toti⁹ mūdi: cū illius dignitatē: ⁊ meā intueor feditatē: ꝯscia torqueor pcōꝝ. Uerꝫ qa tu deus multuꝫ misericors es: imploro vt digneris mihi dare spūm cōtribulatū: qd̄ tibi gratū sacrificiuꝫ reuelasti: vt eo purificat⁹ vitali hostie pias man⁹ admoueā: que oia mea pctā abluat: ⁊ ea deiceps in ꝑpetuū mihi vitādi cautelā ifundat: oibusqꝫ pro qb⁹ tibi offert p̄ntis ⁊ future salutis cōmertia largiaris. Per do.

Tum descēdit ad infimū gradū altaris iunctis manib⁹ ante pectus detecto capite. Et si ē celebratur⁹ corā summo Pontifice: aut Cardinale: vel Patriarcha: Archiep̄o: vel ep̄o in eoꝝ residentijs: vel loco iurisditionis eoꝝ: facit prius ei: corā quo ex predictis: est celebraturus reuerentiaꝫ cōuenienteꝫ: ⁊ mox ad altare se cōuertit. Aut si nō est corā aliquo p̄missoꝝ celebratur⁹: q̄ꝫ primuꝫ ad infimū graduꝫ descēdit de altari cōuertit se ad ipsuꝫ altare: vbi eodeꝫ modo stans: ꝑducēs manu dextra a fronte ad pectus signū crucis: sinistrā ponit infra pectus. In alijs bn̄dictionibus: cū est in altari: ponit eam sup altare: vel si ⁊ qn̄ manica albe eum impedit: retinet ipsa manu sinistra manicam hm̄oi brachij dextri. Cuꝫ sibi ipsi bn̄dicit: vertit ad se palmaꝫ manus dextre: ⁊ oibus illius digitis iunctis ⁊ extensis a fronte quaꝫ tangit ad pectus: ac ab humero sinistro ad humerū dextrum signū crucis format. Si v̄o alijs: vel rem aliquā benedicit: paruū digituꝫ vertit ei cui benedicit: ac benedicēdo totā manū dexterā extēdit: oibus illius digitis pariter iunctis ⁊ extēsis q̄ in omni bn̄dictiōe obseruatur: dicit itelligibili voce. In noie patris: ⁊ filij: ⁊ spūs sancti. Amen. Et postq̄ id dixerit nō debet aduertere quēcūqꝫ in alio altari celebrantē: etiam si sacramētum eleuet: sed cōtinuate ꝓsequi missaꝫ suā vsqꝫ in finē. Iungit manus ante pectus dicēs sili voce. ℣. Introibo ad altare dei. Minister ad eius sinistrā aliquantuluꝫ tamen retro genuflexus rn̄det. Ad deuꝫ qui letificat iuuentutem meam. Interessentes quoqꝫ misse huiusmodi: que

legitur: genuflectere debent a principio vsq; ad benedictionē in post eius finem per celebrantē datam: excepto cū Euangelium legitur: ad qđ stare debent attenti. In missa vero que cantatur: si est de dñica: vel de festo: aut de feria inter Pascha ⁊ festū sancte Trinitatis: genua flectunt ad confessionem. Qua finita stant vsq; ad adorationē sacramēti: cum celebrās illud ostēdit populo adorādum. Qua adoratione facta surgūt stantes vsq; ad finē misse. Si aūt missa ipsa cantat pro defunctis: vel de feria extra tempus Paschale predictū: genuflectunt vsq; ad finē cōfessionis: ⁊ ad oratiōes ante Epistolā: ⁊ in quadragesima ad vltimū versum Tractus. **Dñe non fm peccata nostra ⁊c.** ⁊ a dicto per celebrantē **Sanctus ⁊c.** quousq; missa cōpleatur: ad oēs alias partes misse stare debent: nisi esset locus conueniens sedendi: ⁊ tūc possent sedere in missa: que cantat a dicto **Kyrie eleison ⁊c.** per celebrantem vsq; ad **Gloria in excelsis deo.** ⁊ ab illo p eundem dicto vsq; ad **Dominus vobiscū.** ante oratiōes: ⁊ ad epistolam: ⁊ quousq; dicatur **Dominus vobiscū.** pro Euāgelio a dicto **Credo in vnum deum.** per celebrantem: quousq; dicat **Dominus vobiscum.** ante offertoriū: ⁊ a dicto per eundē offertorio quousq; incipiat prefationē: ⁊ a purificatione celebrantis quousq; dicat **Dominus vobiscum.** ante ⁊ post cōmuniones. Ad verba autē **Et incarnatus est.** vsq; **Et homo factus est.** inclusiue in **Credo in vnū deum.** ⁊ in Euangelio Joannis **Et verbū caro factū est.** ⁊ in Euāgelio Matthei qđ in Epyphania domini habetur **Et procidentes adorauerunt eū.** in omni missa qua dicunt genuflectit: nec debeat alia officia vel alias orationes dicere: etiam si celebrantē: vel latinū nō intelligat: sed deuote attendere celebrantē: ⁊ intentionē suam dirigere ad ea que dicit ⁊ facit celebrans: ⁊ in animo simul cū eo offerre: supplicare ⁊ orare que ipse celebrans offert: supplicat ⁊ orat: excepto tempore adorationis sacramēti: ⁊ infra canonem dum celebrans secrete orat: quo tempore licet specialiter orare: ⁊ se ⁊ quos quis voluerit deo commendare. Celebrans prosequitur.

Iudica me deus: ⁊ discerne causā meam de gente non sancta: ab homine iniquo ⁊ doloso erue me. Minister ⁊ interessentes dicunt singulos alios siue secundarios versus: ⁊ ad alia

ut infra ponitur respondent. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis incedo: dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctuz tuū: et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cythara deus deus meus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Celebrās inclinat caput deo dicens. Gloria patri: et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum Amen. ℣. Introibo ad altare dei. ℟. Ad deum qui letificat iuuentutem meam. Celebrans manu dextra producit a fronte ad pectus signum Crucis dicens. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celuz et terram. Celebrans caput humiliter deo inclinat dicens. Confiteor deo omnipotēti: beate Marie semper virgini: beato Michaeli archangelo: beato Joanni baptiste: sanctis apostolis Petro et Paulo: omnibus sanctis: et vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione: verbo: et opere: Manu dextra percutit pectus suuz interim dicens. mea culpa: mea culpa: mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem: beatum Michaelem archangelum: beatuz Joannem baptistam: sanctos apostolos Petrum et Pauluz: omnes sanctos: et vos fratres orare pro me ad dominum deum nostrum. Si est coram summo Pontifice: aut Cardinale: in ecclesia vel loco sui tituli seu Cardinalatus: aut Legato sedis apostolice: vel Patriarcha: Archiepiscopo: seu Episcopo: in eorum prouincia: ciuitate: vel diocesi constitutis: non alias: stat coram altare remotius aliquantulum versum ipsum summum Pontificez: Cardinalem: Legatum: vel Patriarchā: Archiepiscopum: vel Episcopum: et omissa confessione predicta dicit sequentem. Confiteor deo omnipotenti: beate Marie semper virgini: beato Michaeli archangelo: beato Joāni baptiste: sanctis apostolis Petro et Paulo: omnibus sanctis: et vobis pater: et fratres quia peccaui nimis cogitatione: verbo: et opere: Manu dextra percutit pectus suū interim dicēs. mea culpa: mea culpa: mea maxima culpa. Ideo precor beatā Ma

riaz semp virginē: beatū Michaelez archāgeluz: beatū Joānez baptistā: sanctos aplos Petrū et Pauluz: oēs sctōs: et vos pr et frēs orare pro me ad dn̄m deū nr̄m. Summus Pontifex: Cardinalis: Legatus: Patriarcha: Archieps: vel Eps ac minister et interessentes genuflexi dicunt. Misereat tui oipotens deus: et dimissis peccatis tuis: pducat te ad vitam eternam. R. Amen. Subsequenter dicunt ijdem genuflexi celebrante se erigente. Confiteor deo oipotēti: beate Marie semp vgini: beato Michaeli archāgelo: beato Joāni baptiste: scis apostolis Petro et Paulo: oib9 sanctis: et tibi pr qa peccaui nimis cogitatiōe: vbo: et ope. Manu dextra pcutiunt pectus suū interim dicētes: mea culpa: mea culpa: mea maxima culpa. Ideo pcor beatā Mariā semp virginē: beatū Michaelez archāgeluz: beatū Joānez baptistā: sctōs aplos Petrū et Pauluz: oēs sctōs: et te pater orare pro me ad dn̄m deū nr̄z. Rn̄det celebrās. Misereat vestri oipotens deus: et dimissis oib9 pctis vestris pducat vos ad vitā eternam. R. Amen. Celebrans pducēs manu dextra a fronte ad pectus signū crucis dicit. Indulgentiam absolutionē et remissionem peccatoꝝ nostroꝝ tribuat nobis oipotens et misericors dominus. R. Amē. Celebrans stans capite inclinato dicit V. Deus tu cōuersus viuificabis nos. R. Et plebs tua letabitur in te. V. Ostēde nobis dn̄e misericordiam tuam. R. Et salutare tuū da nobis. V. Dn̄e exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Et dicit secrete celebrans.

Aufer a nobis quesumus domine cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctoruz mereamur puris mentibus introire. Per christum dominum nostrum. R. Amen.

¶ Que dici debent per sacerdotem plane et que alte. Cap. xv.

Predicta oia celebrāti ordinata: excepto Aufer a nobis etc. dici debent per eum intelligibili voce ita q ab interessentibus misse itelligibilr audiant. Similr et introit9 cū suo psalmo et Gloria patri. Kyrie eleison. Gloria in excelsis deo etc. Dn̄s vobiscum. Oremus. Flectamus genua: leuate. Orationes. Prophetie. Epistola. Graduale. Alleluia. Tractus cum suis versibus. Euāgeliuz. Credo. Dn̄s vobiscū. Offertorium. Orate fratres. Per oia secula seculoꝝ. Prefatio. Sanctus etc. No-

bis quoqz pctõrib⁹. Per oia secula sclõꝝ. Pax dñi ⁊c. Agnus dei ⁊c. Pax tecum. Dñe non sum dignus. Cõmunio. Dñs vobiscuz. Oremus. Post cõiones. Humiliate capite vestra deo. Dñs vobiscũ. Ite missa est. Benedicamus dño. Requiescãt in pace. Benedicat vos ⁊c. Oia alia que ĩ missa dicunt: dici debẽt secrete: ita ꝙ a circũstantib⁹ seu interessentib⁹ misse nõ audiant.

¶ Dicta cõfessione qualr̃ sacerdos missaz ꝓsequat. Cap. xvj.

Dicto Aufer a nobis ⁊c. celebrãs ascẽdit ad mediuz altaris: coram eo stans capite inclinato manibus iunctis supra altare positis: posito pollice dextro super sinistruz: que ita super altare ponuntur: ꝙ digiti parui dũtaxat frontẽ seu mediuz anterioris partis tabule seu mense altaris tangãt: residuo manuz inter altare ⁊ se retento: qđ semper obseruatur cum manus iuncte super altare ponuntur: secrete dicit. Oramus te domine vt per merita sanctoꝝ tuoꝝ: quoꝝ reliquie hic sunt: ⁊ omniuz sanctoꝝ: indulgere digneris omnia peccata mea. Amen. Osculat altare in medio manibus extensis hinc ⁊ inde super ipsum altare positis: qđ in omni deosculatione altaris ante cõsecrationẽ sacramẽti obseruatur. Similr̃ ⁊ post cõsecrationẽ eiusdez: solo dempto ꝙ pollices ab indicibus propterea tunc non disiungantur: accedit ad cornu sinistrum altaris videlicet Epistole: vbi stans versus altare: producens manu dextra a fronte ad pectus signum Crucis: iunctis manibus supra librum positis: ex libro missali ibidem existente qui recte inter anteriorem ⁊ posteriorez partes altaris poni debet: dicit intelligibili voce introitum misse cum psal. ⁊ Gloria patri. si est dicendum: deinde repetit introitum. Si vero legit pro defunctis vel alias Gloria patri. non sit dicẽdum post psal. omisso Gloria patri. repetit introituz. Postea manib⁹ ante pectus iunctis: accedit ad mediuz altaris: vbi stans versus illud: manibus vt supra iunctis: dicit simili voce.

Kyrie eleison.	Minister.	Kyrie eleison.
Kyrie eleison.	Minister	Christe eleison.
Christe eleison.	Minister.	Christe eleison.
Kyrie eleison.	Minister.	Kyrie eleison.

Kyrie eleison. Si minister vel interessentes celebranti non respondeant: celebrans ipse solus omnia dicit.

¶ De Gloria in excelsis ⁊ quando dicendum est. Capi. xviij.

Dicto vltimo Kyrie eleison. sacerdos in eodē loco stans manibus iunctis ante pectus: voce predicta dicit: si sit dicendum. Gloria in excelsis deo. Quod dicendo continuo manus extendit: ⁊ iterū iungit ante pectus: ⁊ caput deo inclinat: quo ibidem per ipsum dicto: iunctis manibus vt prius: in eodē loco ac eodē modo stans prosequitur. Et in terra pax hominibus bone volūtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramꝰ te. Caput deo inclinat. Glorificamus te. Gratias agimꝰ tibi: quod dicēdo caput deo inclinat: ⁊ ꝓsequitur: propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater oīpotēs. Domine fili vnigenite Jesu christe. Deo caput inclinat. Spiritus ⁊ alme orphanorū paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Primo genitus Marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationē nostram. quod dicēdo caput deo inclinat. Ad Marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris: miserere nobis. Quoniā tu solus sanctus. Mariam sanctificans. Tu solus dominus. Mariam gubernans. Tu solus altissimus. Mariam coronans. Jesu christe. Caput deo inclinat. Cum sancto spiritu: qđ dicēdo seipsum signat manu dextra signo crucis a fronte ad pectus interim pficiens. in gloria dei pr̄is. Amē.

¶ Nota ꝙ textus in rubro positus dicit̄ tantū in missis beate Marie v̄ginis: tā festiuis ⁊ eorū octauis: etiā si infra ipsā octauam de Dñica vel aliquo alio festo agat̄: ꝙ̄ votiuis eiusdem ex consuetudine tantū: q̄a in quibusuis missis votiuis quocūq̄ tp̄e regulariter nō dicit̄ Gloria in excelsis deo exceptis votiuis beate Marie virginis: ⁊ angelorū: pro eo ꝙ angeli hunc hymnū primitus decantarūt. Si infra hebdomadā in aduentu dr̄ officiū misse Dñice: nō dr̄ in ea Gloria in excelsis deo. nec in missis defunctorū quocūq̄ tp̄e: nec ī missis de tp̄e: a Dñica septuagesime inclusiue vsq̄ ad diē Jouis sancte exclusiue. Dicit̄ autē quādo extra aduentū infra hebdomadā missa Dñice p̄terite celebrat̄. Dicit̄ etiā Gloria in excelsis deo. in missis officij singulorū dierū: in quo dictū est in matutinis Te deū laudamus: ⁊ non alias: nisi die Jouis scā: que cena dn̄i appellat̄: ⁊ Sabbato scō: in q̄bus

etiaz Alia huiuſmodi in missa dicitur:licet in matutinis **Te deum laudamus.** non habeatur: et secunda tertia et quarta ferijs:que rogationum seu letaniarum minorum nuncupantur:ante festum Ascensionis domini: **Gloria in excelsis deo.** in missis dierum earundez non dicitur:licet in matutinis **Te deum laudamus** habeatur. Dicitur autem in missa eisdem diebus:si de festo missa celebratur. ¶ De orationibus in missa. Capi.xviij.

DJcto **Gloria in excelsis deo** per sacerdotem:vel si non sit dicenduz:illo omisso:si legenda est prophetia:dicto **Kyrie eleison** celebrans reuertitur ad cornu Epistole: vbi stans ante librum extendit et iungit manus ante pectus: dicens eadem voce. **Oremus.** Tuz iunctis manibus subiungit simili voce. **Flectamus genua.** et ibidez rursus vt stabat manibus extensis hinc et inde super altare positis vt seipsum ad altare sustineat: quod in omni genuflexione ante altare fieri consueuit:excepto a consecratione vsqz ad ablutionem digitorum post communionem:quo tempore medios:annullares:et paruos digitos duntaxat extendit:dum ad altare se sustinens genuflectit: et sine mora dicit eadem voce **Leuate.** Surgit et stans ibidem manibus extensis ante pectus intelligibili voce dicit orationem ordinatam in missali: cum sua conclusione: ad quam iungit manus et orationem perficit. Extensio autem manuum ita fit: quod vna manus aliam respiciat:digitis non disiunctis:quoruz summitas altitudinem humerorum non transcendat: et eorum distantiaz non excedat: quod in omni extensione manuum ante pectus obseruatur. Deinde manibus iunctis vel disiunctis: prout sibi magis placet:super librum vel altare positis:legit prophetiaz:qua finita minister dicit. Deo gratias. Tum celebrans stans eodem modo legit ibidez Graduale. Et si plures prophetie sunt dicende:ante singulas prophetias dicit. **Oremus flectamus genua: leuate.** Et facit: ac minister in fine singularum dicit **Deo gratias.** prout de prima dictum est: nisi missale aliter contineat: prout in diebus Veneris sancte: et Sabbati sancti. In vigilia autem Penthecostes: et diebus Mercurij: ac Sabbati Penthecosten immediate sequentibus: non dicitur **Flectamus genua:leuate.** prout etiam in Missali ordinatur. Dicto Graduali post Prophetiam: vel si non sit legenda Prophetia: alijs vt premittitur dictis: celebrans stans ante medium altaris manu-

bus hinc ⁊ inde desuper positis: illud osculat̃ in medio: tum iun/ctis ante pectus manibus: demissis oculis ad terram ad manuz sinistram: hoc est ad latus dextrum: vertit se ad populum ⁊ dicit voce predicta. **Dominus vobiscum.** qđ dicendo extēdit ⁊ iun/git manus ante pectus: digitis tamē non disiunctis. ℟. **Et cuz spiritu tuo.** Tum iunctis vt prius manibus: reuertit̃ per eandez viam ad mediuz altaris: ⁊ facta ibidem cruci reuerentia: accedit ad libruz vbi dicit simili voce. **Oremus.** quod dicendo extendit ⁊ iungit manus ante pectus: ⁊ caput deo inclinat: cū extensis ma nibus ante pectus: eadem voce dicit ibidem orationem diei con/uenientem vsq3 ad **Per dominum nostrum:** vel aliam conclu/sionem: quam dicendo: iungit manus ante pectus: ⁊ sic tenet eas vsq3 ad finē orationis: quaz cum sua cōclusione ante librū perfi/cit ⁊ dicendo **Jesum christum filium tuū.** Et quotienscūq3 hoc nomen **Jesus** nominat: caput deo inclinat. Conuenit etiam ꝙ cum nomen gloriose virginis **Marie** nominatur: caput ei incli/netur. Et si sunt plures orationes dicende: idem in eis: in voce: extensione ⁊ iunctione manuū: ⁊ capitis inclinatione: qđ supradi ctum est obseruat̃: sed ante primaz tantū orationem ex pluribus huiusmodi dicit̃. **Oremus.** Et sub cōclusione vltime orationis omnes terminant̃. Et aduertat sacerdos ꝙ in terminatione ora tionū seruet modum: qui in sequentibus versibus continent̃.

Cum patrem postulas: per dominum dicere debes.
Cum christo supplicans: dicas qui viuis ⁊ regnas.
Si christum preponas: per eundem dicere debes.
Sed si postponas: qui tecum viuit ⁊ regnat.
Si spiritum nominas: per vnitatem eiusdem dicas.
Cum nominas matrem: dicendo dei genitricem.
Jn fine concludas: qui tecum vel per eundem.

Aduertendum ꝙ si altare est versum ad populum: ⁊ in eo cele/brans stat facie populo versa nō se vertit aliter cuz dicturus est **Dominus vobiscum.** ante orationem: sed osculato altari stans ad populum versus vt erat dicit. **Dominus vobiscum.** Jdem obseruatur ad monitionem **Orate fratres ⁊c.** **Dñs vobiscum.** Ante offertorium: ac ante ⁊ post communionem. Jte missa est. ⁊ benedictionem populi: si est danda. Cum autē in alio altari se

vertit ad populuz:bis tantũ: videlicet ad Orate fratres. Et cũ
in fine populo benedicit circuluz pficit:alijs vicibus semicirculo
facto:ad eandez manũ ad quaz se populo verterat:ad medium
altaris se cõuertit. Sciendum ꝙ ecclesia Romana in festis du-
plicibus vna tantũ oratione vtitur:nisi festum ipsuz extra aduẽ-
tum ⁊ quadragesimã in Dñica venerit:cuius officium nõ possit
in alium diez illius hebdomade transferri:⁊ de qua fit cõmemo-
ratio faciẽda:⁊ tunc oratiõe festi sub sua cõclusione dicta: dicit
alia de ipsa Dominica tantũ etiam sub conclusione:nisi sit infra
aliquã octauã de qua sit agenda cõmemoratio:tunc cõmemora-
tio Dñice subiungit cõmemorationi octaue:⁊ sub ꝯclusione ora-
tionis Dñice:ambe ipse orationes cõcludunt. Si ṽo in aduẽtu
vel quadragesima hmõi festum in Dñica venerit: festum ipsuz
transfert in diem sequẽtez:in qua simil'r ⁊ quocũqz die tũc hmõi
festum venerit:dicta oratione festi sub sua conclusione:dicit alia
oratio de feria:siue de tẽpore etiã sub sua cõclusione:nisi sit infra
octauã;de qua venit cõmemoratio habenda: qa tunc dicta ora-
tione:de festo hmõi sub sua cõclusione:subiungit oratio octaue:
quaz sequit oratio de feria:siue de tempore:sub cuius ꝯclusione
ambe terminant:nec vnꝗ cum prima oratione misse concludit
secũda oratio:nisi in collatione ordinũ:consecratiõe episcopoꝝ:
virginuz:ecclesiaꝝ:⁊ altariũ:⁊ benedictione abbatũ:abbatissaꝝ:
⁊ cimiterij:benedictione ⁊ cõsecratione regum ⁊ reginaꝝ. In do-
minicis vero ⁊ alijs festiuis:ac feriatis diebus etiam in aduẽtu ⁊
in quadragesima tres oõnes dicunt:exceptis festo sctõꝝ Inno-
centũ:⁊ ipsum sequẽtibus diebus vsqz ad diem sancti Siluestri
inclusiue:⁊ alijs diebꝰ in missali cõmemorationes habẽde speci-
ficant:in qbus dicunt orationes ibidez ordinate. Et si de sanctis
oõnes hmõi sunt dicende:debet post primã oõnẽ in alijs ordo
letaniarũ obseruari:scilz de sctã Trinitate:vel de sctõ Spiritu:
aut de sctã Cruce:seu de beata Virgine: si de eoꝝ altero cõme-
moratio veniat agenda sit prima sequat de apostolis:deinde de
martyribus:cõfessoribus:virginibus respectiue:⁊ sic de alijs de
qbus erit agẽduz:nisi esset infra aliquã octauã:qa tunc oratio de
octaua haberet primũ locũ post primã orationẽ:extra tñ diez do-
minicam. Si ṽo orationes de pace:contra paganos pro papa:

pro benefactoribus: pro seipso: vel similes celebrãs sit dicturus: quibus oibus oratiões de sanctis sunt preponẽde: vtatur discretione in hmõi: preponẽdo ⁊ postponẽdo orõnes: ꝓut magis cõueniat. Non tñ licet sacerdoti corã prelato suo: aut principe vel dño temporali celebranti orationẽ pro seipso dicere. Conuenit autez dum celebrat in priuato: si in vigilijs festoꝝ ⁊ alijs diebus: de qbus sunt ꝓprie misse ordinate: vel in qbus hore canonice dicuntur: de alio q̃z ordinarium officium illius diei reqrit: celebrat alia missa q̃z de vigilia: vel die currente: debet in missa hmõi: de ipsa vigilia: siue die cõmemoratio haberi: ⁊ orationi vigilie: siue diei: addi alia oratio cõueniens: nisi esset infra aliquam octauaz: de qua ageretur: quia tũc prius fieret cõmemoratio de octaua: deinde de vigilia: siue die huiusmodi. Quãdo autẽ missa dicitur de vigilia: ⁊ hore canonice dicunt̃ de festo: vel sctõ: in ipsa missa post dictaz orationẽ vigilie: sub sua cõclusione dicit̃ oratio de festo: vel sancto predicto: cui additur alia oratio cõueniens. Idez obseruatur si in quadragesima agitur de festo simplici: quod nõ habet propriaz missam: etiaz si habeat propriam orationez cum secreta ⁊ post cõmunionẽ: ⁊ missa celebrat̃ de die currente quadragesime: post cõclusionem orationis ordinarie misse hmõi: dicitur oratio de dicto festo: cui alia oratio cõueniens adiungitur. Si cõcurrant eadez die duo festa: agitur de digniore eoꝝ: aut si sunt paria: de eo quod habet plura de ꝓprio: de alio autez nõ fit cõmemoratio sed transfertur in alium diez: quo agi possit de eo cõuenienter. Et si in dominica vel infra aliquã octauam venerit festum: cui dñica vel octaua nõ cedit: etiaz non fit de huiusmodi festo cõmemoratio: sed transfert̃ in alium diez extra dominicaz ⁊ octauã hmõi: quo non habet̃ aliud festum: ⁊ tunc de ipso agitur. Et si festum vigiliaz habẽs venerit secunda feria: vigilia ⁊ officium vigilie huiusmodi agit̃ in die sabbati ꝑcedentis: ⁊ nõ in dominica: siue per integrũ officiuz: siue per cõmemorationẽ: vt prediximus: cõueniat peragi. Si quarta feria vel sabbato quorũcunqz quatuor temporꝝ: aut alia quacũqz die qua in missa ante Epistolam habetur prophetia: dicitur missa de aliquo sancto: vel votiua: aut alia in qua ferie hmõi currentis cõmemoratio sit facienda: prima oratio: que post introitum misse illius ferie po-

sita est: dicitur pro eiusdem ferie cõmemoratione in ecclesijs: in quibus sunt plures beneficiati: si in quadragesima: aut dominicis: vel alijs diebus in quibus habetur ꝓpria missa: que nõ põt in alium diem trãsferri: dicenda sit missa de festo currẽte. Unus sacerdotum eorũdez dicit missam de dominica: vel de feria: seu aliam propriã illius diei: ordine solito: Alius de festo absqz alterius cõmemoratione. In ceteris autez ecclesijs vnicuz sacerdotem habẽtibus: in quibus in missis festoꝝ de dominica vel feria seu die alias propriuz officium habente: cõmemoratio debet haberi: vt supra diximus: cõuenit ꝙ sacerdos qui missam celebrauit: dicto per eum post benedictionẽ in fine misse datã: Euangelio sancti Joannis: deposita casula: stans in cornu Epistole: versus altare legat ex missali officium ꝓprie misse illius diei: excepta Secreta: quaz nõ legit: ⁊ ante orationẽ ⁊ post cõmunionẽ non dicit Dñs vobiscuz neqz Oremus: sed eas legit absolute: similiter ad euãgeliuz: omittit Dñs vobiscuz: ⁊ incipit Sequẽtia sancti euangelij ⁊c. prout etiaz dicemus infra de missa sicca. Quando autez officium misse dominicalis potest conuenienter in alium diez illius hebdomade transferri: prout cõmuniter fieri potest de officijs dominicaꝝ extra aduentum. lxx. lx. l. ⁊. xl. debet dici officiuz misse festi eo die quo occurrit absqz cõmemoratiõe dominice: ⁊ infra hebdomadaz tunc currentẽ missa officij dominice hmõi celebrari. In missa votiua dicta oĩone ordinaria: sub cõclusione sua subiungi põt alia de feria: aut de festo: vel de sanctis: de qbus illa die agitur: ⁊ eidem addi alia ipsi ⁊ ipsi misse cõueniens: vel cõueniẽter oẽs cõmemorationes ꝑtermitti. Si nõ celebrat pro defunctis: sed velit pro defuncto: vel pluribꝰ orare: ponit orationẽ ipsaz pro defunctis hmõi: ante vltimã: ita ꝙ oĩo pro defunctis nõ ꝯcludat: sed sub vltime orationis ꝯclusione cõcludatur. Si vͦo celebrat pro defunctis: in die exequiarum: vna tantũ oratio dici consueuit. In tertio autez. vij. xxx. ⁊ anniuersario diebus ac alijs missis pro defunctis: prima oratione sub sua cõclusione terminata: possunt alie due oratiões addi pro defunctis: que sub vltima conclusione terminantur: ⁊ conuenit ꝙ ipsa vltima oratio hmõi sit generalis pro oĩbus fidelibus defunctis: videlicet. Fideliũ deus omniuz conditor ⁊c. In ipsa quoqz mis-

sa defunctorum: oratio de sanctis vel feria: aut alia q̄ pro defunctis dici non debet. ¶ De epistola gradualibus et alleluia et tractibus prosis et sequentijs in missa dicendis. Capi. xx.

Finitis orationibus: celebrans positis super librū vel altare manibus iunctis vel disiunctis: prout sibi magis placet: dicit eadem voce intelligibili Epistolam ibidem: cuius vltimaz syllabā aliquātuluz ptrahit: qua dicta minister dicit. Deo grās. Tum eodez modo stans celebrans dicit simili voce: vel paululum mutata Graduale: et **Alleluia** cuz suo versu: ac prosam vel sequētiam si habet: aut omissis **Alleluia** cum suo versu: et prosa vel sequētia: si misse aut tempori non cōueniat: vel nō habeant: dicit Tractum si sit dicēdus: nam **Alleluia** non dicitur in missis pro defunctis: et a Dñica. lxx. inclusiue vsqz ad vigiliam Pasce exclusiue: et in quatuor tēporib⁹ Aduētus: et mēsis Septēbris: et oībus vigilijs totius anni: in qbus est indictū ieiuniū: exceptis vigilijs Pasce: Penthecostes: et Natiuitatis chři: si venerit in Dñica: ac festo Innocētuz: si venerit in Dñica: in qbus tunc dicitur **Alleluia**. Si aūt in diebus hmōi: in qbus **Alleluia** non dicitur: dicenda est aliqua missa votiua: vel alia in qua Tractus: non habeat: poterit post graduale cuz suo versu loco Tractus omisso **Alleluia** dici eius versus: vel etiā eo omisso: Dicto graduali cuz suo versu dici. **Munda cor meuz**: et alia prout habet infra. In dicēdo autē **Alleluia** hic modus seruat. Ante versuz bis **Alleluia** dicit: et post versum semel replicat. Ab octaua vo. Pasce vsqz ad octauā Penthecostes: quo tēpore Graduale non dicit: sed illius loco secūdum **Alleluia** primo iungitur: ante versum primi bis **Alleluia** dicit: et post versuz semel. Similr et post secundi versum **Alleluia** semel replicat. Quocūqz autem tempore prosa seu sequentia est dicenda: illa post versum dicit: anteq̄ alleluia replicatur: quod post dictam prosam seu sequētiam huiusmodi repetitur. Et si extra tempus paschale in quocunqz festo: prout in festis Purificationis: et Natiuitatis beate Marie virginis: sancti Joannis baptiste: Ludouici episcopi et confessoris: Exaltationis sancte Crucis: sancti Francisci: Omniuz sanctorum: et alijs quibuscūqz diebus: duobus Alleluia cum duobus versibus: vel put in festo Dedicationis sancti Michaelis

archangeli:

archangeli: tria Alleluia cuz tribus versibus habeantur: dicitur tantuz vnum ex eis cum suo versu; vna etiaz prima die festi: alia vero die: siue vice omisso dicto poterit dici aliud cuz suo versu. Et vbi tria habentur cum tribus versibus: alia die vel vice poterit dici tertium cum suo omissis prius dictis. Si vero habeatur duo versus sub vno Alleluia: ambo versus huiusmodi dicuntur absqz intermissione sub eodez Alleluia: seruato alias in omnibꝰ modo supradicto. Quibus dictis minister seu celebrās ipse portat librum missalem ad cornu dextrum altaris: videlicet Euangelij: si altare ipsum nō sit magne longitudinis. Si vero sit magne longitudinis: ponit librum missalem inter ipsuz cornu dextrum ⁊ medium altaris: vt celebrans in medio altaris stans: possit omnia dicenda ex eo commode dicere: ⁊ eundem missalem ita locat ꝙ caput missalis respiciat ipsum cornu altaris in parte predicta: ⁊ non ad parietem siue ad partem eius cōtra se directam.

¶ De euangelio in missa dicendo. Capi. xx.

Tum celebrans stans in medio altaris vsus ad illud leuatis ad deum oculis: iunctis manibus ante pectus secrete dicit. Munda cor meum: ⁊ labia mea: omnipotens deus: qui labia Esaye prophete calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare: vt sanctum Euangelium tuum digne valeam nuntiare. Per christum dominuz nostrum. Amen. Tum similiter stans dicit eodem modo. Dominus sit in corde meo: ⁊ in labijs meis: vt digne ⁊ competenter annuntiem Euāgelium suum Amen. His dictis: vertit se ad librum missalez: vt premittitur: positum: vbi sic stans iunctis manibus ante pectus: dicit intelligibili voce. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuz spiritu tuo. Deinde pollice dextre manus signat primo libruz: sup principiuz Euangelij: quod est dicturus: postea seipsuz in fronte: ore ⁊ pectore signo Crucis dicens eadem voce. Sequentia sancti Euangelij ꝑm. N. vel si est dicēdum. Initiuz sancti Euāgelij ꝑm. N. ℟. Gloria tibi domine. Tum iunctis iterum vt prius manibus stans versus vt supra: prosequitur euangelium voce predicta vsqz ad finem: ⁊ eius vltimā syllabam aliquantulum protrahit: quo completo minister dicit. Laus tibi christe. Celebrans osculatur Euangelium per eum dictuz in eius prin-

cipio: nisi celebret pro defunctis: quia tunc nō osculatur Euangelium: vel celebret coram summo Pontifice: aut Cardinale: Patriarcha: Archiepiscopo: vel Episcopo: cuilibet 7 textus Euangelij portatur per eum osculandus: quo casu celebrans: Euangelium ipsum etiam non osculat. ¶ De Credo in missa dicendo: 7 quando debet dici. Capitulum. xxi.

Tum stans in medio altaris: versus ad ipsum altare manibus iunctis ante pectus 7 aliquātuluz eleuatis: intelligibili voce dicit si est dicendum. Credo in vnum deuz. quod dicendo extendit 7 iteruz iungit manus: 7 stans manibus iunctis ante pectus in eodem loco prosequitur vsqz ad finem eadem voce. Patrem omnipotentē: factorez celi 7 terre: visibilium omniuz: 7 inuisibiliuz. Et in vnuz dn̄m Jesum chr̄z Caput deo inclinat. filium dei vnigenitū. Et ex patre natuz ante omnia secula. Deū de deo: lumen de lumine: deum verū de deo vero. Genituz non factum cōsubstantialez patri: per quē omnia facta sunt. Qui ꝓpter nos homines 7 ꝓpter nostram salutem descendit de celis. In eodem loco vbi stabat: genuflectit coraz altari dicēs. Et incarnatus est de spiritu sancto: ex Maria virgine. Et homo factus est. Surgit 7 stans vt prius ꝓsequit. Crucifixus etiaz pro nobis sub pontio Pilato: passus 7 sepultus est. Et resurrexit tertia die ꝭm scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexteraz patris. Et iterum venturus est cū gloria iudicare viuos 7 mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spirituz sanctū dn̄m 7 viuificantem. Qui ex patre filioqz procedit. Qui cum patre 7 filio simul adoratur 7 cōglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctā catholicam 7 apostolicā ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatoꝝ. Et expecto resurrectionem mortuoꝝ. Et vitam venturi seculi. Amen. Et duz hec vltima verba profert: ꝑducit manu dextra signuz crucis a fronte ad pectus. Credo autē dicitur in omnibus diebus dominicis totius anni: etiam si de festo missa celebretur: vel octaua in qua alias Credo non esset dicēduz: aut votiua dicatur: in qua tamē de Dominica cōmemoratio habeatur. Item ad missam noctis: 7 ambas alias missas diei Natiuitatis domini nostri Jesu chri: 7 sex diebus sequētibus. In circūcisione domini. In octaua san

cti Stephani: quia infra octauã sancti Joãnis euangeliste. In octaua eiusdez sancti Joãnis euangeliste. In Epyphania dñi: ⁊ per octauã eius. In cõuersione sancti Pauli apli. In oibus festiuitatib⁹ glīosissime virginis Marie: ⁊ per eoꝝ octauas que habent. In cathedra sancti Petri: Feria qnta cene dñi. In festo resurrectionis domini: ⁊ sex diebus sequẽtibus. In festiuitate Ascensionis dñi: ⁊ per octauã. In penthecostes: ⁊ sex diebus sequẽtibus. In festo corporis chri: ⁊ per octauã. In sancti Joãnis ante portam latinam. In apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli: ⁊ per octauã. In octaua beati Joãnis baptiste. In festo sancte Marie magdalene. In sancti Petri ad vincula. In transfiguratiõe domini. In octaua sancti Laurentij. In inuentione ⁊ exaltatiõe sancte Crucis. In angeloꝝ. In oiũz sanctoꝝ: ⁊ per ei⁹ octauaz. Ac singuloꝝ Apostoloꝝ ⁊ Euangelistaruz: ac quatuor doctoꝝ festiuitatibus. In omnibus cõsecrationibus ecclesiarũ: altariũ: ⁊ pontificũ: ⁊ in singulis ecclesijs in festo illius sancti vel sancte: in cuius honorez ecclesia ipsa vel altare specialiter sunt cõsecrata: etiã si in illis festis alias dicere nõn liceret: ac per octauã eiusdem festi ⁊ anniuersarijs dedicationũ ecclesiaꝝ vel altariũ ⁊ eoꝝ octauis si eas habẽt. Dicit quoqz infra singulas octauas suprascriptas Credo: etiam si nõ de ipsa octaua sed de quocũqz alio festo tunc currente missa celebretur. In quibuscũqz autem missis votiuis: etiam beate Marie virginis. Credo nõ dicitur: nisi esset in die Dominica: vel infra aliquã octauaz: infra quã hoc liceret dicere: quia tunc in omni missa votiua dicitur Credo: si in ipsa fit de Dñica aut octaua hmõi cõmemoratio: alѕ non. Nec dicitur in missis defunctoꝝ: vel quibuscunqz alijs superius non specificatis. ¶ De Offertorio dicendo in missa ⁊ oblatione fidelium post illud facienda ⁊ confessione generali. Capi. xxij.

Dicto Simbolo: vel si nõ sit dicẽdum: illo omisso: osculať altare in medio: ⁊ iunctis manibus ante pectus: ibidez ad manũ sinistraz: hoc est ad latus dextrũ vertit se ad populuz: ⁊ dicit intelligibili voce, Dñs vobiscuz. quod dicẽdo extendit ⁊ iungit manus ante pectus. ℟. Et cum spiritu tuo. Junctis manibus reuersus per eandẽ viaz ad mediũ altaris: facta reuerentia Cruci: manibus vt supra iunctis: stans ibidez versus ad ipsum

altare: dicit voce simili. Oremus. quod dicendo similiter extendit et iungit manus ante pectus: et caput deo inclinat. Tum iunctis ut prius manibus: dicit eadem voce offertoriū: prout in ordinario: et omnia quē usq; ad finē misse in medio altaris dicenda sunt: dicit ibidem stans versus ad ipsum altare: et non ad aliā partem: nisi ubi infra aliter ordinatur. Dicto offertorio: si q sint volentes offerre: celebrās accedit ad cornu Epistole: ubi stans detecto capite: latere suo sinistro altari verso: deponit manipulum de brachio sinistro: et accipiens illud in manum dextrā porrigit summitatē eius singulis offerētibus osculandā dicens singulis. Acceptabile sit sacrificium tuum omnipotēti deo. vel sic. Centuplum accipias: et vitam eternā possideas. Accepta oiū oblatione: celebrans reponit manipulū in brachium sinistrum: et reuertit ad mediū altaris: et si vult predicare: aut pplm suū de malis operibus et negligētijs: aut de obligatiōe quā habet erga ecclesiā vel paupes arguere: cōuersus ad pplz faciat. Postmodum facit gnalē pfessionē pplo oibus genuflexis in hec verba.

Faciatis vobis signū sancte crucis cum cōtritione peccato⁊ vestrorum: et dicatis sicut ego dixero Et dicat in vulgari sermone.

Ego confiteor deo omnipotenti: et sancte Marie semper virgini: sancto Michaeli archangelo: sancto Joanni baptiste: sancto Joanni apostolo et euāgeliste: sancto Petro: sancto Paulo: sctō Andree: sancto Jacobo maiori: sancto Thome: sancto Bartholomeo: sancto Mattheo aplo et euāgeliste: sancto Jacobo minori: et sancto Philippo: sctō Simoni: et scō Tadeo: et sctō Mathie: sctō Marco: et sctō Luce euangelistis: sancto stephano: sctō laurentio: sctō vincentio: sctō fabiano: scō sebastiano: sanctis cosme et damiano: sctis ioāni et paulo: sancto petro martyri: sctō gregorio: sancto hieronymo: sctō ambrosio: sancto augustino: sctō benedicto: sctō dominico: sctō thome de aquino: sancto vincētio: sancto francisco: sancto antonio: sancto bernardo: Sancte marie magdalene: sancte anne: sancte catherine: sancte lucie: sancte cecilie: sancte ursule cum tota sua societate: et tibi patri meo spūali: me grauiter peccasse: male loquendo: male operando: mentiendo: periurando: in modica patientia: et minori humilitate: cogitando: et delectatione peccati: viden-

do:audiendo:odorando:gustando:et tangẽdo: multa mala feci: que facere nõ debuissem: et multa bona amisi: que facere debuissem: ꝓpter negligentiaz meam: multos etiaz meis malis exẽplis scandalizaui: et occasionẽ peccandi tribui: et ad peccãduz induxi. Peccaui etiam per superbiaz: auaritiam: luxuriaz: iram: gulaz: inuidiam: et accidiam: et eoꝝ species et filias. Item peccaui cõtra decem ꝑcepta legis: cõtra articulos fidei: cõtra septem sacramẽta ecclesie: septez dona spiritus sancti: et mandata sancte matris ecclesie. De istis oibus et qualibuscũqz peccatis et transgressionibus meis: que feci cõmisi: vel omisi: a die et hora qbus baptizatus fui: vsqz ad hanc presentẽ horam: doleo: et penitet me fecisse mala: que feci: vel omisisse bona: que facere potuissem: et dico meaz culpam: et meã culpaz: et meam grauissimã culpã: et precor oipotentẽ deum: qꝫ per suam copiosissimã misericordiaz: bonitatẽ: et pietatez indulgeat mihi oia peccata mea: et culpas meas: et tu pater digneris me ab ipsis auctoritate dei et ecclie: qua fungeris: absoluere: et salutarez penitẽtiaz iniungere: et rogare deuz pro me misero et infelici peccatore. Tũc sacerdos eleuata manu dextera sup populuz dicat. Parcat vobis oipotens deus. Quilibet vestrũ in remissionez pctõꝝ suoꝝ dicat ter Pater nr̃. et ter Aue maria. Pro vnione pace et cõcordia sancte matris ecclie: et totius populi christiani quilibet dicet qnquies Pater noster et totidez Aue maria pro oibus fidelib⁹ defunctis: quoꝝ aie sunt in purgatorio: ter Pater noster et ter Aue maria. Misereatur vestri oipotẽs deus: et dimissis oib⁹ pctis vestris ꝑducat vos cũ oibus sanctis suis in vitã eternã Amẽ. Indulgẽtiaz absolutionem et remissionẽ oiuz pctõꝝ vr̃oꝝ: emẽdationẽ vite: et obseruãtiaz suoꝝ ꝑceptoꝝ vitã sctãz et exitũ beatũ tribuat vobis oipotẽs et misericors deus. Amẽ. Et benedictio dei oipotẽtis pa✠tris et fi✠lij: et spũs✠ sancti descendat sup vos: et maneat semper. Et cõuersus ad altare faciat oblationẽ. Et si nõ sint q offerant: vel si nõ sit faciẽda dicta ꝯfessio: dicto offertorio faciat oblatiõez.

¶ De oblatione hostie et calicis super altare. Caplm. xxiij.

His peractis sacerdos stans in eodẽ medio altaris: versus ad illud: accipit patenaz cum hostia et hostijs desup posita et positis: si qua sit vel que sint: pro alterius vel alioꝝ cõmunione

consecrande dispensande vel cõseruande: illaz ambabus mani/
bus vsqz ad pectus eleuatã tenens: ⁊ si sunt alie hostie nõ super
corporale vel alio calice seu vase ad hoc conuenienti posite: pro
cõione populi cõsecrande: calicẽ illum seu vas dextra discoope/
rit: ⁊ intentionẽ suã dirigens: vel etiam illas offerre ⁊ consecrare
oculis ad deũ intẽtus dicit secrete. Suscipe sancte pater oipo/
tens eterne deus hanc imaculatã hostiam: quã ego indignus fa/
mulus tuus offero tibi deo meo viuo ⁊ vero: pro inumerabilibꝰ
peccatis ⁊ offensionibus ⁊ negligẽtijs meis ⁊ pro oibus circũstã
tibus: sz ⁊ pro oibus fidelibꝰ chrianis viuis ⁊ defunctis: vt mihi
⁊ illis ꝓficiat ad salutẽ in vitaz eternã Amen. Facit signũ crucis
cum patena sup corporale: ⁊ locum in quẽ positurus est hostiaz:
quã deinde cum patena ponit in mediuz seu circa medium ante/
rioris siue proximioris partis corporalis ante se: ⁊ patenam ad
manum dextrã aliquãtulum subtus corporale: ⁊ calicez seu vas
aliarum hostiaruz si sit sua patena cooperit. Postea accipit ca/
licem quez purificatorio diligenter mundat: ⁊ ampullam vini de
manu ministri: quam ille manu dextra nuda detecto capite sibi
porrigit: accipiens imponit vinum in calicez ad sufficiẽtiã nihil
dicens. Tum si nõ celebrat pro defunctis: facit signũ crucis sup
ampullam aque: quam etiam de manu eiusdem similiter manu
dextra nuda detecto capite illaz sibi porrigentis accipit: ⁊ ex ea
imponit pusillum aque in calicem secrete dicens. Deus qui hu
mane substantie dignitatem ⁊ mirabiliter cõdidisti: ⁊ mirabilius
reformasti: da nobis per huius aque ⁊ vini misterium: eius diui/
nitatis esse consortes: qui humanitatis nostre fieri dignatus est
participes: Jesus christus filius tuus dominus noster: qui tecũ
viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula
seculoꝝ. Amen. Si vero celebrat pro defunctis: non producit
signum crucis super ampullam aque: sed imponit absqz signo
huiusmodi ex ea pusillum aque in calicez: dicens eandez oratiõ/
nem proximo scriptaz. Imposita aqua: ⁊ finita oratione predi/
cta: accipit ambabus manibus calicez discoopertuz: videlicet cũ
sinistra pedem: cum dextra autez nodum infra cuppam calicis:
⁊ stans in medio altaris: Calicem ipsum discoopertum vsqz ad
pectus eleuatum tenet: ⁊ intentus ad deum oculis dicit secrete.

Offerimus tibi domine calicem salutaris: tuaz deprecantes clementiaz: vt in conspectu diuine maiestatis tue: pro nostra: ꝛ pro totius mũdi salute cũ odore suauitatis ascẽdat. Amen. Signat cuz calice super corporale: ꝛ ipsuz in medio seu circa mediũ eius post hostiã collocat: ꝛ palla cooperit: ac iunctis manibus super altare positis: capite inclinato dicit secrete. In spiritu humilitatis: ꝛ aĩo cõtrito suscipiamur a te dñe: ꝛ sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõspectu tuo hodie: vt placeat tibi dñe deus. Eleuat manus extensas: ꝛ iungit eas ante pect⁹ secrete dicẽs. Ueni sanctificator oĩpotens eterne deus: ꝛ bene✠dic signando manu dextra cõiter sup hostiã ꝛ calicez. hoc sacrificiũ tuo scõ noi preparatũ.

¶ Sacerdos lauat manus in cornu altaris. Capi. xxiiij.

Tum iunctis ante pectus manibus: accedit ad cornu Epistole: vbi stans: ministro aquam fundente lauat ꝛ tergit manus: dicens secrete. Lauabo inter inocẽtes manus meas: ꝛ circundabor altare tuum dñe. Ut audiam vocẽ laudis: ꝛ enarrez vniuersa mirabilia tua. Dñe dilexi decorẽ domus tue: ꝛ locum habitationis glorie tue. Ne perdas cuz impijs deus aiaz meã: ꝛ cum viris sanguinũ vitam meaz. In quoꝝ manibus iniquitates sunt: dextera eoꝝ repleta est muneribus. Ego autem in inocentia mea ingressus suz: redime me ꝛ miserere mei. Pes me⁹ stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine. Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio ꝛ nũc ꝛ semper.

¶ Sacerdos lotis manibus orat: vertit se ad populuz ꝛ dicit Orate fratres ꝛc̃. Caplm. xxv.

Lotis ꝛ tersis manibus: ꝛ illis ante pect⁹ iunctis: ad mediũz altaris reuertitur: vbi stans: ad deum eleuatis oculis: manib⁹ iunctis: sup altare positis inclinato capite: versus ad ipsum altare dicit secrete. Suscipe sancta trinitas hanc oblationem: quã tibi offerimus ob memoriã passionis: resurrectionis: ꝛ ascẽsionis Jesu chꝛi domini nostri: ꝛ in honore beate Marie semp virginis: ꝛ beati Joãnis baptiste: sanctoruz apostoloꝝ Petri ꝛ Pauli: ꝛ istoꝝ ꝛ oium sanctoꝝ: vt illis ꝓficiat ad honorẽ: nobis autem ad salutem: ꝛ illi pro nobis intercedere dignentur in celis quoꝝ memoriaz facimus in terris. Per eundem christum dñm nostruz Amen. Extensis manibus hincinde sup altare positis:

osculat altare in medio: tuz iunctis manib⁹ ante pectus demissis oculis ad terraz: vertit se ad manū sinistram: hoc est ad latus dextrū ad ppluz: ꝛ sic versus ad illuz dicit voce aliquātuluz eleuata. Orate fratres. ꝛ secrete ꝓsequitur. vt meū ꝛ vestrū sacrificium acceptabile fiat apud deum oīpotentez. Quod dicendo extēdit ꝛ iungit manus ante pectus: ꝛ cōtinuo ad altare reuertitur perficiendo circulum inceptū. Minister vero ꝛ alij interessentes genuflexi detectis capitibus rñdent dicētes secrete. Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem ꝛ gloriā nois sui: ad vtilitatē quoqꝫ nostram: ꝛ totius ecclesie sue sancte. Quod si minister vel alij interessentes non responderint: celebrans ipse dicit secrete. Suscipiat dominus sacrificiuz de manibus meis: ad laudem ꝛ gloriam nominis sui: ad vtilitatem quoqꝫ nostraz: ꝛ totius ecclesie sue sancte. Tum celebrans ipse extensis manibus ante pectus: stans ante librum dicit secrete orationez secretam dici conuenientē vsqꝫ ad Per dominum nostrum: vel aliā conclusionē: quā dicendo iungit manus ante pectus: ꝛ ad verba Jesum christum filium tuum. caput deo inclinat: sicqꝫ manibus iunctis continuat vsqꝫ ad verba Per omnia secula seculorum. exclusiue. si vnica est secreta. Si vero plures secrete sunt dicēde: addit conclusioni prime etiam illa verba Per omnia secula seculoruz. Amen. Deinde absolute subiungit alias oratiōes secretas: prioribus orationibus cōuenientes: quia tot ꝛ conuenientes: ac eodē ordine dici debent secrete ꝛ post cōmuniones: quot quo ordine ꝛ de quibus dicte sunt ante Epistolam orationes.

¶ Sacerdos dicit prefationem. Capitulum .xxvj.

Peruento in cōclusione vltime secrete ad verba Per oia secula seculoꝝ: exclusiue celebrās stans in medio altaris depositis super eo hinc ꝛ inde manibus extensis: dicit cōuenienti voce ꝛ intelligibili: Prefationem sequentem: que cōmunis est omnibus missis: etiam defunctoꝝ: nisi specialis habeat. Et vbi specialis prefatio habetur: illa dicitur tam in festo q̄z infra eius octauaz: si octauam habeat: etiam si infra ipsam octauaz agatur de dominica: vel aliquo alio festo specialem prefationem nō habente. Si vero ipsum festum de quo infra octauam agitur: habeat specialez prefationem: illa specialis dicitur: omissa prefa-

tione octaue:nisi in missali aliter ordinetur. In missa quoqz votiua dicitur prefatio propria illius diei: vel festi de cuius votiua agitur:si dies ipsa vel festum prefationem ppriaz habeat. Per oia secula seculoꝝ. ℟. Amen. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Manus extēsas eleuat hinc ꝛ inde vsqz ad pectus dicens. Sursuz corda. ℟. Habemus ad dñm. Gratias agamus dño deo nostro. qđ dicēdo iungit manus ante pectus:ꝛ caput deo inclinat. ℟. Dignu ꝛ iustum est. Eleuatis ꝛ extēsis vt prius manib⁹ psequit pfationē sequētem:si nō habet alia propria.

Vere dignum ꝛ iustum est:equū ꝛ salutare: nos tibi semper ꝛ vbiqz gratias agere:domine sancte pater omnipotens eterne deus:per christum dominū nostrum. quod dicendo caput deo inclinat:tum extensis manibus vt prius prosequitur. Per quem maiestatem tuam laudant angeli:adorant dominationes: tremunt potestates. Celi celorumqz virtutes ac beata seraphin: socia exultatione cōcelebrant:cum quibus ꝛ nostras voces vt admitti iubeas deprecamur: supplici ꝯfessione dicentes. Junctis manibus ante pectus voce mediocri dicit. Sanctus. Sanctus. Sanctus domin⁹ deus sabaoth. Pleni sunt celi ꝛ terra gloria tua Osanna in excelsis. Manu dextra producendo signum Crucis a fronte ad pectus seipsum signat dicēs. Benedictus qui venit in nomine domini Osanna in excelsis.

¶ Sacerdos incipit canonem ꝛ prosequitur. Cap. xxvij.

Manibus iunctis super altare positis: stans ante medium altaris versus ad illud:eleuatis oculis ad deuz ꝛ sine mora demissis capite inclinato dicit secrete. Te igitur clemētissime pater per Jesum christum filium tuum dñm nostrum supplices rogamus ac petimus Osculatur ante se altare:erigit se ꝛ stans eleuatis ꝛ iunctis manib⁹ ante pectus dicit. Uti accepta habeas ꝛ benedicas. Dextra manu ter signat cōmuniter super hostiam ꝛ calicem dicēs. Hec do ✠ na: hec mu ✠ nera:hec sancta ✠ sacrificia illibata. Extensis manibus ante pectus psequitur. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica:quā pacificare:custodire:adunare:ꝛ regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo papa nostro. N. Exprimēdo nomē pape. Sede vero apostolica vacante: verba predicta vna cuz

famulo tuo Papa nostro. N. omittũtur ꝛ antistite nostro. N. specificando nomen Patriarche: Archiepiscopi: vel Episcopi ordinarij sui: qui si est vita functus: illa verba: ꝛ antistite nostro. N. omittuntur. Si celebrãs est Episcopus: Archiepiscopus: vel Patriarcha: omissis verbis: ꝛ antistite nostro. N. dicit ꝛ me indigno seruo tuo. Si autez est Papa qui celebrat: dictis verbis: toto orbe terrarum omissis: vna cum famulo tuo papa nostro. N. ꝛ antistite. N. dicit. vna cuz me indigno famulo tuo: quez gregi tuo preesse voluisti. Et continuant oẽs vt sequitur. ꝛ oĩbus orthodoxis atqꝫ catholice ꝛ apostolice fidei cultoribus.

Memento dñe famuloꝝ famularũqꝫ tuarũ. Stans in quiete: manibus iunctis: ꝛ vsqꝫ ad faciem vel pectus prout sibi magis placet eleuatis: agit cõmemorationẽ viuoꝝ christi fideliũ ad suã voluntatẽ: eoꝝ tamẽ nomina nõ est necesse ꝙ exprimat: sed solũ in mente eoꝝ memoriam habeat. Potest tamẽ celebrans si pro pluribus orare intendit (ne circũstantibꝰ sit molestus) ante missam in animo suo ꝓponere oẽs illos: tam viuos ꝙ̃ defunctos: pro qbus in ipsa missa orare intẽdit: ꝛ in hoc loco gñaliter vnico contextu ipsoꝝ viuoꝝ cõmemorationẽ agere: qbus ante missam proposuit in ipsa missa suis orõnibus subuenire. Qua facta seu habita: demissis ꝛ extensis manibus vt prius continuat: ꝛ oĩum circũastantium quoꝝ tibi fides cognita est: ꝛ nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificiũ laudis pro se: suisqꝫ omnibus: pro redemptione animaruz suarum: pro spe salutis ꝛ incolumitatis sue: tibi reddunt vota sua eterno deo viuo ꝛ vero. Stans eodem modo dicit. Communicãtes ꝛ memoriaz venerãtes. In primis gloriose semperqꝫ virginis Marie genitricis dei ꝛ domini nostri Jesu chri. Inclinat caput deo ꝛ prosequitur. Sed ꝛ beatoꝝ apostoloꝝ ac martyrum tuoruz.

Petri ꝛ	Jacobi
Pauli	Philippi
Andre	Bartholomei
Jacobi	Matthei
Joannis	Symonis ꝛ
Thome	Thadei

Lini Laurentij
Cleti Crisogoni
Clementis Ioannis ꝛ
Sixti Pauli
Cornelij Cosme ꝛ
Cypriani Damiani.

Et omnium sanctoꝝ: quoꝝ meritis precibusqꝫ concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundeꝫ christum dominum nostrum Amen. Minister accendit intorticium: quod erectum in dextra manu retinens: ꝛ conuenienter eleuans genuflectit in gradu vel in terra pro dispositione loci retro celebrantem: qui dictis premissis extendit manus versus oblata dicens secrete. Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed ꝛ cuncte familie tue quesumus domine vt placatꝰ accipias: diesqꝫ nostros in tua pace disponas: atqꝫ ab eterna damnatione nos eripi: ꝛ in electoruꝫ tuorũ iubeas grege numerari. Per christuꝫ dominum nostrum Amen. Iungit manus ante pectus dicens secrete. Quam oblationẽ tu deus in omnibus quesumus. Dextra manu cõmuniter signat ter super hostiam ꝛ caliceꝫ dicens. Bene ✠ dictam: ascri ✠ ptam: ra ✠ tam: rationabileꝫ acceptabilemqꝫ facere digneris: vt nobis: Semel separatim signat super hostiam tantum dicens. cor ✠ pus Deinde super calicem tantuꝫ dicens. Et san ✠ guis. Eleuat ꝛ iungit manus ante pectus prosequẽs. Fiat dilectissimi filij tui dñi nostri Iesu christi. Inclinat caput deo: ꝛ tergit aliquantulum pollices ꝛ indices super corporale dicens secrete. Qui pridie q̃ꝫ pateretur. Accipit cum pollice ꝛ indice dextere manus hostiam ꝛ eam cum illis: ac pollice ꝛ indice etiam sinistre manus tenens: stans erectus ante medium altaris dicit. Accepit paneꝫ in sanctas ac venerabiles manus suas. Eleuat ad deum oculos: ꝛ sine mora demittit dicens. Et eleuatis oculis in celum: ad te deum patreꝫ suũ omnipotentem: tibi gratias agens. Tenet hostiam inter polliceꝫ ꝛ indicem sinistre manus: ꝛ dextra producit semel signum Crucis super eam dicens. Bene ✠ dixit: fregit: deditqꝫ discipulis suis dicens. Accipite ꝛ manducate ex hoc omnes. Discoperit manu dextra calicem seu vas aliaꝝ hostiarũ si sit: ꝛ cubitis super al

tare positis: stans inclinato capite: verba ꝯsecrationis distincte:
secrete: ꝛ reuerenter profert super hostiam cum intentione cōfi-
ciendi corpus ꝛ sanguinē christi: ꝛ oēs hostias coram se positas
cōsecrandi: ꝛ simul super oēs: si plures sunt cōsecrāde: ꝛ hostiaꝫ
suam tantuꝫ pollicibus ꝛ indicibus tenet dicens. Hoc est enim
corpus meum. His dictis celebrans hostiaꝫ inter pollices ꝛ in-
dices super altare tenens: reliquis manuū digitis extensis: ac bi-
nis ꝛ binis simul iunctis: ꝛ ceteris hostijs si sunt plures cōsecrate
in loco: in quo a principio misse sunt posite super corporali: vel
in alio calice siue vase dimissis genuflexus eaꝫ adorat. Tum se
erigit: eleuat in altum quātum cōmode pōt hostiam: ꝛ populo
ostendit reuerenter adorandum: ꝛ mox ipsam venerāter super
corporale reponit: vnde eaꝫ leuauit: ꝛ pollices ac indices non di-
siungit vsqꝫ post cōionem: nisi quādo hostiam consecrataꝫ tan-
gere vel tractare debet: vt infra dicetur. Tum vsqꝫ in terraꝫ ge-
nuflexus hostiaꝫ ipsam venerat: ꝛ calicem seu vas aliaꝝ hostiaꝝ
si sit: sua patena cooperit. Interim dum celebrans hostiam ele-
uat: minister etiaꝫ eleuat manu sinistra fimbrias posteriores pla-
nete siue casule celebrantis: ac totā posteriorē eius ptē: ne ipsuꝫ
celebranteꝫ impediat in extensione brachiorū: deinde celebrans
discooperit calicem: ꝛ pollices ac indices super illius labiuꝫ ali-
quantuluꝫ tergit: ꝛ eos iterū iungit: ꝛ stans erectus dicit secrete.
Simili modo postq̄ꝫ cenatum est. Ambabus manibus accipit
calicem iuxta nodum infra cuppam calicis: ꝛ illum aliquātuluꝫ
eleuat: ꝛ sine mora reponit in eundem locum: de quo eum leua-
uit: super corporale: interim prosequēs. Accipiens ꝛ hunc pre-
clarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi
gratias agens tenet calicem manu sinistra infra cuppaꝫ: dextra
vero signando super eum dicit. bene✠dixit: deditqꝫ discipulis
suis dicens. Accipite ꝛ bibite ex eo omnes. Accipit ambabus
manibus calicem: videlicet cum sinistra pedeꝫ: cum dextra vero
nodum infra cuppaꝫ calicis: ꝛ cubitis super altare positis: stans
inclinato capite: super calicem secrete: distincte: ꝛ reuerenter
verba consecrationis cum intentione vt supra profert dicens.
Hic est enim calix sanguinis mei: noui ꝛ eterni testamēti: myste-
rium fidei: qui pro vobis ꝛ pro multis effundetur in remissioneꝫ

peccatorum. Reponit calicez super corporale dicēs secrete. Hec quotiēscūqz feceritis: in mei memoriaz facietis. Et genuflexus sanguinem reuerenter adorat: tum se erigit: accipit calicem discoopertū cum sanguine ambabus manibus vt prius: eleuat eū erectum quātum cōmode potest: illum populo ostendens adorandum: et mox ipsuz reuerenter reponit super corporale: in locum solitum: et manu dextra ipsum palla cooperit: et genuflexus sacramētum venerat. Interim dum celebrans Calicem eleuat: minister manu sinistra eleuat dictas fimbrias: et posteriorē partē planete celebrantis vt prius: et postq̄ celebrans calicez sup corporale reposuerit surgit extiguit intortitium: et reponit in locum suum. Tum celebrans stans vt prius ante altare: extensis manibus ante pectus more consueto dicit secretā. Unde et memores dn̄e nos serui tui: sed et plebs tua sancta christi filij tui dn̄i nostri Jesu chr̄i taz beate passionis: necnō et ab inferis resurrectionis: sz et in celos gl'iose ascensionis: offerimus p̄clare maiestati tue de tuis donis ac datis. Jungit manus ante pectus: tū manu dextra signat ter cōiter super hostiaz et calicē dicēs. Hostiaz ✠ puraz: hostiaz ✠ sanctā: hostiaz ✠ imaculatā. Sup hostiā tantū signat dicens. Panez ✠ sanctū vite eterne. Sup calicez tantū signat dicēs. Et calicez ✠ salutis ppetue. Secrete p̄sequit̄ stans manibus ante pectuz more solito extensis. Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel: et sacrificium P̄riarche nr̄i Habrae: et qd̄ tibi obtulit summ⁹ sacerdos tuus Melchisedech sanctū sacrificiuz imaculatā hostiam. Inclinat se ante mediuz altaris: et manibus iunctis sup illo positis secrete dicit. Supplices te rogamus oīpotens deus: iube hec pferri p manus sancti angeli tui in sublime altare tuū: in cōspectuz diuine maiestatis tue: vt quotquot ex hac altaris pticipatiōe. Separatis manibus hinc et inde sup altare positis: osculat̄ altare: erigit se: et iunctis manibus cōtinuat. sacrosanctū filij tui. Signat manu dextra supra hostiaz tantū dicēs. cor ✠ pus: signat eadē manu sup calicez tantū dicens. et sangui ✠ nez sumpserimus: omni bene ✠ dictione: qd̄ dicendo seipsum eadem manu signat signo crucis a fronte ad pectus: et cōtinuat: celesti et gratia repleamur.

Per eundez chrm dnm nostrū. Amē. Memēto etiā dne famu-
loꝝ famularūq3 tuaꝝ. Stans manibus iunctis ante pectus: vel
vsq3 ad faciem eleuatis: sicut magis sibi placuerit: oculis ad sa-
cramentū in altari positū intentus: agit cōmemorationē fideliū3
defunctoꝝ: de qbus sibi videbit: eodez modo: prout de cōmemo
ratione viuoꝝ supra diximus. Qua habita: stans extēsis manib9
ante pectus vt prius cōtinuat dicēs. Qui nos precesserunt cum
signo fidei: ⁊ dormiunt in somno pacis: ipsis dne ⁊ oibus in chro
quiescētibus locū refrigerij lucis ⁊ pacis vt indulgeas depreca-
mur. Per eūdez christū dnm nostruz. Amē. Dextra manu per-
cutit pectus suum aliquātuluz altius dicens. Nobis quoq3 pec-
catoribus. ⁊ secrete ꝓsequitur. Famulis tuis de multitudine mi-
serationuz tuarū sperantibus partē aliquā ⁊ societatē donare di
gneris: cuz tuis sanctis Apostolis ⁊ Martyribus: cuz Joanne
Stephano Mathia Barnaba Ignatio Alexādro Marcel-
lino Petro Felicitate Perpetua Agata Lucia Agnete Ceci
lia Anastasia ⁊ omnibus sanctis tuis: intra quoꝝ nos cōsortium
nō estimator meriti: sed venie quesumus largitor admitte. Per
christum dominū nostrum. Tum iungit manus ante pectus di-
cens secrete. Per quem omnia domine semper bona creas:
Manu dextra ter signat cōmuniter super hostiā ⁊ calicē dicēs:
scti ✠ ficas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis: ⁊ pstas nobis: discoope-
rit manu dextra calicem: ⁊ genuflexus reuerētiam facit sacramē
to: tum se erigit: ⁊ reuerenter accipit hostiam inter pollicem ⁊ in-
dicem dextre manus: ⁊ cum ea super calicem: quē manu sinistra
tenet per nodum infra cuppam: signat ter a labio in labiū dicēs.
Per ip ✠ sum: ⁊ cū ip ✠ so: ⁊ in ip ✠ so: cū hostia bis inter se ⁊
calicē a labio calicis incipiens signat dicens. Est tibi deo ✠ pa-
tri omnipotenti: in vnitate spiritus ✠ sancti oīs honor ⁊ gloria.
Tenet manu dextra hostiam super calicem: eleuat aliquātuluz
ambabus manibus hostiam simul ⁊ calicem: ⁊ sine mora illuz ac
illam reponit ad loca solita: pollices ⁊ indices super labium ca-
licis aliquātulum tergit: iungit ⁊ calicem palla cooperit: ⁊ vsq3
ad terram genuflectens sacramētuz venerat: erigit se ⁊ manib9
more solito extēsis hinc ⁊ inde sup altare positis: dicit itelligibili
voce. Per omnia secula seculoꝝ. Rūdetur. Amē. Oremus.

Preceptis salutarib⁹ moniti: ꝛ diuina institutiōe formati audemus dicere. Eleuat ꝛ iungit manus ante pectus: ꝛ oculis ad sacramentū in altari positū intēt⁹: capite inclinato: dicit eadē voce.
Pater noster: qui es in celis: sanctificetur nomē tuum. Adueniat regnū tuū: fiat voluntas tua sicut in celo ꝛ in terra. Panem nostruꝫ quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Respondet minister. Sed libera nos a malo. Celebrans dicit secrete. Amen. Et manu dextra pollice ꝛ indice nō disiunctis: accipit patenā de altari ꝛ inter indicem ꝛ mediuꝫ digitos dicte manus tenet ipsaꝫ sup altare erectā: sinistram vero tenet ante pectus: more solito extensam dicens secrete. Libera nos quesumus domine ab omnibus malis: preteritis: presentibus: ꝛ futuris: ꝛ intercedente beata ꝛ gliosa semper virgine dei genitrice Maria: ꝛ beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo atqꝫ Andrea: ꝛ omnibus sanctis. Eleuat manu dextra patenam de altari: ꝛ signat seipsum cum ea producēdo crucem a fronte ad pectus: ac patenam ipsam osculatur: interim dicens secrete. Da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: ꝛ a peccato simus semp liberi: ꝛ ab omni perturbatione securi. Submittit patenaꝫ hostie: quā ponit in ipsam patenam: discooperit calicem: ꝛ genuflexus in terrā sacramētum veneratur: erigit se: accipit hostiam inter pollicem ꝛ indicem dextre manus: ꝛ cum illis ac pollice ꝛ indice sinistre manus eam super sanguineꝫ in calice tenens: cum reuerētia frāgit per medium: ꝛ mediam quaꝫ inter pollicem ꝛ indicē dextre manus tenet: ponit in patenam interim dicens. Per eundeꝫ dominum nostrum Jesum christum filium tuum. De alia media quaꝫ inter pollicem ꝛ indicem sinistre manus tenet: accipit cum pollice ꝛ indice manus dextre particulaꝫ: quā inter ipsos dextre manus pollicem ꝛ indicem retinet. Partem vero quam in sinistra habet: adiungit medie per ipsum sup patenā posite: interim dicens. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Particulaꝫ hostie: quā retinuit in dextra manu: tenet sup calicē: quem manu sinistra per nodum infra cuppam retinet: intelligibili voce dicens. Per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amen. Cuꝫ

ipsa particula signat ter a labio in labium calicis dicēs. Pax ✠ dñi sit ✠ semp ✠ vobiscuȝ. ℟. Et cum spiritu tuo. particulam quaȝ dextera manu tenet imponit in sanguinem dicens secrete. Fiat cōmixtio ⁊ consecratio corporis ⁊ sanguis dñi nostri Jesu christi: accipientibus nobis in vitam eternā Amen. Pollices ⁊ indices sup labiuȝ calicis aliquātuluȝ tergit: iungit: caliceȝ palla cooperit: ⁊ genuflexus sacrm̄ venerat: surgit ⁊ stans iunctis manibus ante pect⁹ capite inclinato: dicit intelligibili voce. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: miserere nobis. Manu dextra percutit pectus suum ⁊ ꝓsequit. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: miserere nobis. Iteruȝ manu dextra ꝑcutit pectus suū: ⁊ tertio dicit. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: dona nobis paceȝ. Percutit tertio eadeȝ manu pectus suū. Tum inclinato capite ante mediuȝ altaris manibus iunctis super altare positis secrete dicit. Domine iesu christe qui dixisti Apl'is tuis: pacē meam do vobis: pacē relinquo vobis: ne respicias peccata mea: sed fideȝ ecclesie tue: eamqȝ s̄m voluntatē tuā pacificare ⁊ coadunare dignare: qui viuis ⁊ regnas deus. Per oīa secula seculoꝝ. Amen. Si est daturus paceȝ: osculat altare in medio: ⁊ instrumētuȝ pacis sibi porrectū per ministrū: iuxta ipsum ad dextrā: vȝ in cornu Epistole genuflexum: prius dicens voce cōpetēti. Pax tecuȝ. Et minister sibi r̄ndet. Et cū spiritu tuo. Surgit minister ⁊ pacem interessentib⁹ misse porrigit osculandaȝ: dignioribꝰ primo deinde aliis: vltimo mulieribus singulis dicens. Pax tecū. Et singuli r̄ndent ei. Et cum spiritu tuo. Celebrās pace osculata: stans in medio altaris īclinatus vt prius dicit sequētes orōnes. Si nō est daturus pacem: etiaȝ si illius datio misse cōueniat: nō osculat altare sed premissa orōne dicta sine mora: stans vt ꝑfert subiūgit sequētes oratiōes. Si vo celebrat pro defunctis: omissis oībus ꝓcedentibus: ab Agnus dei inclusiue hucusqȝ positis: intelligibili voce: sine vlla pectoris ꝑcussione dicit. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: dona eis requiem. Agnus dei: qui tollis peccata mūdi: dona eis requiem. Agnus dei: qui tollis peccata mundi: dona eis requiem sempiternā. Tum ꝓseqt secrete sequētes orōnes que etiā in singulis aliis missis dicunt: excepta soluȝ Veneris sancta: qa nō missa: sed singulare officiū celebrat.

Domine

Domine Jesu christe fili dei viui: qui ex volũtate patris coope-
rante spiritu sancto: per mortez tuam mundum viuificasti: libe-
ra me per hoc sacrum corpus ⁊ sanguinem tuum ab omnibus
iniquitatibus meis: ⁊ vniuersis malis: ⁊ fac me tuis semꝑ inhere-
re mandatis: ⁊ a te nunq̃ꝫ separari permittas: qui cũ eodez deo
patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas in secula seculoꝝ. Amen.

Perceptio corporis tui dñe Jesu christe: qđ ego indignus
sumere presumo: nõ mihi proueniat in iudiciũ ⁊ condẽna-
tionem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamẽ tum mentis ⁊
corporis ⁊ ad medelam percipiendam: qui viuis ⁊ regnas cum
deo patre in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula se-
culoꝝ. Amen. His dictis in terram genuflectens sacramentuꝫ
veneratur: tum se erigit ⁊ dicit secrete. Panẽ celestem accipiã:
⁊ nomen domini inuocabo. Quo dicto accipit de patena reuerẽ-
ter ambas partes hostie super illam positas: inter pollicez ⁊ in-
dicem sinistre manus ⁊ patenam inter eundem indicem ⁊ mediũ
digitos eiusdem manus: ⁊ tenens partes huiusmodi super pate-
nam manu dextra tribus vicibus percutit pectus suum: interim
etiaꝫ tribus vicibus dicens voce aliquãtulum eleuata. Domine
non sum dignus: ⁊ secrete prosequitur. vt intres sub tectũ meũ:
sed tantum dic verbo ⁊ sanabitur anima mea. Quibus tertio fa-
ctis ⁊ dictis: accipit ambas ptes predictas hostie: ex sinistra: in-
ter pollicem ⁊ indicem dextre manus: ⁊ cum illa supra patenam
signat seipsum signo crucis dicens secrete. Corpus domini no-
stri Jesu christi custodiat animaꝫ meã in vitam eternam Amen.
Cubitis suꝑ altare positis: ⁊ patena sinistra manu partibus ho-
stie predictis ⁊ ori supposita: reuerẽter sumit easdẽ ambas par-
tes: quibus sumptis: deponit patenaꝫ super corporale: erigit se:
⁊ ambas manus ante faciem iungens: aliquantuluꝫ quiescit: de-
inde depositis manibus dicit secrete. Quid retribuam domino:
pro omnibus que retribuit mihi. Discooperit calicem: ac polli-
ces ⁊ indices suꝑ labium ipsius aliquãtulum tergit: ac iteruꝫ eos
iungit: accipit patenaꝫ: ⁊ eam diligenter cum pollice dextre ma-
nus super calicem extergit: ne quid de hostia suꝑ ea remaneat: ⁊
si sint hostie consecrate super corporali posite pro alio tpe cõser-
uande: facta eis reuerẽtia debita: reponit eas in vas ad hoc ordi-

natum. Et diligenter aduertit: ne qua particula quātucūqꝫ mi/nima maneat super corporali: sed studiose ⁊ accurate reponit in calicē: ⁊ pollicibus ac indicibus iunctis genuflexus iterū sacra/mentū venerat: surgit ⁊ calicē ambabus manibus: vz cū sinistra pedem: cū dextra vō nodum infra cuppā accipit dicēs secrete. Calicē salutaris accipiam: ⁊ nomē dñi inuocabo. Laudans in/uocabo dñm: ⁊ ab inimicis meis saluus ero. Et signās se signo crucis cū calice dicit secrete. Sanguis dñi nostri Jesu chrī cu/stodiat aīā meā in vitam eternā Amen. Et stans reuerēter sū/mit totū sanguinē: cum particula in calice posita: qbus sumptis dicit secrete. Quod ore sumpsimus dñe: pura mēte capiamus: ⁊ de munere temporali fiat nobis remedium sempiternū Amen. Interim porrigens calicē ministro: qui infundit in eū vinū: quo celebrans se purificat: ⁊ si qui sunt cōicandi eos cōicat: anteq̄ di/gitos abluat: seruato ordine de tpe ⁊ modo cōicandi populū in sacerdotali dato. Cū purificatus: ⁊ ceteris cōicatis: dicit secrete. Corpus tuum dñe qd sumpsi: ⁊ sanguis quē potaui: adhereat visceribus meis: ⁊ presta: vt in me nō remaneat scelerū macula: quē pura ⁊ sancta refecerunt sacramēta: qui viuis ⁊ regnas cū deo patre in vnitate spūs scti deus. Per oīa secula scloꝝ Amē. Eodē ministro vinū iterum fundente: celebrans abluit polli/ces ⁊ indices super calicem: ⁊ ablutionē etiam sumit: deinde ex/tergit etiam os ⁊ calicem purificatorio: ⁊ purificatorium sup ca/licem ac desuper patenā ponit: ⁊ prout sibi magis placet collo/cat ad partē dextram vel sinistrā: aut in medio altaris dimittit.

¶ De vltimis orationibus dicendis. Capi. xxviij.

Interim liber missalis per ministrum ad cornu epistole re/portat: ⁊ directe inter anteriorē ⁊ posteriorē partes altaris ponitur: vbi expeditis premissis: celebrans stans versus ad alta re manibꝰ iunctis vel disiunctis: ꝑut sibi magis placet: sup alta/re vel librū positis: legit exinde cōionem: qua lecta iunctis mani/bus ante pectus: vadit ad mediū altaris: vbi depositis super eo manibus hinc ⁊ inde extēsis: illud in medio osculat. Cū iunctis vt prius manibus ante pectus demissis oculis ad terram: ibidē ad manum sinistrā: hoc est ad latus dextrū: vertit se ad populū: ⁊ dicit intelligibili voce populo: versus. Dominus vobiscum.

Extendendo interim et iungēdo manus ante pectus: digitis tñ
non dissimilibus. ℟. Et cuz spiritu tuo. Junctis manibus: per
eandez viam ad mediū altaris reversus: facta ibidez cruci reue/
rentia: accedit ad librū: vbi extēdendo et iungēdo manus ante pe
ctus: stans ad altare versus: dicit eadez voce. **Oremus.** et caput
deo inclinat extēsis manib⁹ ante pectus: stans vt prius diximus:
dicit post cōionem misse cōuenientem vsq3 ad **Per dominum.**
seu aliam cōclusionē: quaz dicendo iungit manus ante pectus: et
ad verba sic eas tenet vsq3 ad finē post cōionis: quā cum sua cō/
clusione ante libruz perficit: et dicendo. **Jesum christuz.** Caput
deo inclinat et sic manus tenet vsq3 ad finem post cōionis: qua
ibidem perfecta: si alia sunt post cōiones dicende. ℟. **Amen.**
repetit simili voce. **Oremus.** Et subiungit eas put de orationi/
bus et secretis supra diximus. Quibus ibidez vsq3 ad finē dictis:
iunctis manib⁹ ante pectus reuertit ad mediuz altaris: et deposi/
tis sup eo manibus hinc et inde extēsis: illud in medio osculat: ac
eodez mō iunctis manib⁹ vt prius demissis ad terram oculis ad
manū sinistrā: hoc est ad latus dextrū ad ppl3 versus: dicit voce
pdicta. **Dñs vobiscuz.** extēdendo et iungēdo interim man⁹ ante
pectus: digitis nō disiunctis. ℟. **Et cum spiritu tuo.** Et adhuc
ad populuz versus: iunctis manib⁹ ante pectus: dicit intelligibili
voce. **Jte missa est.** Quod dicit ad oēs missas: in qbus dicitur est.
Gloria in excelsis deo. Quo dicto celebrans per eandem viam
reuertit ad mediuz altaris. ℟. **Deo gratias.** Uel si missa feria/
lis sit: aut alia: in qua nō sit dictuz **Gloria in excelsis deo.** Finita
post cōione: et **Dñs vobiscum.** repetito: vertit se per viam pdi/
ctam ad altare: vbi stans versus ad illud: iunctis ante pect⁹ ma/
nibus loco **Jte missa est.** dicit intelligibili voce. **Benedicamus
domino.** ℟. **Deo gratias.** In quadragesima a die Cinerum
inclusiue: vsq3 ad quartā feriam hebdomade sancte: etiaz inclu/
siue in feriali officio dūtaxat: postq̄3 celebrans dixit omnes post
cōiones: cuz suis solitis cōclusionibus: prout superius ordinatū
est: anteq̄3 repetat **Dñs vobiscum.** stans in eodem loco in quo
post cōiones dixit ante librū: cōuersus ad altare: vt erat dicit ab/
solute intelligibili voce. **Oremus. Humiliate capita vestra deo.**
Inclinat caput: et subiungit eadē voce: orationē super populuz

ibidem ordinatā: cum sua cōclusione. Qua finita: accedit ad medium altaris: osculatur illud: et cōuersus modo superius dato ad populum dicit. **Dñs vobiscum.** et alia: vt supra diximus. Dominicis vero et aliis diebus. xl. in quib⁹ de aliquo festo: vel pro defunctis: aut votiua missa celebratur: oratio huiusmodi super populum cum suo **Oremus humiliate capite vestra deo.** Nō dicit: sed missa ipso modo prius dicto terminatur. Si vero celebrauit pro defunctis omissis. **Ite missa est** et **Benedicamus domino.** dicto scdō. **Dñs vobiscum.** Reuertit per eandem viam: per quā ad pplum se cōuerterat ad altare: vbi stans in medio: vsus ad illud: iunctis manib⁹ ante pectus dicit intelligibili voce. **Requiescant in pace.** ℟. **Amen.** Tum stans ante medium altaris capite inclinato: et manib⁹ iunctis sup altare positis: dicit eadē voce.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee: et presta: vt sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtulit: tibi sit acceptabile: et mihi ac omnibus: pro quibus illud obtuli: sit te miserante ꝓpitiabile. Per christū dñm nostrū. Amen. Extensis manibus hinc et inde sup altare positis: ipsum altare osculat.

¶ De vltima benedictione in fine misse danda. Capi. xxix.

Tunc erigit se: et adhuc stans versus ad illud: dicit intelligibili voce. **Benedicat vos oīpotens deus.** Iungit manus ante pectus: et caput deo inclinat: et iunctis manibus ac demissis oculis ad terrā. Si altare est populo versum: ita qꝫ in eo celebrās populo stat versus: stans vt erat bñdicit manu dextra populo: primo inter cornua euangelii: tum in medio altaris: deinde inter cornua epl'e dicēs interim. **Pa✠ter: et fi✠lius: et spūs ✠ sctūs.** Si vo altare non est populo versum: sed cōmuni modo positū vertit se ad manū sinistram: hoc est ad latus dextrū: et per girum tertio populo benedicit: primo versus cornu epistole: vbi manu dextra signū crucis ꝑducens super populum dicit eadem voce. **Pa✠ter** tum in medio dicens simili voce **et fi✠lius:** deinde versus ad cornu euāgelii dicens voce ꝑdicta: **et spūs ✠ sanctus.** ℟. **Amen.** Primam autem et tertiam benedictiones huiusmodi nō dat directe versus cornua epistole et euāgelii: sed magis versus medium sup pplm ibidem existentē. Aut si populus qui misse interfuit est in medio: dictis ꝑ celebrantem vbis. **Benedicat vos**

omnipotens deus. vertit se: vel nõ vertit pro dispositione alta/ris vt supra diximus: et sup populũ manu dextra in medio vnicũ tantũ crucis signũ pducit dicens. **Pater et filius ✠ et spũs san/ctus.** et circulũ perficit. Si celebrauit corã summo Pontifice: aut Cardinale: vel legato sedis apostolice: Patriarcha: Archi/episcopo: vel Episcopo: in puincia: ciuitate vel diocesi sua exi/stente: celebrãs nõ benedicit ppria auctoritate: sed dicto per euz **Placeat.** conuertit se ad summũ Pontificem genuflexus: aut Cardinalez: Legatum: vel Prelatuz ipsum capite inclinato ab eo benedictionẽ recepturus: nisi summus Pontifex: Cardina/lis: Legatus: vel prelatus signum dederit. Celebrans iterum ad altare ɔuersus dicit. **Benedicat vos oĩpotẽs deus pater et fili⁹:** et interessentibus ad manũ sinistram: videlicet in cornu epistole: et in medio benedicit: omissis verbis: **et spũs sanctus.** Ac signo crucis ad dextra: videlz in cornu Euãgelij: in qua est Pontifex ipse: Cardinalis: Legatus: vel Prelat⁹: et ibidẽ sine mora Põ/tifici genuflectit: vel Cardinali: Legato: vel Prelato caput icli/nat: qui ei bñdicit. Si võ locus summi Põtificis: Cardinalis: Legati: vel Prelati hmõi nõ esset in cornu Euãgelij: sed in alia parte: vel altare esset pp'lo versuz celebrãs recepto signo: bñdi/cendo pertrãsit eũ et nõ ei: sz alijs bñdicit ordine solito: tuz ab eo bñdictionẽ accipit vt pdiximus. Si aũt celebrauit coraz Cardi/nale: Patriarcha: Archiepo: vel Epo extra coꝝ tituluz: ecclĩã: siue puinciã: ciuitatẽ et diocesis ɔstitutis: non hz ad eos hmõi re/spectũ: sed eis vt ceteris interessentibus more ɔsueto benedicit: perfecto circulo. Male ergo faciunt illi qui peruertunt ordinẽ sanctissime trinitatis primo ponẽdo personã spũs sancti: et post/modum alias duas. s. patris et filij ppter quoddaz Rithimũ di/centes. **In vnitate sancti spũs benedicat vos pater et filius:** qui modus in antiqs libris ecclesiasticis: et maxime sancte Romane ecclesie nullibi inuenit: et summus pontifex vel prelati nunq̃ɜ co vtunt. Si aũt sacerdos celebrauit pro defunctis: omissa benedi/ctione: qa post missam nõ datur benedictio: osculato: post dicto **Placeat.** vt pmittit: altari in medio: et si vas cũ hostijs ɔsecran/dis pro alio tpe ɔseruãdis reponẽdum: illud facto sacro debita reuerẽtia detecto capite defert: et deponit illud in locũ suuz: et lo

cum ipsum bene claudit: qui facto reuertitur ad mediū altaris.

¶ De euangelio In principio. dicendo. Capi. xxx.

SAcerdos stans ibidem iunctis manibus ante pectus versus ad cornu Euāgelij dicit intelligibili voce. Dominus vobiscū. ℟. Et cuz spiritu tuo. Signat pollice dextre manus ibidem altare ꝛ se in fronte: ore: ꝛ pectore dicens eadem voce. Initiuz sancti euāgelij ſm Joānez. ℟. Gl'ia tibi dn̄e. Tuz eodem mō stans iunctis manib⁹ ante pectus ꝓsequit' simili voce.

IN principio erat verbū: ꝛ verbuz erat apud deum: ꝛ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: ꝛ sine ipso factū est nihil. Quod factuz est in ipso vita erat: ꝛ vita erat lux hoīuz: ꝛ lux in tenēbris lucet: ꝛ tenebre eaz non cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat Joānes. Hic venit in testimoniuz: vt testimoniū phiberet de lumine: vt oēs crederent ꝑ illuz. Nō erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat oēm hoīez venientē in hunc munduz. In mundo erat: ꝛ mūdus per ipsum factus est: ꝛ mundus eum non cognouit. In propria venit: ꝛ sui eum nō receperunt. Quotquot autez receperunt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri: his qui credunt in nomine ei⁹. Qui non ex sanguinibus: neqz ex voluntate carnis: neqz ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Genuflexus dicit voce ꝑdicta. Et verbum caro factum est. Surgit ꝛ stans vt prius: perficit Euangelium eadem voce. Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie ꝛ veritatis. Finito euangelio: si celebrauit coram summo Pontifice: aut Cardinale: Patriarcha: Archiepo: seu Episcopo: in eoꝝ residentijs: aut ecclesia: vel loco iurisditionis eoꝝ: conuertit se ad eum: coraz quo ex predictis celebrauit: ꝛ facit ei reuerentiā conuenientē: q̄ si non celebrauit coram aliquo predictoꝝ: vt prefertur: huiusmodi cōuersionez ꝛ reuerentiam pretermittit. Minister accipit candelas de altari: ꝛ extinguit eas. Celebrans plicat corporale: palla intraposita: reponit ea in bursaz corporalis: ꝛ calicez cū patena in sacculuz siue lintheū ad hoc ordinatum ligat: ponit desuper bursam cū corporali: ꝛ oīa in manū sinistram recipiēs: manu dextra retinet bursaz corporalis ne cadat: ꝛ pre-

cedente ipsũ3 ministro cũ missali: cussino: ampullis vini ꝛ aque: hostiaria cũ hostijs: candelis ꝛ intortitio extinctis: redit ad sacristiã: vel aliũ locũ cõueniẽtez: vbi depositurus est sacras vestes: interim dicẽs antiphonã ꝛ psalmos: ꝛ alia sequẽtia. Si vo sit dimissurus hmõi vestes ante altare: vbi celebrauit: finito euãgelio pdicto: dimissis vt sunt sup altari corpali: ꝛ calice: ꝛ alijs supradictis: easdẽ vestes deponit ibidez: ꝛ sup ipsuz altare reponit: interim dicẽs. Orationes dicẽde post missaz a sacerdote. Ca. xxxj.

Antiphonam. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis: benedicentes dominum. Psalmus.

Benedicite oĩa opera domini dño: laudate ꝛ superexaltate eũ in secula. Benedicite angeli domini dño: benedicite celi dño. Benedicite aque oẽs: que super celos sunt dño: benedicite oẽs virtutes domini dño. Benedicite sol ꝛ luna dño: bñdicite stelle celi dño. Benedicite imber ꝛ ros dño: bñdicite oĩs spũs dei dño. Benedicite ignis ꝛ estus dño: benedicite frigus ꝛ estas dño. Benedicite rores ꝛ pruina domino: benedicite gelu ꝛ frigus dño. Benedicite glacies ꝛ niues dño: benedicite noctes ꝛ dies domino. Benedicite lux ꝛ tenebre domino: bñdicite fulgura ꝛ nubes domino. Benedicat terra dñm: laudet ꝛ superexaltet eum in secula. Benedicite montes ꝛ colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra dño. Benedicite fontes dño: benedicite maria ꝛ flumina domino. Benedicite cete ꝛ omnia que mouentur in aquis dño: benedicite omnes volucres celi domino. Benedicite omnes bestie ꝛ pecora domino: bñdicite filij hominuz domino. Benedicat israel dñm: laudet ꝛ superexaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes domini domino: benedicte serui domini dño. Benedicite spũs ꝛ anime iustoꝝ domino: benedicite sancti ꝛ humiles corde domino. Benedicite Anania Azaria Misael domino: laudate ꝛ superexaltate euz in secula. Benedicamus patrez ꝛ filiũ cũ sancto spiritu: laudemus ꝛ superexaltemus eũ in secula. Benedictus es dñe in firmamẽto celi: ꝛ laudabilis: ꝛ gloriosus: ꝛ superexaltatus in secula. Psalmus.

Laudate dominũ in sanctis eius: laudate eum in firmamẽto virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum scḋm multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum

in sono tube: laudate eum in psalterio ꝛ cythara. Laudate euꝫ in tympano ꝛ choro: laudate euꝫ in chordis ꝛ organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dñm. Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper: ꝛ in secula seculoꝝ. Amen. Repetit añam secrete. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dñm. Stans detecto capite in cornu Epistole: versus ad ipsum altare: si est coram eo: vel si est alibi detecto capite dicit secrete. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Quo secreto completo dicit. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo. Confiteātur tibi domine omnia opera tua. Et sancti tui benedicant tibi. Exultabunt sancti in gloria. Letabuntur in cubilibus suis. Non nobis domine: non nobis. Sed nomini tuo ad gloriam. Domine exaudi orationē meaꝫ. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniuꝫ: cōcede ꝑpitius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitioꝝ. Alia oṙo.

Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni: ꝛ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio ꝛ operatio a te semper incipiat: ꝛ per te incepta finiatur. Per christum dominum nostrum Amen. ¶ Potest etiam dicere sacerdos si vult post missam sequentes orationes pro sui deuotione: omnes: vel partem earum ad libitum.

Anima christi sanctissima sanctifica me. Corpus christi sacratissimū salua me. Sanguis christi preciosissime inebria me. Aqua lateris christi purissima munda me. Sudor vultus christi virtuosissime sana me. Passio christi piissima conforta me. O bone iesu custodi me: infra vulnera tua absconde me. Non permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis voca me. Iube me venire ad te: ꝛ pone me iuxta te: vt cum angelis ꝛ archangelis tuis laudem te: per infinita secula seculorum. Amen. ¶ Post missam potest dicere sacerdos sequentes orationes. Oratio sancti Thome ad deū patrē.

Gratias tibi ago domine sancte pater omnipotens eterne deus: qui me peccatorem indignum famuluꝫ tuum nullis

meis meritis: sed sola dignatiōe misericordie tue: satiare dignatus es precioso corpore ⁊ sanguine filij tui domini nostri Jesu christi. Et precor: vt hec sancta cōmunio non sit mihi reatus ad penam: sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei: ⁊ scutum bone voluntatis. Sit vitiorum meorū euacuatio: cōcupiscentie ⁊ libidinis exterminatio: charitatis: ⁊ patiētie: humilitatis: ⁊ obedientie augmētatio: contra insidias inimicorum omnium tam visibilium q̄ inuisibilium firma defensio. Motuū meorum tam carnaliū q̄ spiritualium perfecta quietatio: in te vno ac vero deo firma adhesio: atq; finis mei felix consumatio. Et precor te vt ad illud ineffabile cōuiuium me peccatorē pducere digneris: vbi tu cū filio tuo ⁊ spū sctō scis tuis es lux vera: sanctitas plena: gaudiū sempiternū: ⁊ iocunditas ꝯsumata: ⁊ felicitas pfecta. Per eū. ¶ Oratio ad beatissimā virginem Mariam.

O Serenissima ⁊ inclita mater dñi nri iesu christi virgo maria regina mūdi: que eundē creatorē oium creaturarum tuo sanctissimo vtero fuisti digna portare: cuius idem sacratissimū corpus ⁊ sanguinē sumpsi: ad ipsum pro me misero pctōre intercedere digneris: vt quicqd in hoc ineffabili sacro ignoranter: negligenter: irreuerenter ⁊ accidentalr omisi: tuis precibus sanctissimis mihi indulgere dignetur. Qui viuit ⁊ reg. ¶ Alia oratio.

AVe sanctissimū corpus dñicum in hoc sacro cōtentum: te cōfiteor labijs: te toto corde diligo: ⁊ totis visceribus concupisco: dignare queso hodie infirmā aiam meā te salutarē victimā ⁊ fontem oium gratiarū recipere cupientem: tam clementer ⁊ gratiose inuisere: vt medellam in corpore ⁊ aia: tua ex pñtia gaudeā inuenisse. Ne respicias dñe ad iniquitates ⁊ negligētias meas: sed ad miserationes tuas infinitas. Tu nāq; es: per quem orbis terre creatus est: ⁊ sanatus: per quem oēs herbe ⁊ cuncte res virtuose suas sortiunt virtutes. Tu es agnus ille imaculatus: q hodie pro totius mūdi redemptiōe pri eterno victimaris. O māna dulcissimū. O nectar suauissimū: cōfer ori meo tue salutaris presentie melifluū gustum. Accende in me charitatē tuā: ⁊ extingue vitia: virtutes infunde: gratiam adauge: salutē mentis ⁊ corporis tribue. Inclina queso celos tuos ⁊ descēde ad me: vt tibi ꝯiūctus: ⁊ vnitus: tecum pariter vnus efficiar spūs. O venerabile sacrm: per

te queso oēs inimici mei repellant: peccata dimittant: ⁊ oia mala ꝑ tuā pñiaz excludant. Bonū ꝓpositū tribue: mores corrige: ⁊ oēs actus meos in tua voluntate dispone. Intellectus per te Jesu dulcissime hoc nouo lumine illustret: affectus inflāmetur: spes roboretur: ⁊ vita mea emendata semper proficiat in melius: ⁊ tandē ꝯferat exitus bonus. Amē. ¶ Alia oratio deuota.

Ueni dñe Jesu christe amor meus: ⁊ beatitudo mea: iocūditas mea: desideriuz meū: ac vnica spes aie mee: veni in cor meū: intra in animā meā: ⁊ munda eā a vitioꝝ sordibus: orna eaz monilibus tuis: vt gratanter ⁊ delitiose in ea habites: ⁊ mihi misero securaz ⁊ felicem in tuo amore quietē tribuas: qui dignaris quiescere super humilez ⁊ quietum ⁊ trementem sermones tuos: ⁊ delitie tue sunt habitare cū filijs hoium. Ueni inquā dulcissime dñe Jesu christe in animā meā: ⁊ esto cū ipsa: atq3 mūda eam. Ueni dñe dilectissime ⁊ in precordijs meis imorari ⁊ habitare digneris: vt per huius imortalitatis donum non dānandoꝝ iudicium aut vindictam reorum incurram: sed tuo fultus auxilio atria virtutum ⁊ pacis epulas ⁊ angelorum conuiuia leta adire merear. Qui viuis ⁊ reg. ¶ Oratio sancti Thome de aquino.

Adoro te deuote latens deitas: que sub his figuris vere latitas. Tibi se cor meū totū subijcit: qa te cōtemplans totū deficit. Uisus: gustus: tactus: in te fallit: sed solo auditu tute creditur. Credo quicqd dixit dei filius: nihil veritatis hoc v̄bo verius. In cruce latebat sola deitas: sed hic latet simul ⁊ humanitas. Ambo tamē credens atq3 cōfitens: peto quod petiuit latro penitens. Plagas sicut Thomas nō intueor: deum tamē meuz te confiteor. Fac me tibi semper magis credere: in te spez habere: te diligere. O memoriale mortis dñi: panis verus vitam prestans homini: Presta mee menti de te viuere: ⁊ te illi semꝑ dulce sapere. Pie pellicane Jesu domine me imūdum munda tuo sanguine. Cuius vna stilla saluum facere: totum mūdum posset omni scelere. Jesu quem velatum nunc aspicio: quādo fiet illud quod tam sitio. Ut te reuelata cernens facie: visu sim beatus tue glorie. Amen. ¶ Alia oratio ad deum filium.

Transfige dulcissime Jesu medullas anime mee suauissimo vulnere amoris tui: vulnera viscera anime mee vera

fraterna et apostolica charitate: ut vere ardeat langueat et lique-fiat anima mea solo semper amore et desiderio tui: cupiat dissolui et esse tecum. Da ut anima mea te solum semper esuriat panem angelorum: panem vite celestis: qui de celo descendisti: et das vitam mundo: panem nostrum quotidianum super substantialem habentem omne delectamentum: et omnem suauitatis saporem. Te in quem desiderant angeli prospicere: te semper sitiat cor meum fontem vite: fontem sapientie: fontem eterni luminis: vbertatem domus dei: cupiat: te cogitet: te somniet: te suspiret: te ambiat: te querat: ad te perueniat: te meditetur: te loquatur. Omnia operetur in laudem et honorem nominis tui cum humilitate et discretione: cum dilectione profectu et perseuerantia vsque ad finem. Ut tu sis mihi totus omnia in omnibus. Ut tu sis mihi semper tota spes mea: salus mea: fiducia mea: diuitie mee: dignitas mea: delitie mee: dilectio mea: oculus meus: amor meus: honor meus: thesaurus meus: in quo solo fixa et firma et radicata sit semper mens mea: et cor meum. Amen.

¶ Alia oratio ad deum filium.

Domine Jesu christe fili dei viui: esto mihi propitius indigno peccatori. Et quia tu es vera via: dignare per hoc sacramentum corporis et sanguinis tui: quod accepi omnem impietatem: ac prauitatem prioris vite mee in laudem et gloriam nominis tui transmutare. Et cum tibi ad iudicium fuero presentatus: noli me domine clementissime propter innumerabilia peccata mea damnare: sed per hanc perceptionem redemptionis nostre ab ira et a perpetratis facinoribus me digneris liberare. Qui viuis et reg.

Quibus dictis in partem vel in totum et sacris vestibus depositis: reponit Calicem et Patenam in sacculum siue lintheum ad hoc ordinatum ligat: plicat corporale palla intraposita reponit ea in bursam: restituit omnia ad loca sua: et vadit in pace.

¶ De his que omittuntur in missa pro defunctis. Capi. xxxij.

In missa pro defunctis: ad Introitum non dicitur Gloria patri. neque dicitur Gloria in excelsis deo: neque Alleluia: neque Jube domne benedicere. et benedictio ante Euangelium: neque Euangelio dicto osculatur textus: neque dicitur Credo. Aqua calici imponenda pro sacrificio non benedicitur. Agnus

dei. specialia habentur. Oratio. **Domine Jesu christi: qui dixi-
sti apostolis ꝛc.** non dicit. Pax non datur: neq3 missa finita po-
pulo benedicitur: s3 omissis. **Ite missa est: ꝛ Benedicamus do-
mino.** dicit. **Requiescant in pace. Placeat.** ꝛ alia omnia dicun-
tur ꝛ fiunt: que ꝛ prout in ceteris missis dici ꝛ fieri consueuerunt.

¶ De celebratiōe duaꝝ vel triu3 missaꝝ eade3 die. Ca. xxxiij.

Sunt nōnulli sacerdotes: ob raritatem clericoꝝ: aut eccle-
siarum paupertate3: duas parrochiales ecclesias obtinē-
tes: quibus a iure cōcedit celebrare duas missas in die. Hij vel
quicūq3 alij sacerdotes in casibus a iure permissis bis in die cele
brare volentes: non debent in prima missa post sumptū sangui-
nem se purificare: vel ablutionem digitoꝝ sumere: sed post san-
guinis sumptione3 digitos super calicem abluere: ꝛ ablutionem
huiusmodi in aliquod vas mundu3 reponere: ꝛ alia die qua vnā
missam tantu3 celebrarunt post sanguinis sumptionē: vel eade3
die post dictam secūdam missam de ea se purificare: seu post pu
rificationem ꝛ ablutionē eiusdem secūde misse eā sumere. Plu-
res autem q3 duas missas vna die celebrare nō licet: sola die na-
tiuitatis saluatoris nostri Jesu christi excepta: in qua quilibet sa
cerdos alias ad celebrandu3 dispositus potest tres missas cele-
brare: quod facturus etiam non debet in prima ꝛ secunda missa
se purificare: aut ablutionem digitoꝝ sumere: sed ea3 in aliquod
vas mundum reponere: ꝛ eam post purificationem tertie misse
sumere. Qui autem eadem die plures missas celebraturus: in
prima vel secunda missa se purificauerit: aut ablutionē sumpse-
rit: non debet illa die vlterius celebrare. Preterea sacerdos in
die Natiuitatis predicte duas vel tres missas etiam sine aliqua
intermissione celebraturus: debet ante quālibet missaru3 huius-
modi dicere confessionem: ꝛ in fine cuiuslibet populo benedice-
re: ꝛ post prima3 ꝛ secūdam missas huiusmodi dicere Euange-
lium sancti Joannis. **In principio erat verbum ꝛc.** Ac omnia
alia facere ꝛ dicere: purificatione omissa: vt prefert: que in alijs
missis dierum: in quibus vna tantu3 missa celebrantur: dicuntur
ꝛ fiunt. Post tertiam vero missam loco dicti Euangelij san-
cti Joannis: solet dici Euangeliu3 sm Mattheū. **Cum natus
esset Jesus ꝛc.** quod habetur in missa diei Epiphanie domini.

¶ De missa sicca nuncupata. Capitulum .xxxiiij.

Sunt ⁊ alij sacerdotes: qui in quadragesima: vel alijs diebus in quibus due misse speciales habent: videlicet vna de festo: ⁊ alia de dñica: vel feria: celebrata altera earuz: alia pro deuotiōe sua legunt: absqȝ ꝯsecratione: qđ fieri licet hoc ordine. Data benedictione post missam celebratā: ⁊ Euangelio sancti Joānis lecto celebrans deponit casulam: ⁊ oībus alijs paramētis retentis: stans in cornu Epistole: versus ad altare detecto capite: legit absolute ex missali introitum alterius misse. Gloria in excelsis deo. Si illud in prima missa non dixit: ⁊ secunde misse cōueniat alioquin ipsum pretermittit. Idez obseruat de Credo in vnum deum. Subiungit absolute pretermissis. ℣. Dñs vobiscum. ⁊ Oremus. Orationem: Epistolam: Graduale: Alla: vel Tractum. Euangelium qđ incipit. Sequentia vel Initiū sancti Euangelij pretermissis. ℣. Dñs vobiscū. Offertoriuz: Cōmunionē. Et similr omissis. ℣. Dñs vobiscū. ⁊ Oremus. Absolute subiungit post cōionem: oīa intelligibilia voce legēs: ⁊ sic ibi absqȝ alia cerimonia officium ipsum terminat. Cum dicit secrete seu cōpetenti voce Añ. Triuz pueroꝝ ⁊c. Deponit omnia paramenta, put superius post missaz ordinariā dictū est.

¶ De eadē missa sicca i mari ⁊ flumib⁹ celebrari solita. c. xxxv.

In loco fluctuanti: vt in mari: ⁊ fluminib⁹ celebrare nō licet alicui. Consueuit tñ in mari: pro populoꝝ deuotiōe: absqȝ cōsecratione missa (quaz siccam vocāt) dici per sacerdotē hoc ordine. In loco nauis ecclesiola nuncupato: parata est mensa: supra quā ponitur mappa munda: etiam non benedicta: ⁊ in medio partis posterioris eiusdem mense crux: ac hinc ⁊ inde in cornibus posterioribus ipsius mense duo candelabra cuz duabus candelis ardentibus collocant: vbi sacerdos missaz huiusmodi dicturus: ante dictaz mensam stans: accipit superpelliciuz: ⁊ desuper stollam ab humeris dependentē: quā trauersat ante pect⁹ per moduz crucis: ⁊ cingulo eaz firmat. Vel ſm alios: oībus paramentis sacerdotalibus induitur ordine superius dato: omissa sola planeta siue casula: qua nō vtit. Sicqȝ paratus stans ante mensam predictā: facit confessionē cum interessentibus dicens. In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Introibo ⁊c. Prout

habet supra in principio misse: vsqz ad orationē. Oremus te domine vt per merita ꝛc. exclusiue: ascendit ad mensam predictā: ꝛ omisso illius osculo: stans in cornu epistole legit illius introitū. Kyrie eleison. Gloria in excelsis deo. si est dicendum. Dñs vobiscum. non vertēdo se ad populuz. Oremus. ꝛ orationez ordinariaz. Deinde si placet: ꝛ dici cōueniat: facit vnaz vel duas cōmemorationes: legit Epistolam: Graduale: Alleluia: si est dicēdum: vel Tractum: portat libruz ad cornu Euāgelij: dicit in medio mense. Munda ꝛc. Dñs sit in corde ꝛc. deinde ante libruz. Dñs vobiscum. Sequentia ꝛc. signando librum ꝛ se in fronte: ore: ꝛ pectore: finito Euangelio osculatur textum: dicit Credo. si dies ꝛ officium requirit. Dñs vobiscum. non vertendo se ad populuz. Oremus. Offertoriuz. Prefationem. Sanctus ꝛc. Oremus pceptis salutaribus moniti ꝛc. Pater nr̄. Agnus dei. ꝛ dat osculum pacis si alias officio illius diei quod legit conueniat: reuertitur cum libro ad cornu Epistole: dicit cōmunionē in eodem loco. Dñs vobiscuz. nō vertendo se ad populuz. Post cōionem ꝛ cōmemorationes: si prius fecit ibidē. Dñs vobiscū. vt prius: ꝛ Ite missa est. vel Benedicamus. prout cōuenit: aut Requiescant in pace. Si legit pro defunctis: quo dicto ibidem se vertit ad populuz: ꝛ illi more solito bñdicit: si non legit pro defunctis: pro quibus si legit: benedictionē huiusmodi pretermittit. Tum dicit. Dominus vobiscum. ꝛ signans seipsum in fronte: ore: ꝛ pectore: cōtinuat. Initium sancti Euangelij sm̄ Ioānez. In principio ꝛc. vt supra. Quo finito vestes sacras quas recepit: ibidez deponit. Omnia premissa in huiusmodi missa dicunt voce intelligibili: ita ꝙ ab oibus illis interessentibus audiantur.

¶ De eadē missa corā ifirmo vel alia psona celebrā. C. xxxvj.

Et si aliquādo accidat: ꝙ qs infirmus: vel alius velit missam audire: vbi nō est sacerdos ad missaz celebrādā dispositus: qa ipse eadem die celebrauit: vel ex alia legitima causa: poterit sacerdos in ecclesia: vel alio loco cōuenienti: vt premittitur missam huiusmodi siccam legere in omnibus ꝛ per omnia: ꝓut superius de missa nauali dictū est: ꝛ non debet in ea sacramenta ostendere: etiaz si illud in ecclesia ibidē in loco suo sacro habeat paratū: ꝓpter periculum ostensionis. Ad laudez saluatoris nr̄i.

¶ Tractatus de defectibus in missa occurrētib⁹. Cap. xxxvij.

DEfectus misse sunt: qñ requisita ad misse celebrationem deficiunt. Isti aūt defectus cōtingunt aut ex parte sacramenti: aut ex pte ministri: aut ex parte ministerij: qa in sacramēto reqrit panis triticeus: vinū de vite: aqua naturalis: ꝛ sunt hec ex parte materie. Ex parte vo forme: reqrunt verba ꝯsecrationis: ꝛ intētio cōsecrantis. In ministro autē reqrit exterius debitū vestimētuz: ꝛ in corpore ieiuniuz: ꝛ dispositio mētis ꝛ aīe. Et in ministerio reqrit: ꝙ missa cōpleat: scz ꝙ sacrificiū sit cōpletū ꝛ pfectū: ꝛ ꝙ sacerdos sumat sacrificiū cōicando. Unde de his dicendum est p ordinē. ¶ Primo de defectu panis. Capi. xxxviij.

SCiendum est igit ꝙ cōficiens in pane fermētato: grauiter peccat: quia facit contra statutuz ꝛ consuetudinē ecclesie. Si vero ꝯficiat in pane qui incipit corrūpi: simil'r grauiter peccat. Etiam cōficiendo in azimo corrupto ꝛ infecto ꝓpter irreuerentiaz sacramēti: tamē talis panis si conficiat sacramētum est. Sed si panis sit adeo corrupt⁹: ita ꝙ in eo deficeret species panis: non pōt confici: hoc est per verba sacramēti nō efficit corp⁹ christi: ꝛ ꝙ spēs maneat: pōt cognosci ex hoc: ꝙ cōtinuitas non est soluta: nec alia accidentia ablata. Hec sanctus Thomas ꝛ Albertus. ¶ Itē si grana alterius generis fuerint admixta tritico in tanta quātitate: ꝙ aliam speciem faciant: siue ꝙ medium constituant: non pōt ex eo confici sacramētuz: tamen ex modica quātitate nō impedit. Sanctus Tho. ꝛ Albertus ꝛ Petrus. ¶ Si panis sit de aqua rosacea confectus: dubitatur inter doctores. Et sanctus Thomas dicit esse probabilius: ꝙ nō possit confici. ¶ Si sacerdos infra missam ante consecrationez aduertit hostiam non esse triticeam: vel esse corruptā: remota illa hostia aliam ponat: ꝛ a canone reincipiat. Si vero post consecrationem hoc aduertit: idem faciat ponendo aliam hostiam: ꝛ eam sumendo: sed nihilominus postea illam primam sumat: aut alijs sumendam tradat: vel eam reuerenter conseruet Petrus. Quod autem dicit hic Petrus ꝙ reincipiat a canone. Sanctus Thomas tamen dicit in simili casu esse recipiendum tantum a verbis consecrationis: vt habes infra. Si vero sacerdos aduertat dictum defectum hostie postquam sumpserit:

licet in isto casu varient docto. tamen sanctus Thomas tenet in tertia parte q debeat aliam ponere hostiam: et consecrare et sumere: quia preceptũ de perfectione sacramẽti: maioris est ponderis: q̃ preceptũ: q a ieiunis sumat. ¶ Per id autem qd dicit Petrus. Si sacerdos infra missam aduertat hostiam non esse triticeam: vel esse corruptã: patet quid agendum sit: si nulla hostia fuerit posita: vel si posita fuerit perdita. Et per id qd dicit sanctus Thomas: si aduertat de defectu hostie post eius sumptionem: potest hoc idem intelligibili: si aduertat etiã post sumptionem sanguinis rursus q ponat nouum panem et nouũ vinũ: et consecret atq prosequat: et sumat: ne sacramentum remaneat imperfectũ: qd magis expresse apparebit infra: vbi statim dicet de defectu vini: et ponent magis expressa vba ipsius scti Tho.

¶ Quale esse debeat vinũ qd in cõsecratione sacramẽti eucharistie ministrat: et de defectib' eius: qui occurrere põt. Ca. xxix.

De vino: primo sciendum est: q si vinum factum est oino acetum: non põt de ipso confici sanguis christi: quia vinũ differt et acetum: sicut viuum et mortuũ: sm philosophũ. Sed si vinum sit in via quasi acescendi: tunc idem est iudiciũ: q de pane qui est in via ad corruptionẽ: scilicet q põt confici: peccat tamen huiusmodi cõficiens grauiter: ppter irreuerentiam sacramenti. Sanctus Thomas et Albertus. Et addit Albertus q si vinũ putridum sit tantũ: q vini naturam perdiderit: non põt confici. Quod si nõ est corruptũ: sed in via: põt confici: sed tamen conficiens peccat: vt dictũ est de vino: qd tendit in acetũ. Et idem intelligendum de vino multũ pontico: siue acri. De agresti nõ põt confici. Sanctus Thomas et Albertus. De musto põt confici: non tamẽ faciendum de multũ recenti ppter impuritatẽ. Sanctus Thomas et Petrus. Si vino apponat tanta aqua: q nõ conuertat in vinum: non conficit. Et nõ debet apponi aqua rosacea: vel alia artificialis. Si tamen apponeret in tam modica quãtitate: q in vinum cõuertetur: cõficeret. Hec sanctus Thomas et Petrus. ¶ Item si sacerdos post cõsecrationẽ corporis: scilicet ante consecrationẽ sanguinis percipiat aut vinum aut aquam nõ esse in calice: debet statim apponere et consecrare. Si vero post omnia verba consecrationis pcipiat: q vinum nõ fuerit positum:

rit positum: sed aqua: si quidem hoc percipiat ante sumptionem corporis: debet deposita aqua si ibi fuerit: ponere vinũ cũ aqua ꝛ resumere a verbis consecrationis sanguinis. Si vͦo hoc percipit post sumptionẽ corporis: debet apponere aliaꝫ hostiã simul cum sanguine iteruꝫ cõsecrandam: ꝛ in fine sumere hostiã iteruꝫ consecratã ꝛ sanguinẽ: non obstante etiaꝫ si prius sumpsit aquã: que erat in calice: qa preceptũ de perfectiõe sacramẽti: maioris ponderis est: q̃ꝫ preceptũ: ꝙ hoc sacramentũ a ieiuno sumatur. Hec sanctus Thomas. ¶ Ex predictis nunc verbis demonstrantˀ illa duo: que supradicta sunt: cũ de defectu panis dcm̃ est. Dicit etiam sanctus Thomas ꝙ nõ sufficit sacerdoti solam hostiaꝫ sumere: ne imperfectũ remaneat sacramentũ. Sed si solũ sanguinẽ aliquis cõsecraret ꝛ sumeret: ita remaneret sacramentum imperfectum: sicut si solam hostiam consecraret ꝛ sumeret. Tunc aũt solum sanguinẽ consecrasset ꝛ sumpsisset: si post sumptionẽ sanguinis cognosceret: ꝙ hostia nõ fuisset triticea: vel ꝙ fuisset corrupta. Et vt hic dicit sanctus Tho. etiam si solutũ sit ieiunium: ꝙ repetẽdum est sacramẽtum: vt sit integruꝫ. Et cum misse celebritas terminetˀ benedictiõe sacerdotis: vt dicetˀ infra: nõ ita iudicãdum est de defectibus misse reparãdis ante benedictionẽ sacerdotis: cuꝫ adhuc stet officiũ misse: ꝛ post bñdictionẽ: qñ iam est solutũ offiñ misse: qa post bñdictionẽ: qcqd fieret: magis videretˀ iteratio misse: q̃ꝫ reparatio defectꝰ. Iteꝫ ex vͣbis scti Tho. imediate supradictis: appet ꝙ i reparatiõe sacr̃i impfecti sufficiat resumere a vͣbis ꝯsecrationis: inde tñ oia ordinate sunt repetẽda: qa vt dr̃. vij. q. j. perfecta non possunt dici sacramẽta: que pfectũ non habent ordinẽ. Et sanctus Tho. dicit ꝙ imane est sacrilegiuꝫ: si nõ perficiatˀ hoc sacramẽtum. Unde concilium Toletanum tulit sententiam excõmunicationis in eos: qui cum possunt: non perficiunt istud sacramẽtum: vt patet supra in loco decreti immediate allegato. ¶ De defectu aque. Capitu. xi.

Sacerdos percipiat aquam non fuisse appositam in vino ante consecrationẽ sanguinis: ponat eaꝫ: ꝛ dicat verba cõsecrationis. Si autẽ percipiat post consecrationem sanguinis: nullo modo debet postea aquam apponere: quia non est de necessitate sacramenti: ꝛ sequeretur corruptio sacramẽti in aliqua

parte. Si quis tamen ante consecrationem scienter dimitteret appositionem aque: grauiter peccaret: quia ageret contra constitutionem ecclesie: et quia dominum apposuisse creditur. Non autē sufficit quod aqua apponatur: quādo vinum adhuc est in dolio: quia hoc nō significaret aliquid: sed oportet vt iminēte oblatiōe apponatur ad sacramentum. Hec. s. Tho. ¶ De defectu forme. Cap. xli.

PRo notitia forme: sciendum est quod Ambrosius in libro de sacramētis dicit: quod hoc sacramētum cōficitur in verbis: et sermonibus christi. Ex quo dicto cōcludit. s. Tho. quod forma consecrationis huius sacramēti sit. Hoc est enim corpus meum: et hic est enim calix sanguinis mei: noui et eterni testamēti: mysterium fidei: qui pro vobis: et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Illa vero verba. Accipite et manducate: pertinent ad vsum materie cōsecrate. Similiter illa verba. Hec quotiēscūque etc. pertinent ad vsum huius sacramēti: quia vsus non est de necessitate sacramēti: vt dicit idem. S. Tho. Item illa cōiunctio: enim: nō est de substātia forme: tamē dici debet secundum vsum ecclesie: qui vsus a beato Petro initium sumpsit. Etiam beatus Tho. dicit quod si predicte forme mutentur nihil efficitur: etiam si videantur verba idē significare: similiter si aliquid de dictis formis diminuitur. Si vero aliquid adderetur: quod significationē non mutaret: nec errorem induceret: magnum peccatū esset: tamē conficeretur secundum Albertū. ¶ Dicit autem sanctus Thomas: quod forma predicta vtens pronomine demonstratiuo: ostendit quod materia cōsecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos existens in domo sua: non pōt cōsecrare panem: qui est in altari: aut etiam in foro: vel vinum: quod est in celario. Sed quātacūque sit quātitas panis et vini: que coram sacerdote ponitur: potest ab ipso cōsecrari. S. Thomas etiam dicit: quod si sacerdos nō recordetur se dixisse ea: que in consecratiōe cōmuniter dicuntur: nō debet ex hoc turbari. Non enim qui multa dicit: omnium recolit: que dixit. Si tamen sacerdoti probabiliter constet: se aliqua omisisse: si quidem nō sunt de necessitate sacramenti: non debet resumere imutando ordinem sacrificij: sed debet vlterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum: que sunt de necessitate sacramenti: scilicet formam consecrationis: debet resumi ipsa forma: et cetera per ordinem recitari.

¶ De defectu intentionis ministri. Capitulum. xliij.

Non solum autez necessaria sunt ad cõficiendum: predicta verba: sed etiam requirit intentio: qa ꝭm Augustinũ in sacramentis: sine intẽtione nihil agitur. Unde sanctus Tho. dicit ꝙ ad perfectionem sacramẽti requiritur intentio ministri: qui se subijciat principali agenti: scilicet vt intendat facere qḋ christus fecit ⁊ ecclesia: ⁊ dicit ꝙ non est necessaria intentio actualis: sed sufficit habitualis: vt conficiat. Puta: si cuz sacerdos accedit ad altare ad celebrandum: intendat facere quod facit ecclesia: perficitur sacramẽtum. Sed si postea suspendat eius intentio per aliam occurrentẽ cogitationez: nihilominus perficitur sacramẽtum ex virtute intentionis proposite. Tamẽ studiose curare debet minister sacramẽti: vt etiam actualez adhibeat intentionem. Et dicit ꝙ cum aliquis non intendit sacramentuz perficere: sed delusorie aliquid agere: talis peruersitas tollit virtutem consecrandi: ⁊ virtutem sacramenti: precipue quãdo intentionez exterius manifestat. Si autem intentio ministri peruertatur quãtuz ad id quod sequitur sacramẽtum: puta si sacerdos intenderet cõficere corpus christi: vt eo ad veneficia vteretur: quia prius non dependet a posteriori: talis intentionis peruersitas veritatez sacramenti non tollit: sed minister ex tali intentione grauiter peccat. Dicit enim Albertus ꝙ si alique hostie ex obliuione remaneant in altari: aut aliqua pars vini: ⁊ sacerdos conficiat illa: nõ sunt consecrata: quia de eis non intendit. ¶ Durandus autem posuit casum. Si sacerdos habeat coram se vndecim hostias: ⁊ intendit consecrare decem: querit quot sint ꝯsecrate. Respondet distinguendo: ꝙ hoc potest primo duobus modis intelligi. ¶ Uno modo ꝙ numerus sit solum in intentione ⁊ non in opinione: intentio autem sit quicquid sit coram se consecrare: verbi gratia. Si aliquis habeat consecrare: ⁊ coram se habeat vndecim hostias: ⁊ opinatur esse decem: ipse vero intendit consecrare quicquid est coram se: patet ꝙ eius opinio fertur ad numerũ: sed eius intentio non fertur ad numerum: vnde quia effectus consecrationis sequitur intentionem: ⁊ non opinionem: omnes vndecim sunt cõsecrate. ¶ Alio modo põt intelligi predictus casus quãdo dicitur: habet coram se vndecim hostias: ⁊ intendit

consecrare decem: vt nō opinio: sed intentio feratur ad numerū: ita scilicet q nō velit plus q̄ decem: sed tantū decē consecrare: tunc in tali casu predictus doctor facit secūdā distinctionē: dicēs q hoc duob⁹ modis cōtingere pōt. ¶ Uno mō q sciat veritatē numeri: alio mō q ignoret veritatē numeri. Et si sciat veritatem numeri: scilz q hostie sint vndecim: ⁊ ipse decē tm̄ ꝯsecrare intēdit: aut decē distincte intēdit ꝯsecrare. Et pz: q ille decem tantū sunt ꝯsecrate: de qb⁹ intendit: ⁊ vndecima: de qua nō intendit: nō est ꝯsecrata. Aut sacerdos scit esse hostias vndeciz: ⁊ intēdit ꝯsecrare decē: nō distinguēdo vel determinādo quas decē intēdit: ⁊ quaz vndecimā non intēdit: sed intendendo decē ex illis cōsecrare: tunc nulla est cōsecrata: eo q intentio nō fuit ad aliquā determinatā. Et cum isto dicto satis cōcordat. S. Tho. in. iij. pte. q. lxiij. vbi dicit q minister sacramētoꝝ est sicut instrumentū principalis agentis: scilz christi vel ecclesie. Et cuz tale instrumentum habeat cognitionē: requirit q per intentionez se determinet ad opus: qd̄ in virtute principalis agentis ꝓducere debet. Ideo sequitur q vbi nō determinat se: nihil operat. Si vero sacerdos ignoret veritatē numeri hostiarū: ⁊ intendit decē hostias tantum consecrare: dicit idem Durādus: q eodez modo distinguēdum est: vtruz determinet quas decem intēdit: vel nō determinet. Et rn̄dendum est sicut in casu imediate p̄cedenti. ¶ Sed dubitat quō cum numerus ignoret. Cui dubitationi rn̄det: hoc posse cōtingere: q decem hostias videat extensas: ⁊ vna ibi lateat. Ipse autem intēdit oēs: quas videt: ⁊ nullaz aliam cōsecrare. Uel pōt esse: q decez ipse ibi posuerit: ⁊ vna erat ibi: quā nesciuit: ipse vo intendat oēs illas quas posuit: cōsecrare: ⁊ redit hic casus in casum supra positū Alberti: qa tunc illa nō est consecrata: quā nesciuit ibi esse: ⁊ oēs alie cōsecrate. Si autez vnam plus ipse posuerit: q̄ crediderit: vel alius vndecim posuerit: ⁊ ipse mādauit poni decem: ⁊ non intendit consecrare nisi decem tantum: tunc non est determinata eius intentio: ⁊ sicut supradictum est: nulla est consecrata. ¶ De defectu vestimentorum. Capitulū. xliij.

Sciendum est q ſm. S. Tho. ⁊ Alber. ⁊ oēs alios theologos: si omittat aliqd de his que ad ritum celebrationis pertinet: quilibet omittens aliqd tale: puta tēpus debituz: altare

trib⁹ mappis coopertũ: vestes: ꝛ hmõi: grauiter peccat: nihilominus cõsecrat: si est ordinatus: ꝛ adsit eius itẽtio: ꝛ debita materia: ꝛ debita forma: sed grauissime peccat: si scienter hoc faciat. In his potes colligere: que sint illa: sine qbus non cõficit: scilicet materia debita: ꝛ forma cuz intẽtione: ꝛ ordo in ꝯficiẽte. Quicqd hoꝝ quatuor deficiat: non cõficitur sacramẽtũ. Et istis quatuor existentibus: quibuscũqꝫ alijs deficientibus: veritas adest sacri. ¶ Secundum Hostiẽsez: sufficit ꝙ vnus sit presens in missa: qui sacerdoti respondeat: q̃uis de ꝯsec. disti. j. dicat ꝙ duo requiruntur. Mulier in missa ministrare non põt. ¶ Etiam sine lumine non debet aliquis celebrare. extra de celeb. mis. c. ex parte.

¶ De defectibus dispositionis corporis. Capitulum. xliij.

In cõcilio toletano factum fuit preceptuz sacerdotibus: ꝙ nullus sacerdos post potum cibũqꝫ quãtũcũqꝫ minimum sumptuz: missam celebrare presumat. Et glo. ibidem dicit ꝙ intelligit de cibo vel potu post mediã noctem sumpto: qa in media nocte incipit dies ꝯm ecclesiaz. Et nos videmus esse verũ: quia tunc incipit officiuz diei. s. matutinũ quasi pertinẽs ad mane illi⁹ diei velut initiuz. Dicit etiaz. s. Tho. ꝙ post sumptionem aque: vel alterius pot⁹: aut cibi: aut etiã medicine: in quãtacũqꝫ parua quãtitate: non licet cõmunicare: nec refert vtrũ nutriat: aut non: aut per se aut cum alijs: dũmodo sumat per modum cibi vel potus: reliquie tamen cibi remanẽtes in ore ꝛ si casualiter transglutiantur: nõ impediunt cõmunionez: qa nõ transglutiunt per modum cibi: sed per modum saliue: que vitiari non põt. Si autem ante mediam noctem sit sumptus cibus vel potus: potest communicare. Nec refert vtrum postea dormierit: vel vtrum cibus sit digestus: quãtum ad rationem precepti: tamen posset impedire quantum ad turbationez mentis: in hoc ꝙ tollitur deuotio.

¶ De immundicia corporali. Capitulum. xlv.

De imundicia vero corporali dicit. s. Tho. ꝙ cuz iste cib⁹ non est corporis: sed mentis: ideo in eius sumptione: magis est cõsideranda dispositio mentis: q̃ corporis. Et ideo dicit ꝙ si imundicia corporalis sit perpetua: siue diuturna: nõ est abstinendum a cõione: ne ꝓpter imundiciã corporis: perdat fructus mentis. Si autem imundicia sit temporalis: ꝛ põt purgari: non

probibetur si est bene dispositus in mente. Tamen laudabile foret: abstinere pro modico tempore. Si autē sacerdos infra missam recordat se nō esse ieiuniuz: quid faciēduz sit: vide in sequēti rubrica in fine. ¶ De defectu dispositionis anime. Cap. xlvi.

Interdictus: suspensus: & excōmunicatus etiam iniuste: cōmunicare non debet: qa in talibus est defectus rei significate. s. defectus vnitatis corporis mystici. Itē quicūqz cuz ɔsciētia peccati mortalis: ad cōmunionez accedit: mortalr peccat. Prīe ad corin. xi. Qui manducat & bibit indigne: iudicium sibi &c. Itez non sufficit ei qui cōmunicare intendit: ꝙ sit solum cōtritus: imo si habeat copiam sacerdotis: qui eū possit absoluere: peccat sine confessione cōmunicando. Si vero non habet copiam: tunc si īmineat necessitas cōmunicandi vel celebrandi: puta: quia timet scandalum populi: vel iam inceptum est mysteriuz sacramenti: vel aliquis infirmus loquelam amisit: & est in proposito confitēdi: minister nō peccat ꝙꝫ citius potest cōmunicando: vel alijs ministrando: si primo non possit confiteri. Hec Pe. & Alber. & sanctus Tho. Sacerdos autem qui cum conscientia peccati mortalis accedit ad altare: non soluz peccat mortaliter propter cōmunionem: sed etiaz quia exercet actus ordinis: vt ostendunt S. Tho. & Alber. Uerum pro sola executione actuum ordinis sufficeret ei sola cōtritio sine ɔfessione: vt dictū est. In nullo aūt casu potest aliquis celebrare vel cōmuniōē recipere sine cōtritione: quin mortaliter peccet. ¶ De pollutione. Capi. xlvii.

Pollutio in somnis impedit cōmuniōē: quādo causata est a cogitatione precedenti: que fuerit peccatū mortale: si cōsensus fuerit in tali cogitatione de actu: vel si cōsensit in delectatione cogitationis. Si dubiuz est: vtrum in p̄cedenti cogitatione fuerit peccatum mortale: abstinēdum est: nisi necessitas aliqua requirat: ꝙ celebret siue cōmunicet. Si vero certū est ꝙ in precedenti cogitatione non fuerit peccatuz mortale: vel si nulla cogitatio p̄cesserit: que causa pollutionis fuerit: cōmunicare pōt: nisi pollutio tantum perturbauerit mentem ex cōmotione corporis: ꝙ deuotionem habere non possit: & cum fuerit abstinendum: tempus quo abstinēduz est sunt. xxiiij. hore. Hec sanctus Thomas. ¶ Si sacerdos post consecrationem inceptam re/

cordetur se comedisse vel bibisse: nihilominus debet perficere sacrificium et sumere sacramentum. Et si recordetur se peccatum cōmisisse: debet penitere: et dolere cum proposito confitendi: et satisfaciendi: et sic non indigne: sed fructuose potest sumere sacramentū. Et eadem ratio est: si meminerit se cuicūqȝ excōmunicationi subiacere. Debet enim assumere propositū: absolutionem petendi: et sic per inuisibilem pontificem Jesum christum absolutionem consequitur: quantum ad hunc actum: per quem agit diuina ministeria. Si vero ante consecrationem alicuius predictorum memor sit: tutius reputarem maxime in casu excommunicationis: suspensionis: et interdicti: ac manducationis ꝙ missam inceptam deserat: nisi timeretur graue scandalum. Hec. S. Thomas. ¶ De defectibus missam celebranti interdum occurrentibus. Capitulum. xlviij.

Sacerdos qui celebrat missā: debet semper sumere sacramentum integrū: vt dicitur supra in rubrica de defectu panis et vini. Quod debeat sumere: patet de consecra. distinc. ij. relatum. Totiens autem sumat quotiens celebrat: quia ipsum sacramentum in sumptione complementū sue significationis accipit. Et intelligēdum est nisi per violentiam impediatur: vel per infirmitatem: vel per mortem: vel huiusmodi. Et si plures missas aliquis celebrat in vna die: solum in vltima percipiat perfusionem: et non in precedenti: quia tunc non esset ieiunus: nec aliā missam celebrare posset: extra de celebratione mis. ca. ex parte. Sed si sacerdos post consecrationem infirmetur: et non habeat alia hostia: nihilominus debet alius sacerdos requiri: qui scilicet missam prosequatur ab infirmo non completam: et hostia debet diuidere: et vnam partem ipse sumere: et aliam infirmo dare. Hec sanctus Thomas. ¶ Item si sacerdos morte aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis: nō oportet ꝙ per alium suppleatur. Si vero cōsecrato corpore ante cōsecrationem sanguinis: vel etiam consecrato vtroqȝ: debet celebritas per alium expleri: vt. vij. q. j. ca. nihil. S. Tho. Quō aūt missa compleat: ostēdit prefatus canon supradicti cōcilij dicēs. Non enim aliud explementū initiatis mysterijs cōpetit: ꝙ̄ aut incipiētis aut subsequētis benedictione completa sit sacerdotis.

Quantum autem ad hoc obligetur sacerdos: ostendit in ipso eodem ca. inferius: vbi dicitur. Nullus absq3 patenti prouentu molestie minister vel sacerdos cum ceperint: imperfecta officia presumat omnino relinquere. Si quis autē hoc temerarie presumpserit: excōmunicationis sententie subiacebit. ¶ De perturbationibus occurrentibus missam celebrantibus. Capi. xlix.

Post tractatum de defectibus misse: dicēdu3 est de perturbationibus interdum occurrentibus his qui missam celebrant. Turbatur aute3 missa: aut ꝓpter scandalum sacramenti: aut propter scandalum sacerdotis. Scandalu3 sacramēti est si cadat: aut si vomitu proijciat̃. Scandalum sacerdotis est si sumere nequeat: aut propter cōmixtionē alicuius abhominabilis: vel periculi: aut propter apparitione3 alicuius speciei: que non debet comedi vel potari. ¶ Quādo cadit corpus christi. Ca. l.

SI ꝓpter frigus vel negligētia3: hostia dilabat̃ in calicē: ꝓpter hoc nō est necesse aliqd reiterari: qa ꝙ solum minima pars hostie mittat̃ in calice3: hoc respicit corpus christi mysticū: ideo ꝑtermisso huius: nō facit impfectionē sacramēti. S. Tho. ex cōcilio Aurelianensi. de ꝯsec. dist. ij. dicit̃. Qui bene nō custodierit: aut qui sacrificium ꝑdiderit in ecclesia: aut pars eius ceciderit: ⁊ nō inuenta fuerit. xxx. dies peniteat. De penitentia vide in sequenti capitulo. ¶ Quando cadit sanguis christi. Capi. lj.

SI per negligētia3 aliqd de sanguine christi ceciderit: siqdē sup tabula3: que terre adhereat: lingua lambatur: ⁊ tabula radat̃. Sed si nō fuerit tabula: locus ipe radat̃ ⁊ cōburat̃. Cinis vero iuxta altare recondat̃: ⁊ sacerdos. xl. dieb9 peniteat. Si vō sup lapide3 altaris ceciderit: sorbeat sacerdos stilla3: ⁊ trib9 diebus peniteat. Si sup lintheū altaris: ⁊ ad aliud lintheū ꝑuenerit stilla: quatuor diebus peniteat sacerdos. Si vsq3 ad tertiū ꝑuenerit. ix. dieb9 peniteat. Si vsq3 ad quartā. xx. diebus peniteat. Predictis autē diebus debet sacerdos ieiunare: ⁊ a cōmunione cessare: pensatis tamē conditionibus negocij ⁊ persone: pōt minui vel augeri ad penitētia3 predictā. Hec. s. Tho. Et ide3 intelligendum est in sequenti capitulo: ⁊ abluantur tribus vicibus lintheamina: que stillam tetigerunt: calice supposito: ⁊ aqua ablutionis iuxta altare condatur. De consecra. distinc. ij. si per ne-

gligentiaz. Potest tamen sumi a sacerdote: nisi propter horro/rem dimittat: vt ponit sanctus Tho. Et cautuz est: vt pars illa lintbei siue palle: post ablutionē abscindat 7 comburatur: 7 cinis in altari cōdat. Hec. s. Tho. ¶ De vomitu sacramenti. C. lij.

SI qs eucharistiam euomuerit. Si sit laycus 7 per ebrietatem vel voracitatem euomuerit. xl. diebus peniteat. Clerici vero 7 monachi: presbyteri: diaconi: 7 subdiaconi. lxx. dieb⁹ peniteant. Episcopus autem. xc. Si vero causa infirmitatis euomuerit: septem diebus peniteat. De consecra. distin. ij. capi. Si quis per ebrietatē. Et debet vomitus cremari: 7 cinis iuxta altare recondi: vt supradictum est. Hoc tamen obseruandum: ꝙ vbicunqz species integre inueniantur: sunt reuerenter conser/uande 7 sumende: quia remanentibus speciebus remanet ibi corpus christi. Hec sanctus Thomas. ¶ De musca vel ara/nea vel veneno mixtis cum sanguine christi. Capitulum. liij.

SI musca vel aranea in calicez ceciderit: vel venenū mixtū fuerit: si sacerdos ante consecrationem hoc deprebēderit debet calix ablui: 7 aliud vinuz consecrādu3 apponi. Si vō ali/quod eoꝝ post consecrationē euenerit: debet animal caute capi 7 diligēter lauari 7 cōburi: 7 ablutio simul cū cinerib⁹ in sacrariū mitti. Quod si venenū ibidē esse deprebēdit: nullo modo debet sumi: nec alteri dari: ne calix vite vertat in mortē: sed diligēter in vasculo seruari debet: 7 ne sacramētu3 remaneat imperfectum: debet aliud vinum apponi: 7 sacerdos debet resumere cōsecra/tionem sanguinis denuo: 7 sacrificium perficere. Hoc intellige si corpus nō sumpserit: qa tunc aliter faciēdum esset: sicut supra/dictum est: in rubrica de defectu panis 7 vini: scilicet ꝙ nouū pa/nem apponat. Regula est aūt ꝙ nihil abhominabile sumi debet occasione huius sacramenti. ar. de consecra. distin. ij. si per negligentiā. Hec. s. Tho. ¶ De noua specie apparente. Ca. liiij.

QUando corpus Christi apparet in alia specie: cum vsus huius sacramēti sit per manducationē: quādo scil3 appa/ret in specie pueri vel carnis cruentate: vel simili modo: non ha/bet rationem cibi: nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Quod si omnibus appareat debet cum reliquijs poni. Hec. S. Tho.

¶ Explicit de defectibus in missa occurrentibus.

¶ De horis canonicis a sacerdotibus dicendis: ex libro qui intitulatur via salutis: edito a Mon armando de auzeria Abbate sancti Saluatoris de Lodona.

Dictum est supra de sacramēto misse: ad quod prohibemur accedere nisi lotis manibus: idest sine laudibꝰ dñi nostri iesu chři. Et ideo sancta mater ecclia septē laudes: idest horas canonicas instituit quolibet die deo p clericos ⁊ spālr presbyteros offerēdas. De qbus loqt ps. 118. Septies in die laudez dixi tibi dñe: ⁊ transumptiue. xcj. disti. c. presbyter circa mediuz. De celebra. missa. ca. j. ⁊ ibi plene in glo. fi. Nam sicut cadimus septies in die per peccatum: vt habetur Luce. xvij. ⁊ de penitē. distinc. iij. ca. septies. Ita resurgamus per septem horas: idest laudes canonicas: ⁊ primo dicendum est de hora matutinali. ¶ De matutinis. Cap. j.

Scias q matutinū officiuz propter carnis illecebras edomandas: psallendo ⁊ orando: fuit a sanctis patribus institutuz. ¶ Probat eccle. xxxj. Uigilia honestatis tabefaciet carnes. ¶ Et dicunt matutine cōiter in media nocte: vt ait ppha. Media nocte surgebam ad cōfitenduz tibi. ps. cxviij. Et habet transumptiue. xcj. distin. presbyter mane in fi. ⁊ de celeb. mis. c. j. in fi. Ratio est: qa christus in eadem hora natus fuit. ¶ Scda ratio est: qa in illa hora captus fuit tempore passionis: ⁊ illusus a iudeis. ¶ Tertia rō est: qa in illa hora vel quasi surrexit: ⁊ infernuz spoliauit: ⁊ venturus est iudicare seculuz per ignē: put multi dicunt: ⁊ habetur Matthei. xxv. ca. ¶ De laudibus. Capi. ij.

Laudes vero dicimus ad tentationes dyaboli repellēdas. vnde Isa. xxvj. Expergiscimini ⁊ laudate: q habitatis in puluere. s. carnis. ¶ Itē dicunt ad coronaz glorie obtinēdam: iuxta illud qd dr in Inuitatorio quadragesime. Nō sit vobis vanuz mane surgere ante lucē: qa pmisit dñs coronā vigilantibus. Et dicimus hoc officiū in signū q iudei valde mane ante ortuz diei cōuenerāt ⁊ se ɔgregauerūt: vt interficerēt iesuz. ¶ Scda rō: quare in hac hora laudes deo vero canimus est: vt ei de eius natiuitate ⁊ captiōe ⁊ nřa liberatiōe grās agamꝰ: ⁊ eius aduētuz cū gaudio expectemꝰ. ¶ Tertia rō est: quare laudes illa hora

dicimus: quia deus mũduz in mane creauit: ⁊ egyptios in mare submersis: ⁊ a mortuis resurrexit. Et ideo ꝯsonũ est vt illa hora deo laudes debitas referamꝰ: ne in mare huiꝰ mũdi cũ egyptijs demergamur: ⁊ vt pro nostra creatiõe: ⁊ eius resurrectione gratias deo reddamus. ¶ De prima. Capitulum. iij.

PRimam dicimus in signũz: ꝙ in ista hora christus ad templum cõueniebat: ⁊ populus mane ad eum venire festinabat. Et ideo nos exemplo eius ad horam primaz vadimus: ⁊ in ortu solis eam dicimus. ¶ Secunda ratio quare ista hora prima dicitur: potest esse: quia tali hora christus ligatꝰ pilato iudici fuit presentatus: vt habet Matthei. xxvij. ¶ Tertia ratio est quia ista hora mulieribus apparuit: vt habet Jo. xx. Et ideo in hac hora prima diei laudes deo exoluimus: vt ipsuz imitemur: ⁊ sibi resurgẽti ⁊ apparẽti gr̃as agamus: ⁊ vt tanq̃z diuz principio ipsius diei primitias exoluamus. ¶ De tertia. Capi. iiij.

TErtiaz dicimus in signum: ꝙ illa hora chr̃s linguis iudeorum morti fuit adiudicatus: vt habet de peni. disti. j. periculosa. ¶ Scd̃a rõ est: qa in hora tertia sp̃us sanctꝰ sup discipulos descẽdit. Unde cantat sctã mater eccl̃ia. Nuz hora cunctis tertia: ⁊ Act. ij. cũ sit hora diei tertia. ¶ Tertia rõ est: qa tali hora chr̃s ad columnã fuit ligatus: ⁊ ibidez atrociter verberatꝰ: deinde fuit in cruce positꝰ: vt clare habent ista oia de christi passione i sacris euãgelijs. ⁊ de ꝯsecra. dist. j. nocte sancta. ¶ De sexta. Capi. v.

SExtam dicimus in signum: ꝙ in illa hora fuit christus crucifixus manibus militũz: vt habet Joã. xix. quasi in fine. ⁊ de peni. dist. periculose. ¶ Scd̃a ratio est: quare in hora sexta oramus: qa ista hora: christus clauis cõfixus est: ⁊ tunc tenebre ꝑ vniuersum munduz facte sunt. Nam sol quasi lugens vestibꝰ nigris se induit: vt crucifigentibus deũ lumẽ nõ preberet: imo ꝓhiberet in quãtuz posset: ꝓut legit Luce. xxiij. ¶ Tertia ratio est: quare in hora sexta deũ laudamus: quia tali hora christus discipulis suis recumbentibus apparuit: ⁊ ipsis cernẽtibus est eleuatus in celuz. Luce. xxiiij. Mar. xvj. Act. j. ¶ De nona. Ca. vj.

NOnam dicimus in signũ: ꝙ chr̃s dei filius passus illa hora reddidit deo patri spiritũ dicẽs. In manus tuas ⁊c̃. vt habetur Luce. xxiij. ⁊ de celeb. mis. c. in quadaz. §. non ad esse hois.

¶ Scđa ratio est: quare hora nona deuz laudamus: qa illa hora: vt legimꝰ: miles cuz lancea latus aperuit: vnde exiuit sanguis ⁊ aqua: vt habet Joã. xix. ⁊ de ꝯsec. dis. ij. c. j. de summa trini. c. j. in clemẽ. ¶ Tertia ratio est: quia in hora nona cetus apl'oꝝ ad orandum cõuenire consueuerat. Act. iij. Et ideo nos exemplo ipsoꝝ idẽ facere debemus: iuxta illud qđ habet de elec. ca. significasti, ij. q. j. ca. deus omnipotens. ¶ De vesperis. Capi. vij.

V Esperas dicimus in signum: ꝙ christus illa hora cũ sero factum esset: in cena sacramẽtuz corporis ⁊ sanguinis sui instituit: ⁊ pedes discipuloꝝ lauit: vt habet Joã. xiij. ¶ Scđa ratio est: quare in hora vespertina deum laudamus: quia in ista hora christus fuit depositus: ꝓut habet Matth. xxvij. ¶ Tertia ratio est: quia in hora vespertina discipulis euntibꝰ in castelluz emaus: christus in habitu peregrini apparuit: vt habet Luce vlti. ⁊. j. q. j. Dñs in patria. ¶ De completorio. Capi. viij.

C Ompletorium dicimus in signũ: ꝙ illa hora corpus Chr̄i positum fuit in sepulchro: vt habet Luce. xxiij. ⁊ de cõsec. distin. j. cõsulto. ¶ Scđa ratio est: qa in hac hora chr̄s sudauit guttas sanguinis seu sanguineas: vt habet Luce. xxij. de celebr. mis. c. in quadam. §. penul. in fi. ¶ Tertia rõ est: qa in hac hora deputata fuit custodia monumenti sui sacratissimi corpis: vt habet Mat. vlt. ¶ Quare diuersimode hore incipiunt. Capi. ix.

E T est notãduz: qa cõtingit peccare tripliciter. s. corde: ore: ⁊ opere. Ideo tribus modis diuersis incipiunt hore. Et matutine qdem: per Dñe labia mea aperies. Cõpletoriuz: per Conuerte nos deus salutaris nr̄. Alie hore per mediũ. s. Deus in adiutoriuz meũ intẽde. ¶ Dñe labia. dicimus cõtra peccata oris. Deus in adiutoriũ. cõtra pctã opis. Cõuerte non deus. cõtra pctã cordis. ¶ Sed qa in pctõ cordis: ⁊ oris: est aliqd opis: ideo ꝑ oẽs horas diei dicũtᷣ. Deus in. Monachi aũt in matutinis dicũt ꝑus Deus in adiutoriũ ⁊c̃. ⁊ post Dñe labia mea aperies. Et rõ est: quia sine auxilio dei nec corpus nec labia ad eius laudem opari vel aperiri nõ possint. Et ideo dr̄ Joã. xv. Sine me nihil potestis facere: ⁊ habet trãsumptiue. xxvj. q. iiij. ca. epicoꝝ quasi in fi. ¶ Hymni qui dicunt ad horas diei significant laudez. ¶ Psalmi qui silr dicunt ad horas: significant bonã ⁊

diuinam operationē. ¶ Añe significant charitatis copulam. ¶ Capitula exhortationē boni opis seu diuini. ¶ Rñsoria significant bona opera. ¶ Versiculi siue. ℣. significant fructus. ¶ Oño significat miāz dei que p̄cedit ꝛ subseqt hoīem in bonis operibus. ¶ De his qui tenent dicere horas canonicas. Ca. x.

ET nota ꝙ sacerdos promotus ad sacros ordines: vel habens beneficium ecclesiasticū tenetur ad istas septē horas dicēdas: vt probat. xcj. disti. ca. presbyter. ꝛ de celebra. missa: ca. presbyter. ꝛ ar. de apostatis. ca. j. Et hoc veruz est nisi sint infirmi: nam tunc excusant. ar. xcj. distin. ca. clericus victū. Et ex hoc patet ꝙ nō debent imiscere horas sub vna oratione: sicut aliqui faciunt: ꝛ male: sed singulas dicant distincte. Debet aūt clericus horas reddere in ecclesia si potest iuxta dictum Psalmiste. In ecclesijs benedicite dominuz. Alias reddat vbi honeste ꝛ commode poterit. Debent etiam se conformare clerici iuxta modū ꝛ ordinem officiandi sue ecclesie cathedralis. De consec. dist. ij. Institutio. xij. di. de his. ¶ Officium vero mortuoruz pretermitti nō debent: nisi dies solēnis eos impediret: vt extra de celebra. missa. ca. quidam enim. Et est ratio quia qcqd possidemus: ex mortuis habuimus. ¶ Explicit de horis canonicis.

¶ Quibus hoc sacratissimum sacramentum dispensanduz sit: ꝛ quibus non. Capitulum. j.

DIcto superius qualiter sacratissimum corpus domini nostri Jesu christi sit rite consecrāduz: restat nunc dicēduz quibus ꝛ qualiter sit dispēsandum. Ubi primuz notanduz: ꝙ sacerdos ex debito officij sui dz suos parrochianos ꝛ subditos diligentius verbo ꝛ exemplo informare: ꝛ inducere ad deuotionem tanti tanq̄ salutiferi sacramenti. De celebra. missa. capi. Sane. Nam in imensitate tanti sacramenti oculus caligat rōnis. Credere enim iubemur: discutere prohibemur: sed fm ꝙ sancta Romana ecclesia credit: eos ad credendum inducat: ꝛ ꝙ ab ea deuiare nec in vita nec in morte intendant: vt accedat qd legitur. xxiiij. q. iiij. Duo ista. De hereticis ad abolendam. ꝛ eodem titu. ca. super eo. libro. vj. Aduertendum est autez ꝙ sacerdos ꝓpter periculuz effusionis

sanguinis christi: non cōmunicat populus de sanguine ex calice. Sed hoc nihil refert: quia in hostia consecrata est totū corpus: et totus sanguis: anima: et diuinitas Christi: et similiter in calice consecrato sanguine est totus christus: sicut in hostia: vt predictum est. Sacerdos autē rationabiliter suscipit vtrūqz in missa: quia hoc facit in memoriā passionis dñi nostri iesu christi: in qua totus sanguis Christi fuit a corpore separat⁹ et in terra sparsus.

¶ Que sint que impediant communicandum. Capi. ij.

SAcerdos igitur sacr̄m dñici corporis dispēsaturus: debet illud dare oibus christi fidelib⁹: saltiz semel in anno: postq̄z ad annos discretionis peruenerint: taz masculis q̄z feminis. De peni. et remis. c. oīs vtriusqz. nisi aliqd impedimentum occurrat.

¶ Impedimenta autē sunt ista. ¶ Primo omnis hereticus: scismaticus: excōicatus. j. q. j. c. reperiunt. ¶ Simoniacus publicus: cōcubinarius et notorius pctōr. vz. confessus: vel cōuict⁹: vel dānatus de crimine: ita q̄ nulla possit tergiuersatione celari: non est cōicandus: si in talibus perseueret: quia hoc sacramētuz dandum est penitētibus: et nō perseuerātib⁹ in peccato. Nam ex institutiōe ecclesie: nullus debet cōicare: nisi prius cōfiteat. c. ois. de peni. et re. supra allegato. Unde qñ sacerdos scit aliquē publicum pctōrez: nō debet eū cōicare: nisi ɔstet de emēdationis ꝓposito. Si aūt sciuerit pcm̄ subditi secretū: et ille in pascha petit cōmunionē et in publico: ex officio tenet ip̄m cōicare. extra de offi. iu. ordi. c. si sacerdos. exemplo christi qui iudā cōicauit: quē sciebat esse traditorez. ¶ Scd̄o nō est cōicandus hystrio: magus: scenicus: leno: et alij publicis et iniustis actibus deseruiētes. De cōsec. di. ij. pro dilectione. ¶ Tertio pueris ante annum discretionis: et amentibus et furiosis nō est dandum hoc sacr̄m. Si tñ furiosus habet lucida interualla: et deuote petit sacr̄m: supueniēte furia pōt cōicari: nisi timeat de vomitu: vel sputo: vel alia irreuerentia sacri. xxvj. q. vj. c. is qui. Idem dicenduz de freneticis. ¶ Quarto infirmanti et petenti sacr̄m: si timetur de vomitu: nō debet dari predicto. c. is qui. ¶ Quinto polluto pollutione nocturna: que ꝓuenit ex causa peccati mortalis: puta qa ɔsensit in cogitationē turpem carnalem: vel qa studiose inebriatus est: vel crapulatus: si ex aliqua istaꝝ causaꝝ seqt̄ pollutio: ꝓhibēdus est

a cōione. Si vero ex demone: vel infirmitate: vel purgatiōe na/
ture hoc euenit: non est ei deneganda cōio. ¶ Sexto cōiuga/
ti debent per triduū ante sacramenti cōionem abstinere ab actu
carnali. De ꝯsec. dist. ij. c. ois homo. Qui si voluptate ducti inui/
cez miscent: ꝓhibēdi sunt a cōione. xxxiij. q. iiij. c. vir cū ꝓpheta.
Similiter in delectatione: ebrietate: vel crapula nō fuit delibe/
ratio: q̄uis fuerit pctm̄ veniale: nō dꝫ ei denegari sacramētum.
Melius tñ esset pro tali die abstinere a cōione. ¶ Septimo
prohibent a cōione pugnātes in duello. ij. q. v. c. monomachiā.
⁊ nō debet eis dari cōio. ¶ Octauo nō ieiunis: nisi in necessita
te. De ꝯsec. dist. ij. c. liquido. vij. q. j. c. nihil. Nō impedit cōionē:
si quis lauando os: aliqd cibi qd̄ inter dentes remāserat: vel mo/
dicuz aque deglutiret: nō impedit cōionez: qa per modum saliue
illud accepit: ⁊ cōtra voluntatē deglutiuit. Si qs ante mediā no/
ctem cibum sumpserit: siue dormierit: siue non: pōt cōicare. Si
vero post mediaz noctem: non pōt: nisi in mortis periculo cōsti
tutus. Hec. s. Tho. in. iij. parte. q. xxx. ¶ Dandum est autem
hoc sacr̄m ꝑsonis fidelibus: puris: ⁊ sine pctō mortali existētib⁹:
qa sacr̄m purū est: ideo pure a puris sumenduz est: qa qui aliter
sumit: indigne sumit: ⁊ q mādučat ⁊ bibit indigne hoc sacr̄m: iudi
cium sibi manducat ⁊ bibit. j. cor. xj. Demoniacis: si illud deuote
petunt: dari dꝫ: quia posset esse causa sue liberationis. Mulieri
puerpere: vel menstruū patienti dari dꝫ: sed melius esset supse/
dere vsqꝫ ad purificationē ꝓpter reuerētiaz sacri. Leprosis etiā:
⁊ morbo galico laborātib⁹: corrosis ⁊ ꝯsumptis labijs ⁊ dentib⁹:
si timet de periculo eiectionis: dari nō debet: alias cōicandi sunt.
Cōicandi sunt etiaz ꝯdēnati ad mortē: etiā heretici: si illud deuo
te petūt. xiij. q. vlti. c. fi. de peni. ⁊ re. c. j. in cle. Si aūt habere nō
poterūt: credant in chr̄m: qa hoc est spūal'r mādučare. De ꝯsec.
disti. ij. c. vt qd paras. Excōicato nunq̄ꝫ dari debet corpus chr̄i:
nisi in articulo mortis: ⁊ illud deuote petēti: absoluto eo prius ab
excōicatione: ⁊ prestita cautione satisfactionis: si cui tenet: ⁊ etiā
prestito iuramēto sacerdoti: ꝙ si sanabit presentabit se illi: q euz
pōt absoluere. Quod si nō fecerit: reincidit in eandē sn̄iaz excōi/
cationis. Si qs excōicat⁹ vel notorius pctōr mittit pro ꝯfessore
vt ꝯfiteat: ⁊ interiz amittit loq̄llaz: si ostēdit signa ꝯtritionis facta

fideiussione a parẽtibus: vel amicis: absoluet ꝛ cõicabit. Idem fiat si sensum ꝑdiderit: ꝛ ꝓbari possunt signa cõtrictionis. Hec ex sacris Theologis in .iiij. sen. excepta sunt. ¶ Ordo cõicandi populuꝫ in ecclesia: taꝫ in paschate: ꝙ̃ in alijs diebus. Capi. iiij.

Circa formã cõicandi populuꝫ in ecclesia hic ritus seruandus est. Sacerdos recõciliatis penitentibus: se debet ad missam preparare: ꝛ tot hostias ꝯsecrare: quot populo suo sufficere credit. Finita missa: retentis paramẽtis: vel si nõ celebrauit: protunc induto suppelliceo cuꝫ stolla: cereis accensis: cõuersus ad cõicandos genuflexos coram altari: facto primũ signo crucis sup se: ꝛ admonitis oib⁹: ꝙ se signẽt: faciat eos dicere. Cõfiteor: sicut in missa dicit. Uel si magis expediẽs iudicauerit: faciat eis cõfessionẽ sicut habet supra: in capl'o de ritu celebrandi missam: post offertoriuꝫ. capi. xxij. fol. 82. Finito Confiteor. vel ꝑdicta cõfessione: sacerdos dicat. Misereat vr̃i om̃ps deus: ꝛ dimissis oibus pctis vr̃is: ꝑducat vos cũ oibus sctis suis in vitam eternaꝫ. Amen. Dñe exaudi orationẽ meaꝫ. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus cuius indulgẽtiaꝫ oẽs rogamus: memẽto famuloꝝ famularũqꝫ tuaꝝ: qui lubrica terreni corporis fragilitate nudati sunt: da q̃s veniaꝫ ꝯfitẽtib⁹: pce supplicib⁹: vt q suis meritis accusant: tua miseratiõe saluent. Per chr̃ꝫ. Orem⁹. Oratio.

Deus mĩe tue pietatis de⁹ idulgẽtie: idulge q̃so ꝛ miserere his famulis ꝛ famulab⁹ tuis: vt delictoꝝ q̃ nobis coraꝫ te suo ore ꝯfessi apperuerũt: nulla in eis macula reseruet in terris: ꝛ per penitẽtie luctũ ad tua mereant venire ꝓmissa. Per chr̃ꝫ.

Dominus noster Jesus chr̃s: qui dixit discipulis suis: quecũqꝫ ligaueritis sup terrã: erũt ligata ꝛ in celis: ꝛ quecũqꝫ solueritis sup terrã: erũt soluta ꝛ in celis: de quoꝝ numero q̃uis indignos nos esse voluit: ipse vos absoluat ꝑ ministeriuꝫ nostrũ ab oib⁹ pctis vr̃is: quecũqꝫ cogitatiõe vel locutiõe aut operatione negligẽter egistis: atqꝫ a nexibus pctõꝝ vestroꝝ absolutos: perducere dignet ad regna celoꝝ. Qui viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ. Amen. Tunc sacerdos cõuersus ad altare: inclinans profunde coraꝫ sacramẽto: accipiat particulas sup patenam: ꝛ vnam in manibus accipiens: ostendat omnibus dicens. Dicatis omnes sicut ego dico. Domine non suꝫ dignus: vt intres sub

tres sub tectum meum: sed tantum dic verbo: ⁊ sanabit aia mea.
Et repetat secundo ⁊ tertio eadē verba in vulgari. Quo tertio
repetito: dat corpus dñi oibus successiue dicendo. Corpus dñi
nostri iesu christi custodiat te: ⁊ pducat in vitam eternā. Faciēdo
signum crucis cum hostia super singulos. Et sic cōicet oēs: qui
sunt in primo ordine. Qui posteaꝙ̄ sacramētuz sumpserint sur/
gant: ⁊ alij veniant: ⁊ similr̄ cōicent. Et postꝙ̄ cōmunicauerint:
accipiāt ablutionē ex calice: quē aliqs minister tenebit a dextris
altaris pāno inuoluto pede calicis: ad quē omnes tergūt os suū.
Et sic purificati genuflectāt corā altari: donec oēs fuerint cōica/
ti. Quo facto: sacerdos sup eos dicat. ℣. Ostende nobis dñe miseri/
cordiam tuam. ℟. Et salutare. ℣. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus q nobis sub sacro mirabili: passionis tue memoriaz
reliquisti: tribue quesumus: ita nos corporis ⁊ sanguinis
tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum in no/
bis iugiter sentiamus. Qui viuis ⁊ reg. Oremus. Oratio.

Spiritū nobis dñe tue charitatis īfunde: vt quos sacramē/
tis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate concordes. Per
dñm nr̄m iesuz chr̄m filiū tuū: q tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eius/
dem spūs scti deus: per oia secula scloꝝ. ℟. Amē. Postea bñ/
dicat eis dicens. Et bñdictio oipotētis dei: pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊
spūs ✠ scti: descēdat sup vos: ⁊ maneat semp. Amē. Quo dicto
si tūc celebrauit: dicat euāgeliuz. In principio. Et eo dicto: oēs
recedunt. ¶ Ordo ad cōmunicandum infirmum. Capi. iiij.

Quam aliqs infirmus fuerit cōicandus: sacerdos pulsari fa/
ciat campanā: aliquot ictus dādo ex vna sola pte cāpane:
ad cōuocandos cōuicinos: qui volunt sociare corpus chr̄i. Qui/
bus ꝯgregatis: ⁊ intortitijs accēsis: sacerdos cū suppelliceo stol/
la ⁊ pluuiali paraf: ⁊ duo clerici: quoꝝ vnus portet laternaz cum
lumine: ⁊ alter aquā benedictā: ⁊ cāpanulaz: ⁊ libelluz pcessiona/
lem: qui habeāt suppellicea. Et accipit sacerdos corpus dñi re/
uerenter: ⁊ ponit duas hostias ad minus in tabernaculo: qd pā/
niculo serico cooperit: hñs pānuz sericū longum super spatulas
suas: ⁊ portans corpus dñi ante faciem suā eleuatū: vadit ad do/
muz infirmi: ⁊ post eum: alter clericus qui portat laternā sequaf:
⁊ si fieri pōt: prout Rome fit: quatuor psone deferāt baldachinū

super corpus dñi: et sacerdotem. Postea sacerdos: et illi qui portant intortitios: de hinc alij mares: et femine sequantur. Interim in camera infirmi: paretur locus aliquis: qui sit coopertus mappa albissima: super quo sacerdos possit reclinare tabernaculum corporis christi. Ibi etiam parentur ciati cum vino et aqua. Ingressus sacerdos cum corpore christi cameram: dicit. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde deposito tabernaculo super locum paratum: accedens ad infirmum aspergat cū aqua benedicta dicens. Añа. Asperges me. ℣. Miserere mei. Gloria. et repetitur antiphona. Asperges. Qua repetita dicat sacerdos. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto eis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

Deus infirmitatis humane singulare presidium: auxilij tui super infirmum nostrū ostende virtutem: vt ope misericordie tue adiutus: ecclesie tue sancte incolumis representari mereatur. Per christū. Deinde infirmus dicat Confiteor. si scit: vel sacerdos faciat ei confessionem sicut superius in ordine celebrandi missam. fol. 81. Postea dicat Misereatur et Absolutionem. Postea absolutionem. Dominus Jesus christus vt supra in generali cōmunione capi. imediate precedēti. Postea sacerdos eleuet corpus domini de pixide vel calice: et ostendat infirmo: dicēs. Credis quod hic sit Christus saluator mūdi. Quo dicente. Credo. Dicat sacerdos. Dic sicut ego dico: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo: et sanabitur anima mea. Quo dicto ter: sacerdos dans infirmo eucharistiam dicat. Accipe frater viaticum corporis domini nostri Jesu christi: qui te custodiat ab hoste maligno: et perducat in vitam eternam. Amen. Postea sacerdos lauet digitos suos cum vino puro et aqua: et tradat infirmo lotionem nihil dicens. Peracta communione: sacerdos dicat. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotēs eterne deus: te fideliter

deprecamur: vt accipienti fratri nostro sacrosanctuȝ corpus domini nostri Jesu christi filij tui: tam corporis q̃ȝ anime prosit ad remediuȝ sempiternũ. ℟. Amen. Et hoc dicto: iterum aspergat aquaȝ benedictã: ⁊ dicat. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

Exaudi nos dñe sancte pr̃ oĩps eterne deus: ⁊ mittere dignare sanctũ angelum tuũ de celis: q custodiat: foueat: ꝓtegat: visitet: ⁊ defendat: oẽs habitãtes in hoc habitaculo. Per chr̃m. ℟. Amẽ. Quo dicto reuertat ad ecclesiaȝ dicẽdo. ps. Miserere mei deus. Reuersus igit ad ecclesiaȝ sacerdos: cuȝ corpore dñi: dum fuerit ante chorũ vel ante altare sacrũ: vertat se ad eos qui sacrm̃ associauerunt genuflexos: ⁊ facit eis breuem cõfessionẽ ⁊ absolutionẽ: ⁊ annunciat indulgẽtiã dieꝝ ducẽtoꝝ illis: qui sacrũ cum lumine sunt ꝓsecuti: qui vo sine lumine centũ dies pro quolibet. Postea dicit sup eos orõnẽ. Dñs vobisc. Oremus. Oratio.

Deus qui nobis sub sacro mirabili: passionis tue memoriaȝ reliqsti: tribue q̃s: ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructũ in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis ⁊ regnas ꝑ oia scl'a scl'oꝝ. ℟. Amen. Postea eleuato tabernaculo cum corpore domini: faciat signũ Crucis super eos omnes: ⁊ reponit sacramentum in loco suo.

¶ Caueat sacerdos: q̄ non det corpus christi alicui infirmo: nisi fuerit in bono sensu: ita q̄ cognoscat illud bene ⁊ apte: quãtũcũq; infirmus confessus fuerit peccata sua. Sacerdos cõmunicato infirmo: debet ei bonis verbis ꝑsuadere: q̄ si necesse fuerit: detur sibi sacramentum extreme vnctionis. ¶ Si eps̃ infirmatur: ⁊ vult corpus dñi post cõfessionẽ sumere: sacerdos celebrans missaȝ pro eo in camera: faciat oẽs cerimonias prefatas: excepto q̄ reseruat particulaȝ pro ep̃o: ⁊ non totuȝ sanguinẽ sumit: sed partẽ eius reseruat pro ep̃o: quã post corpus dñi ei dat. Sacerdotes autẽ infirmi quãdo cõicant debẽt habere stollaȝ a collo pendentẽ: ⁊ sic cõicare debent. xxiij. distin. c. ecclesiastica. Alia oĩa vt supra seruant. Sacerdos parrochialis debet visitare infirmos sepe. De celeb. c. j. ⁊ stare ieiunus vsq; ad horã congruam celebrandi: ⁊ si celebrat: nõ debet sumere purificationem propter necessitatẽ. s. possibiliter occursurã: nisi aliũ hẽat per queȝ possit supplere: vt notat Panor. in dicto. c. j. ¶ Item sacerdos

parrochialis pōt sacra ꝯferre peregrinis ꝛ hospitib⁹ ꝯfluētibus ad ecclesiaꝫ suā. ſm Panor. in. d. c. j. ꝛ mortuos ibidem sepelire: nisi alibi elegerint sepulturam: ꝛ eo casu debet habere quartam.

¶ De custodia sacramenti eucharistie. Capi. j.

Ultimo dicēduz est de custodia sacramēti eucharistie: que maxima cū reuerētia ꝛ custodia sub clauibus firmissimis vna cum chrismate sacro debet conseruari: ne ad manus maleficoꝝ deueniāt: ne quod ecclesie ꝛ christiano populo datum est ad salutem: dyabolo operante ad pernitiem conuertatur. De celebra. mis. ca. **Sane.** De custo. eucha. ca. **Statuimus.** ¶ Sacerdos auteꝫ in hoc negligens: si per eius incuriam ꝛ malam custodiam corpus dñi fuerit male expositū: debet tribus mensib⁹ ab officio suspendi: ꝛ si quid nepharium inde factum fuerit: maiori pena est puniendus. Aduertat etiam sacerdos: ne hostie cōsecrate in magno numero pro cōseruatione cōsecrent: ne corrūpant a vermibus: ꝛ adeo firmo vase includi debent: ne a muribus corrodant: ꝛ in ipso vase lineus pāniculus: qui purificatoriū dicit: ponat: in quo hostie reponant: vt meli⁹ ꝯseruent. Sepius autē mutāde sunt hostie: antique sumēde sunt ꝛ recētes ꝯsecrande. Qꝫ si aliqñ a vermib⁹ corrodunt: si species integre remanēt: qa ibi est corp⁹ christi: reuerēter ꝛ diligenter a vermib⁹ sunt purgande ꝛ semēde: vermes vo cōburēdi sunt sup patenā: ꝛ cineres in sacrario reponi debent. Debet etiaꝫ sacerdos ante corp⁹ chri tenere lampadeꝫ accensaꝫ: qa ibi est corpus dñi nostri iesu chri Qui est vera lux: q illuminat oēm hoieꝫ venientē in hūc mūduꝫ. Ioā. j. ca. Et debet sacerdos nō solum ꝯseruare diligēter sacrm eucharistie: verū etiaꝫ omnia ad illud ordinata debet tenere mūda ꝛ nitida: sicut paramēta: calices: corporalia: altaria: ꝛ eccliās: alias peccat mortaliter: quia hoc ei in iure pcipit. De custo. eucha. cap. **Reliqui circa fi.** Nec debet permittere in ecclesijs poni suppellectilia: vasa: ꝛ alia ad laycos pertinētia nisi in casu belloꝝ aut incendioꝝ repentinoꝝ: aut ꝑpter alias necessitates vrgētes: ꝛ eo casu: cessante necessitate ad loca pstina reportent.

¶ Ex concilio turronensi. ca. iiij. Omnis pſbyter habeat pixidem: aut vas tanto sacro dignum: vbi corpus dñicum diligenter recondat: ad viaticuꝫ recedentibus a seculo. Semperqꝫ super

altare obserata: propter mures & nefarios homines: & de septi-mo in septimum diem semper mutetur: Idest a presbytero illa sumatur: & alia que eodem die consecrata est in locum eius sub-rogetur: ne forte diutius obseruata: mucida (quod absit) fiat. ¶ Ex epistola Clemētis pape. Capi. xxviij. Presbyter sem-per eucharistiam habeat paratam: vt quando quis infirmatus fuerit: statim eum communicet: ne sine communione moriatur.

¶ De penitentia male seruantis sacramentum. Capi. ij.

Ex concilio aurelianensi. ca. vj. Qui negligentiam erga sa-crificium fecerit: vt vermibus cōsumptum ad nihilum de-uenerit: tres quadragesimas in pane & aqua peniteat. Si inte-ger inuentus fuerit in eo vermis: comburatur: & cinis sub altari condatur: & qui neglexerint quaternis diebus suam negligentiā soluat. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificiū: viginti dies expleantur ieiunio. Conglutinatū vero septem dies qui in causa sit peniteat. ¶ Ex cōcilio remensi. capi. iij. Corporale sup quod sacra oblatio imolatur: ex mūdissimo & purissimo lintheo sit: nec in eo alterius generis materia pciosior aut vilior misceatur: & nunq̄ super altare remaneat: nisi in tempore misse: sed aut in sacramentorū libro ponatur: aut cum calice & patena in mūdis-simo loco recundatur. Et quando abluitur a sacerdote diacono vel subdiacono: primo in ecclesia in loco & vase ad hoc prepara-to abluatur: eo q̄ ex dominico corpore & sanguine infectum sit. Post hec a lauādario nitide lotio paretur. ¶ Casus prohibiti & concessi tempore generalis interdicti ecclesiastici. Capi. iij.

Isti autē sunt casus cōcessi: & ꝓhibiti tpe generalis inter-dicti: ƀm dn̄m Joannem andream de calderinis: bononiē-sem famosissimū vtriusq; iuris doctorem. ¶ Primo conferri potest baptismus cum officio cathecuminoꝝ. ¶ Item confir-matio potest conferri: & chrisma confici. ¶ Item penitētia im-poni potest: & absolui remanentibus alijs circūstantijs. ¶ Itē infirmus potest dari corpus christi in presentia astantiū. ¶ Itē corpꝰ christi pōt portari cū lumine: & campana pulsari. ¶ Itē pulsari potest campana pro predicatione: & predicari. ¶ Itē nō debet pulsari aliqua campanula pro diuino officio ad cōgre-gationem clericoꝝ. ¶ Item nō debet pulsari aliqua campana

vel campanula pro funere. ¶ Itez layci possunt pulsare cam/panam ad ostendenduz tempus horaꝝ sicut tertiam ⁊ nonã ⁊c. ¶ Item potest pulsari ad Aue maria. ¶ Item famuli sacer/dotum in ecclesia nõ collegiata possunt admitti ad diuina: nõ aũt collegiata. ¶ Item sacerdos põt mutare famuluz ⁊ aliuz reci/pere: vel etiã si ille moreref: dũtamẽ ille electus sic: nõ esset in alia ecclesia collegiatus vel intitulat⁹. ¶ Itẽ archipresbyteri rura/les qñ conficiunt baptismũ: possunt accipere presbyteros rura/les. ¶ Itẽ layci admitti possunt ad crucez adorãdam in para/sceue. ¶ Itẽ extrema vnctio non põt dari nec laycis nec cleri/cis. ¶ Item comẽdatio aiaꝝ fieri potest taz laycis q̃z clericis. ¶ Item põt fieri officiuz circa sepulturã clericoꝝ: sz nõ laycoꝝ voce submissa sine cantu: exclusis secularibus: nõ pulsatis cãpa/nis p̃sente corpore. ¶ Itẽ clerici qui sunt interdicti nõ possunt celebrare: nec layci diuina audire in ecclesia extra ciuitatẽ: nec in ciuitate interdicta: nec etiaz peregrini existentes. ¶ Itẽ mulie/ribus pregnãtibus vbi timetur de morte põt dari corpus christi. ¶ Item ecclesie possunt consecrari ⁊ recõciliari: ⁊ altaria stan/tia ⁊ viatica: ⁊ paramẽta ⁊ vasa sancta: ⁊ oratoria cõsecrari: sed tamen secrete. ¶ Item in quatuor festis priuilegiatis non põt fieri officium circa funus publice: nec clericis nec laycis: nec de/bent layci in cymiterijs sepeliri. ¶ Item in predictis quatuor festis põt alia missa priuata cantari q̃z missa de festo: dũmodo missa de festo non omittatur. ¶ Item in predictis quatuor fe/stis clerici beneficiati non possunt in alia ecclesia officiare: si autẽ non habẽt ecclesias possunt: dico tamẽ non collegiatã: dico etiaz si presbyter non careat clerico: põt etiaz in collegiata celebrare. ¶ Item in predictis quatuor festis: sequẽs completoriuz can/tari nõ potest. ¶ Item clerici diuersarum ecclesiarũ in ciuitate interdicta nõ possunt extra ecclesiaz dicere simul officium: extra ciuitatem tamen possunt: dũmodo ipsi clerici non sint interdicti. ¶ Item clerici possunt dare substitutos: seu vicarios loco sui: si ex hoc habent priuilegium vel ab hoie: vel a iure: dũmodo nõ sint officiati alibi: si autẽ alias non possunt. ¶ Item moniales: seu sorores per epm approbate: ⁊ cõfirmate nõ habẽtes ꝓprius sacerdotem determinatuz possunt alium precio conducere qui

eis missam celebret: ipsis presentibus: dummodo non sint interdicte: nec sacerdos aliam habeat ecclesiam: et talis pot eis sacramenta conferre per totum annum. ¶ Item layci interdicti non possunt extra ciuitatem cõicare: nec audire diuina: si autem non sunt interdicti: et ex speciali priuilegio ad diuina admittant: non possunt in quatuor diebus priuilegiatis cõmunicare: nec etiam clerici interdicti possunt cõmunicare: si autẽ nõ sunt interdicti: possunt. ¶ Item panis et fructus oliue: et huiusmodi possunt secrete benedici: et dari clericis: et laycis: in festis vero priuilegiatis possunt publice benedici: et dari. ¶ Item benedictio sponsorum pot fieri in die aliquo priuilegiatorum: in aliis autem non. ¶ Item nõ pot fieri aliquod officium mulieribus post partum: nisi in diebus priuilegiatis. ¶ Item fieri potest benedictio mense presentibus secularibus: cum non sit de horis canonicis: nec competat ratiõe alicuius ordinis: potest enim laycus hoc facere.

¶ Explicit quartus tractatus libri Sacerdotalis de sacramento eucharistie.

¶ Incipit Quintus tractatus prime partis libri Sacerdotalis: de sacramẽto extreme vnctionis: et ei annexis et cõsequẽtibus.

De materia: forma: ministro: effectu sacramẽti extreme vnctionis: et quibus: et qua corporis parte dari debeat: et an debeat iterari.



Extreme vnctionis sacramentum debet dari laborantibus in extremis. Et istud sacramentum inducit mũdationẽ a peccatis. Circa quod plura aduertẽda sunt. videlicet.
Materia
Forma
Minister
Effectus
Quibus dari debeat
Quibus corporis partibus an possit reiterari.

¶ Materia sacramenti extreme vnctionis: que sit. Capi. j.

Materia huius sacramenti est oleum oliuaruz: ⁊ non aliud oleuz ab episcopo prius sanctificatū ⁊ benedictū. Quod sacramentum Christus instituit: quando apostolos ad predicā/duz missos docuit oleo vngere infirmos. Marci. vj. Et beatus Jacobus in canonica sua. v. capi. dicit. Infirmat quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie: ⁊ orent super eum: vngentes eum oleo sancto. Et tale oleum vocatur oleuz infirmoꝝ: non cathe/cuminoꝝ. Unde diligenter aduertat sacerdos: ne vnum pro alio ministret: de sacra vnctione capi. vnico. Et si ex errore hoc fece/rit: debet caute suppleri per sacerdotez. de sacramentis iterādis vel non. c. j. in fine. ¶ Forma huius sacramēti que sit. Capi. ij.

Forma huius sacramenti sunt verba: que ꝓfert sacerdos: quando inungit infirmuz. s. Per istam vnctionem ⁊ suaz pijssimaz misericordiaz indulgeat tibi deus: quicquid deliquisti per visuz per auditū ⁊c̄. Et lꝫ varie sint forme huius sacri: tamē melius est vti forma sancte Romane eccl̄ie: que est mater ⁊ ma/gistra aliaꝝ eccl̄iaꝝ. ¶ Ex concilio florentino. Forma sacri ex/treme vnctionis est hec. Per istaz vnctionē ⁊ suā pijssimā mise/ricordiaz indulgeat tibi dn̄s: qcq̄d deliquisti per visum: similiter in alijs mēbris. ¶ Minister huius sacramēti: quis sit. Cap. iij.

Minister huius sacramenti est solus sacerdos: ⁊ non alius. Quod patet in predicta auctoritate sancti Jacobi ca. v. vbi ait. Inducat presbyteros ⁊c̄. xxv. distin. §. sed queritur. ⁊ ca. sequēti. Nec est de necessitate ꝙ sint plures sacerdotes presen/tes: sed vnus solus cum clerico potest sacrm̄ conferre. De ver/boꝝ signifi. c. quesiuit. Si tamen sint plures sacerdotes melius est. Et ille qui inungit debet dicere v̄ba: ⁊ ceteri rn̄dere: ⁊ assiste/re: ⁊ pro infirmo orare. ¶ De effectu huius sacramēti. Ca. iiij.

Effectus huius sacri est multiplex. ¶ Primus est conso/lidatio sp̄ualis debilitatis per peccatū inducte. Dicit eniz sanctus Thomas: ꝙ talis vnctio dicit quedam sp̄ualis sanatio: quia datur contra quādam inhabilitatē vel ineptitudinez que in nobis remanserunt ex peccato actuali vel originali: vel venialiū peccatoꝝ remissio. ¶ Secundus effectus est sanitas corpora/lis si diuina sapiētia id nouerit infirmo vtil'r expedire. ¶ Ter/

tius est qa per istud sacr̃m remittunt peccata venialia ⁊ mortalia que ignorat: vt in eadem auctoritate beati Jacobi: ⁊ si in peccatis fuerit: dimittetur ei. Jacobi. v. capi. ¶ Quartus est diminutio pene peccato mortali debite. ¶ Quintus est gratie augmẽtum: que in hoc sacr̃o confertur ⁊ augetur: nisi obex ponat: ⁊ ex consequẽti gloria. ¶ Sextus est interior letitia ⁊ robur contra demonis insidias: que potissime tũc insunt. ¶ Septimus artatio dyabolice potestatis: que non est ita potens sumpto sacramento. ¶ Octauus est ꝓtestatio decedẽtis: ꝙ ꝑmãserit in fide militãtis eccl̃ie: ex qua vadit ad eccl̃iam triũphantẽ: tanq̃ miles qui fidel̃r pugnauit. ¶ Quib⁹ dari debeat hoc sacr̃m. Capi. v.

Hoc sacr̃m dari debet solum infirmis adultis ⁊ penitẽtib⁹: qui sunt ĩfirmi in periculo mortis: ⁊ illis qui instãter petũt illud ⁊ petierunt: licet tunc nihil intelligant propter mortis anxietatem: vel frenesis: vel aliud accidens. ¶ Quibus corporis partibus debeat dari hoc sacramentum. Capi. vj.

Dandum est autẽ hoc sacr̃m in illis corporis ꝑtib⁹ ⁊ locis: per que morbus in animã intrauit. Et qa quinq̃ sensus sunt illi: ꝑ quos potissimũ hõ peccat: ideo in illis locis dãdu͡z est. ¶ Ex concilio florentino p̃dicto. Hoc sacr̃m infirmo de cuius morte timet dari dꝫ. Q̃ui vngendus est in oculis ꝓpter visum: in auribus ꝓpter auditum: in naribus ꝓpter odoratũ: in ore ꝓpter gustum vel locutionẽ: in manibus ꝓpter tactũ: in pedibus ꝓpter gressum: in renibus ꝓpter delectationẽ ibidem vigentẽ. Hec ibi. Et si quis nõ haberet oculos: vel nasu͡z: vel alia membra: inungantur loca magis ꝓpinqua dictis sensibus vel locis: que inũgi deberent. Jnunguntur etiam renes: qa in eis incentiuũ libidinis consistit. Jdeo saluator noster Luce. xij. dicit. Sint lumbi vestri precincti ⁊c̃. Non debent aũt spatule inungi: qa vncte fuerunt in baptismo. Nec manus p̃sbyteri vngẽde sunt interius s͡z exteri⁹: qa prius ab ep̃o interius inuncte fuerũt in ordinatiõe sacerdotij. Et si talis infirmus laborat in extremis cito iungat: ne inunctus decedat. di. v. c. bap. ¶ An hoc sacr̃m possit reiterari. Ca. vij.

Potest autẽ reiterari hoc sacr̃m totiens quotiens infirmus morti appropinquare vr̃. Sed in eade͡z infirmitate si fuerit longa: ⁊ timetur de periculo mortis: poterit reiterari semper.

Si vo sit infirmitas breuis: non reiterat: nisi recidiuauerit. Nec est expectãdum ad inungẽdum infirmũ vsq3 ad vltimũ: qa tunc nullum sensum vel deuotionẽ habere põt. Et debet dari ẽt illud recusantibus dũmodo sit penitẽs: ipsum ligando per manus: ⁊ pedes: ⁊ brachia: ⁊ sic inungi. Qui negligũt recipere hoc sacr̃m: vel cõtemnunt: grauiter peccant tpe interdicti eccl̃iastici hoc sacramentũ non debet cõferri. Sacerdotes curati qui renuũt aut negligunt hoc sacr̃m cõferre: nõ euadunt pctm̃ mortale. Sacerdos quolibet anno debet sacrum oleũ mutare: ⁊ vetus in eccl̃ie lampadibus ad cõburẽdu3 ponere. Et si cõtrariu3 faceret: grauiter peccaret. De ↄse. di. iiij. Si qs de alio. Et si sacrũ chrisma vel oleum cathecuminoꝝ: vel infirmoꝝ: ex vsu defecerint: debet sup̃ illa imponi oleũ non benedictũ ⁊ totum efficitur benedictu3. De ↄse. eccle. vel alta. c. qd̃ in dubijs. Sacerdos non d3 petere in collatiõe huius sacramẽti pecunia3: qa symoniacũ esset: sponte tamẽ oblatu3 potest recipere. j. q. iij. ca. vlti. Et si infirmus petierit hoc sacramẽtu3: ⁊ anteq̃ sacerdos veniat loquella3 amiserit vel notitiam: nihilominus sacerdos eum inungat. xxvj. q. v. capi. his qui. ⁊ de sen. excõ. ca. a nobis. ij. quia in tali casu etiã deberet baptizari: ⁊ a pcis absolui. De bap. ⁊ ei⁹ effec. c. maiores.

¶ Ordo ad vngẽdu3 infirmũ sm̃ Romanã curiam. Cap. viij.

Sacerdos vncturus infirmũ: in primis accipiat oleũ sctm̃: deide ordinate pcedat: dicẽdo ps. Miserere mei. vt dcm̃ est supra in cõione. Cũ aũt pueñtũ fuerit ad locũ: vbi iacet ifirm⁹: sacerdos intrãs dicat ℣. Pax huic domui. ℟. Et oĩbus habitãtibus in ea. Deide stãs añ egrotũ dicat. ℣. Adiutoriũ nr̃m in noĩe dñi. ℟. Qui fecit celũ ⁊ terrã. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris: ⁊ me indignũ: qui primu3 misericordia tua indigeo: clemẽter exaudi: ⁊ que3 nõ electione meriti: sed dono gratie tue cõstituisti huius operis ministrum: da fiduciam tui muneris exequẽdi: ⁊ ipse in nr̃o ministerio qd̃ tue virtutis est operare. Per christu3. Oremus. Oratio.

Introeat dñe Jesu christe domũ hanc sub nr̃e humilitatis ingressu eterna felicitas: diuina prosperitas: serena letitia: charitas fructuosa: sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonũ: adsint angeli pacis: domũq3 hãc deserat effuga-

ta discordia. Magnifica dñe super nos nomen sanctũ tuũ: ⁊ be✠ne✠ dic nr̃e ↄuersationi: ſcifica nr̃e humilitatis igreſſuʒ: q̄ ſcũs ⁊ pius es: ⁊ ꝑmanes cũ p̄re ⁊ ſpũ ſcõ i ſcl'a ſcl'oꝝ. ℟. Amẽ. Oro.

Oremus ⁊ deprecemur dñm nr̃m ieſum chriſtũ: vt bñdicẽdo bene✠dicat hoc tabernaculuʒ: ⁊ oẽs habitãtes in eo: ⁊ det eis angeluʒ bonũ cuſtodẽ: ⁊ faciat eos ſibi ſeruire ad ↄſiderandum mirabilia de lege ſua: auertat ab eis oẽs ↄ̃rias ptãtes: eripiat eos ab oĩ formidine: ⁊ ab oĩ perturbatione: ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire digneẛ. Qui cũ patre ⁊ ſpũ ſctõ viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoruʒ. Amen. Deinde dicat hanc orationem.

Exaudi nos dñe ſancte pater oṗs eterne deus: ⁊ mittere digneris ſanctũ angelum tuũ de celis: qui cuſtodiat: foueat: protegat: viſitet: atq3 defendat oẽs habitãtes in hoc habitaculo. Per chr̃m dñm noſtrũ. ℟. Amen. Et ponaẛ imago crucifixi ante oculos infirmi: vt eam poſſit reſpicere. Deinde in modum crucis aſpergat egrotum aqua benedicta: poſtea domuʒ dicẽdo añã. Aſperges me dñe. cũ. ℣. Miſerere. ⁊ Gloria p̄ri. ⁊ Sicut erat. Et repetitur añã. Aſperges. vt ſupra. Deinde immediate faciat egrotꝰ ↄfeſſionẽ: ⁊ dicat Confiteor. Quo dicto ſacerdos dicat.

Dominus noſter Jeſus chriſtus te abſoluat. Et ego abſoluo te ab oĩ vinculo excõicationis maioris: ſiue mioris: ſuſpẽſionis: vel interdicti: ⁊ ab oibus peccatis tuis: ⁊ reſtituo te vnitati: ⁊ cõioni ſancte mr̃is eccl'ie abſolutũ. Jn noie p̄ris: ⁊ filij: ⁊ ſpũs ſancti. Amẽ. Et tunc omnes clerici aſtantes dicant legẽdo ſeptẽ pſalmos penitẽtiales. Dum aũt pſalmi dicunẛ: vel cũ dicti fuerint: ſacerdos intincto pollice in oleo ſcõ dicat abſolute.

In noie pa✠tris: ⁊ fi✠lij: ⁊ ſpũs✠ ſancti extinguaẛ in te oĩs virtus diaboli: per impoſitionẽ manuũ noſtraꝝ: imo ꝑ inuocationẽ omniũ ſanctoꝝ angeloꝝ: archangeloꝝ: patriarcharum: prophetarũ: apoſtoloꝝ: martyrũ: cõfeſſoꝝ: virginum: atq3 oĩum ſimul ſanctoꝝ. ℟. Amen. Quo dicto: faciat ſignũ crucis de oleo ſancto in corpore egri in ſeptem locis ſubſcriptis: ad vnãquãq3 crucem: propriam orationem dicendo. Ad oculos.

Per iſtam ſanctã vn✠ctionẽ: ⁊ ſuam pijſſimaʒ miſericordiaʒ: parcat tibi dñs: q̄cq̄d deliqſti per viſum. ℟. Amen. Miniſter vo tergat locum inunctũ cũ ſtuppa: reponens eam in

vase mundo: et sic faciat post quamlibet vnctionem. Ad aures.

Per istã sanctã vn✠ctionẽ: et suã pijssimã misericordiã: parcat tibi dñs: qcqd deliquisti per auditũ. ℟. Amen. Ad nares.

Per istã sanctã vn✠ctionẽ: et suã pijssimã misericordiã: parcat tibi dñs: qcqd deliquisti per odoratũ. ℟. Amen. Ad labia.

Per istam sanctam vn✠ctionẽ: et suã pijssimã misericordiam: parcat tibi dominus: quicquid deliquisti per gustum et locutionem. ℟. Amen. Ad manus.

Per istã sanctã vn✠ctionẽ: et suã pijssimã misericordiã: parcat tibi dñs: qcqd deliquisti per tactuz. ℟. Amen. Ad pedes.

Per istã sanctã vn✠ctionẽ: et suã pijssimã misericordiã: parcat tibi dñs: qcqd deliquisti per gressum. ℟. Amen. Ad lumbos.

Per istam sanctam vn✠ctionem: et suam pijssimaz misericordiam: parcat tibi dominus: quicquid lumborum delectatiõe deliquisti. ℟. Amen. Postea dicat sacerdos.

Vnxi te oleo sancto in nomine patris: et filij: et spiritus sancti. Et non lateat in te imundus spiritus: et dolor siue insanabilis langor: neqz in membris tuis: neqz in medullis: neqz in compaginibus membrorũ tuorũ: sed virtus christi altissimi in te corroboret. Quoniaz sicut vnxit samuel: dauid in regez ꝓphetã olei operatiõe: omnipotẽtis virtute: sic suo sancto medicamine te vnxi: quatenus per huius mysterij operationez: et per hanc sacrati olei vnctionem: atqz nostram deprecationem: virtute sancte trinitatis medicatus: atqz refectus: pristinam ac melioratam recipere merearis sanitatem a domino omnipotente. Qui viuit et regnat deus in secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

Per istam sanctam vnctionẽ: et per dei virtutem: et per mysterij nostri benedictionez: sanctificent ab omni sorde peccati: manus et os: cor quoqz ac sensus: visus: auditus: gustus: tactus: et odoratus: ac totum corpus tuũ: et anima tua: et idoneus efficiaris ad inuocandum atqz sanctificãduz deum et benedicendum nomen eius. Reddat tibi dñs letitiaz salutaris sui: et spiritu principali cõfirmet te: et spũm sanctũ inouet in visceribus tuis: et ne auferat illum a te. Sed benedictio dei prĩs: et filij: et spũs scti: descendat super te: copiosaqz sup caput tuum defluat: et in extrema corporis tui descendat. Interius exteriusqz te repleat: atqz

circundet: et sit semper tecum. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

SAnet te deus pater omnipotens: qui te creauit. Sanet te iesus christus: qui pro te passus est in cruce. Sanet te spiritus sanctus: qui tibi in baptismo infusus est. Sancta trinitas vnus deus gratiam suam ad perfectum salutis anime et corporis in te augeat: et ab omni malo te liberet: ac in bono iugiter conseruet. Qui viuit et regnat deus in secula seculorum. Amen. Quibus omnibus pactis: et a clericis psalmis et letanijs lectis sacerdos dicat.

Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. ℣. Pater noster. sub silentio. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine deus qui per Apostolum tuum locutus es: infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie: et orent super eum: vngentes eum oleo sancto in nomine domini: et oratio fidei saluabit infirmum: et alleuiabit eum dominus: et si in peccatis sit: dimittentur ei: cura quesumus redemptor noster gratia spiritus sancti langores istius infirmi: et sua sana vulnera: eiusque dimitte peccata: atque dolores cunctos cordis et corporis ab eo expelle: plenamque ei interius exteriusque sanitatem misericorditer redde: vt ope misericordie tue restitutus: ad pristina reparetur officia. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Alia oratio.

REspice quesumus domine famulum tuum in infirmitate sui corporis fatiscentem: et animam refoue quam creasti: vt castigationibus emendatus se sentiat tua medicina saluatum. Per christum dominum nostrum. Oratio.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus: qui benedictionis tue gratiam infundendo corporibus: facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationem tui nominis benignus assiste: vt famulum tuum. N. ab egritudine liberatum et sanitati donatum: dextera tua erigas: virtute confirmes: potestate tuearis atque ecclesie tue sanctisque altaribus tuis cum omni desiderata prosperitate restituas. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

Ordo vngendi infirmũ ſm vſum patriarchinum.

Dominus Jeſus chriſtus apud te ſit: vt te defendat: intra te ſit: vt te reficiat: circa te ſit: vt te conſeruet: ante te ſit: vt te deducat: poſt te ſit: vt te cuſtodiat: ſuper te ſit: vt te benedicat. Qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Poſtea ſtuppa proijciat in ignem. His omnibus peractis reuertantur ad eccleſiam: ⁊ crux remaneat coram infirmo.

Ordo vngendi infirmũ ſm vſum patriarchatus venetiarũ.

Sacerdos accedere volens ad vngendũ infirmũ: ſumpto ſuppellicco: ⁊ ſtolla: ⁊ libello cũ miniſtro ad infirmũ accedat. Et ibidẽ ſuppelliceo ⁊ ſtolla parat⁹ accedẽs ad lectũ infirmi: dicat. Pax huic domui: ⁊ oĩbus habitãtib⁹ in eã. Et aſpergat infirmũ: ⁊ thalamũ: ⁊ aſtantes: aqua benedicta. Quo facto paucis verbis infirmũ cõſolet: ⁊ hortetur: ad hñdaz ſpẽ ⁊ fiduciã in dño deo. Et poſtea dicat. Dñs vobiſcũ. Oremus. Oratio.

Omnipotens ⁊ miſericors deus imenſam pietatem tuam humiliter imploramus: vt ad introitum humilitatis noſtre in tuo nomine hũnc famulũm tuũm. N. in hoc habitaculo iacẽtem feſſũm ſalutifere viſitare digneris: ſicut viſitaſti thobiam ⁊ ſarram ſocrum petri: puerũq; centurionis: atq; eũm reſtituas priſtine ſanitati anime ⁊ corporis: vt recepta ipſa priſtina ſanitate: gratiarum tibi in eccleſia tua referat actionem. Per chriſtum dñm noſtrũ. ℟. Amẽ. Deinde ſacerdos intingens pollicem in oleo ſancto infirmorũ: vngat caput infirmi in modũ crucis: dicẽs.

Vngo caput tuũ oleo ſanctificato: Jn nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ ſpũs ✠ ſctĩ: vt more militis vncti p̃parat⁹ ad luctamẽ: poſſis aereas ſupare cateruas. p chĩz. d. n. ℟. Amẽ. Et extergat ſtuppa loc⁹ inunct⁹: ⁊ põat i vaſe mũdo. Ad oclos.

Vngo oculos tuos oleo ſctificato: Jn nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ ſpũs ✠ ſci: vt qcqd de illicito viſuz deliquiſti: huius olei vnctione expietur. p chĩz. d. n. ℟. Amẽ. Ad aures.

Vngo has aures ſacrati olei liquore: Jn noĩe pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt quicquid delectatione nociui auditus admiſſum eſt: medicina ſpirituali euacuetur. Per chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Ad nares.

Vngo has nares oleo ſacrato: Jn nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt quicquid noxio vapore cõ-

fractum est ab odore superfluo: ista emendet vnctio vel medi/catio. Per christum dominũ nostrũ. ℟. Amen. ¶ Ad labia.

O Ngo labia ista consecrati olei medicamento: In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid gustu superfluo ⁊ inordinato: vel ociosa vel criminosa peccasti locu/tione diuina clementia miserante: hac vnctione expurget. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad pectus.

O Ngo pectus tuum de oleo sancto: vt hac vnctione prote ctus: fortiter stare valeas aduersus aereas cateruas. In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti: sit hec vnctio olei sanctificati ad purificationem mentis ⁊ corporis. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad scapulas.

O Ngo has scapulas: siue in medio scapularuꝫ oleo sacro: In nomie pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti: vt ex oĩ parte spirituali protectiõe munitus: vada dyabolici impetus vi/riliter cõtemnere: ac procul possis cũ robore superni iuuaminis repellere. Per christuꝫ dñm nostrũ. ℟. Amẽ. ¶ Ad manus.

O Ngo has manus oleo sanctificato: In nomie pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid illicito vel noxio tactu vel opere peregerunt: per hanc vnctionem euacuet. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad pedes.

O Ngo hos pedes oleo benedicto: In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid superfluo vel no/ciuo incessu cõmiserunt: ista aboleat vnctio vel medicatio. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio super infirmum inunctum.

BEne ✠ dictio dei omnipotẽtis cũ angelis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio domini nostri Jesu christi cum apostolis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio spiritus sancti cum septem donis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sancte ecclesie catholice cuꝫ filijs suis electis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sancte marie v̄ginis matris domini nostri Jesu christi: cum filiabus suis sanctis: sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sancti Petri principis apostolorum: ⁊ omniū apostolorum: sit super te. ℟. Amen.
Bene ✠ dictio quatuor euangelistaꝝ christi: cū quatuor euangelijs: ⁊ quatuor passionibus christi: sit super te. ℟. Amen.
Bene ✠ dictio sancte crucis christi: cum virtute altissimi: sit super te. ℟. Amen.
Bene ✠ dic domine famulū tuū sicut bene ✠ dixisti adam: per passionem filij tui domini nostri Jesu christi. ℟. Amen.
Bene ✠ dic domine famulū tuū: sicut bene ✠ dixisti noe: ⁊ filios eius post diluuium. ℟. Amen.
Bene ✠ dic domine famulū tuū: sicut bene ✠ dixisti habraā propter fidem suam. ℟. Amen.
Bene ✠ dic domine famulū tuū: sicut bene ✠ dixisti moysen per decē verba legis: que dedisti ei in monte synai. ℟. Amen.
Bene ✠ dic dñe famulū tuū: sicut bene ✠ dixisti dauid: ꝑpter eiꝰ deuotionē ad te: ⁊ ꝑpter fortitudinē manuū suaꝝ. ℟. Amē.
Bene ✠ dictio omniū gentiū celestium sit sup te. ℟. Amen.
Fiant merita ⁊ orationes omnium sanctorum tecum in diebus ⁊ noctibus: in verbo ⁊ facto: in cogitatione: ⁊ omni tempore cōmendo te sub potestate sanctissime trinitatis. ℟. Amen.
Illuminet faciem tuā super te dñs: ⁊ misereat̃ tui. ℟. Amen.
Conuertat dominus vultum suum ad te: ⁊ det tibi pacem. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.
In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti: accipe sanitatem mentis ⁊ corporis. ℟. Amen.
Hec vnctio per istud signū sctē cru ✠ cis: ⁊ ꝑ oleū scti ✠ ficatū: ⁊ ꝑ donū scti ✠ spūs fiat tibi ad sanitatē ⁊ sempiternā salutē. ℟. Amē. Deinde dicat sacerdos. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

Domine iesu christe qui es saluatio: ⁊ redēptio nostra: qui es vera salus: ⁊ medicina: ⁊ a quo oīs sanitas ⁊ medicamentū venit: qui apostoli tui voce institutis: vt languidos olei liquore tangētes vngamus: postulamus misericordiā tue pietatis: ⁊ quesumus vt respicias ꝑpitius sup hūc famulū tuū ab illa summitate celoꝝ: vt quē languor curuat ad exitū: ⁊ viriū cōtractio pertrahit ad occasū: medella tue grē saluti restituat castigatū. Extingue in eo libidinū ⁊ febrium actus egritudinum ⁊

cupiditatum

cupiditatum tormenta: dissolue superbie inflationem: tumoremq; compesce: vlcera et putredines vitiorum euacua: viscerum interna: cordiumq; ac medularum et cogitationum sana discrimina: conscientiarum atq; plagarum abducito cicatrices: physicis: et phantasmaticis adesto periculis: veteresq; atq; imensas remoue passiones: opera carnis sanguinisq; materiam compone: ac delictorum illi veniam propitiatius attribue: sicq; illum iugiter custodiat pietas tua: vt nec ad corruptionem aliquando sanitas: nec ad perditionem te auxiliante perducat infirmitas: fiatq; illi hec olei sacra perunctio: concita morbi presentis expulsio: et peccatorum omnium optata remissio: te concedente saluator mundi: qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. ℞. Amen.

PRopitietur dominus cunctis iniquitatibus huius infirmi: et sanet omnes langores illius: redimatq; de interitu perpetue mortis vitam eius: et corroboret et saciet in bonis omnibus desiderium ipsius. Qui viuit et regnat in secula seculorum. ℞. Amen.

Concede nobis domine famulis tuis: vt orantes cum fiducia dicamus. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo.

Libera nos quesumus domine ab omni malo: et custodi nos semper in omni opere bono Jesu christe auctor omnium bonorum.

¶ Benedictio cinerum in quibus ponendus est infirmus moriens: et cilicij quo cadauer defuncti est inuoluendum. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℞. Qui fecit celum et terram. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum. Oremus. Oratio.

DEus qui non mortem sed penitentiam desideras peccatorum: fragilitatem conditionis humane benignissime respice: et hos cineres: quos causa proferende humilitatis: atq; promerende venie: cilitium quoq;: quod indutus est famulus tuus: eidem imponi decreuimus: bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt qui se cinerem esse ob prauitatis sue meritum: et in puluerem reuersurum se cognoscit peccatorum omnium veniam: et premia penitentibus repromissa a te misericorditer consequi mereatur. Per christum dominum nostrum. Exorcismus cineris.

EXorcizo te cinis: in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis: et in nomine iesu ✠ christi filij eius: et spiritus ✠ sancti: qui te per ignem in fauillam conuerti precepit: vt sicut iussione dei per sanctum famulum suum moysen cinis vitule in populo aspersus: omnem congregatio-

P

nem sanctificauit israel: ita et tu exorcizatus in nomine sancte trinitatis: et in terra et cilitio aspersus in famulos dei non lateat dyabolus: sed manifestetur atque expellatur: ut purus et sincerus inveniatur. Per eundem dominum nostrum Jesum christum: qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. ¶ Item benedictio cilitij.

Bene ✠ dic domine hoc cilitium quod famulus tuus pro humilitatis et penitudinis sue devotione indui appetit: ut sicut niniuitarum populo in cinere et cilitio penitenti pepercisti: ita et famulus tuus humiliationis et professionis sue hoc indutus vestimento: a te creatore suo omnium percipiat incrementa virtutum: et cunctorum indulgentiam consequatur delictorum. Tunc aspersis cineribus a cilitio aqua benedicta: imponat utrumque super infirmum vel etiam defunctum: et dicat sequentem orationem. Oremus. Oratio.

Induat te dominus vestimento salutis: et qui nobis ut humilitatis ostenderet formam vilibus voluit indui pannis in presepio: ipse te faciat corde contrito et humiliato sibi assistere: ut sicut habitum hunc abiectionis te fecit extrinsecus induere: ita ipse vestimento immortalitatis et stolla iocunditatis te intrinsecus induat. Per eundem dominum nostrum Jesum christum filium dei: qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus in secula seculorum. ℟. Amen. Tunc super infirmum sacerdos cineres aspergat: et cilitium super eum ponat. Si autem iam mortuus fuerit: similiter eum aspergat et cilitium eum induat.

¶ De oratione facienda in visitatione infirmorum. Capi. iij.

Cum sacerdos aliquam personam infirmam decumbentem visitaverit: et aliquam orationem super eam facere voluerit: poterit uti forma infrascripta. vz. ¶ Primo intrans domum vel cameram infirmi dicat. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et accedens ad lectulum infirmi: eum dulciter salutet: ad patientiam hortetur: et aliqua verba sancta pro ipsius exhortatione et consolatione dicat. Et quia infirmitas corporalis frequentius evenit propter infirmitatem spiritualem: ut in ca. cum infirmitas. de peni. et remiss. hortetur eum ut si cito velit sanari ab infirmitate: etiam si infirmitas non sit multum gravis: integram et veram confessionem faciat de omnibus peccatis suis. Postmodum sacerdos dicat. Carissime si dominus vobis prestare dignabitur sanitatem: nonne proponitis decetero pro viribus et peccatis caue-

re: et eius mādata pro posse seruare. Quo promittente: dicat sacerdos. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Introeat quesumus dñe iesu christe domū hanc sub nostre humilitatis ingressu eterna felicitas: diuina prosperitas: serena letitia: charitas fructuosa: sanitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus demonū: adsint angeli pacis: domūq3 hāc deserat effugata discordia. Magnifica dñe super nos nomen sanctuz tuū: bene ✠ dic cōuersationi nostre: sanctifica nostre humilitatis ingressuz: qui sanctus et pius es: et pmanes cū patre et spiritu sancto in secula seculorum amen. ps. Dñe ne in furore tuo. j. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti euangelij sm Mattheuz. ℟. Gloria tibi dñe. Dum sacerdos dicit. Sequentia sancti: signum crucis faciat sup se in fronte: sup os: et sup pectus: et similiter super infirmū: maxime si fuerit masculus: si vo femina fuerit: duz sacerdos se signat: p semetipsam in locis predictis se signet: hoc idem in sequētibus euangelijs obseruet.

In illo tpe. Cum introisset iesus capharnaum: accessit ad eum centurio rogans euz: et dicēs. Domine puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eū. Et rñdens centurio: ait. Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meū: sed tantū dic verbo: et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate cōstitutus habens sub me milites. Et dico huic vade et vadit: et alio veni et venit: et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autē iesus miratus est: et sequētibus se dixit. Amen dico vobis: nō inueni tantā fidem in israel. Dico autez vobis: q multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum habraā et isaac et iacob in regno celorum. Filij autem regni eijcient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentiuz. Et dixit iesus centurioni. Uade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer eius ex illa hora. Oremus. Oratio.

Domine sancte: pater oipotens: eterne deus qui bñdictionis tue gratiam egeris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationē nominis tui benignus assiste: vt famulum tuum ab egritudine liberatum et sanitati donatum dextera tua erigas: virtute confirmes: potestate

tuearis: atqz ecclesie tue sancte cũ oĩ desiderata ꝓsperitate resti/tuas. Per chriz dñm no. ℟. Amẽ. ℣. Conserua me dñe. Dñs vobiscũ. Sequẽtia scti euãgelij sm Marcũ. ℟. Gl'ia tibi dñe.

In illo tpe: Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis iesus: ⁊ exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ ⁊ duritiam cor/dis: qa his qui viderant eũ resurrexisse nõ crediderant. Et dixit eis. Euntes in mũdum vniuersuz p̄dicate euãgeliuz oĩ creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluus erit. Qui v̄o nõ credi/derit: cõdemnabit. Signa aũt eos qui crediderint hec sequent. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquent nouis: serpẽ/tes tollent. Et si mortiferuz quid biberint nõ eos nocebit. Sup egros manus imponet ⁊ bene habebunt. Et dominus quidem Jesus postq̄ȝ locutus est eis assumptus est in celum: ⁊ sedet a dextris dei. Illi aũt profecti predicauerũt vbiqz: dño cooperãte ⁊ sermonẽ confirmante sequentibus signis. Oremus. Oratio.

Virtutum celestiũ deus qui ab humanis corporibus oẽm langorẽ ⁊ oẽm infirmitatem precepti tui potestate depel/lis: adesto propitius huic famulo tuo: vt fugatis infirmitatibus ⁊ viribus receptis: nomen sanctuz tuum instaurata protinus sa/nitate benedicat. Per christum dominuz nostrum. ℟. Amen. Psalmus. Exaudiat te dominus. Dominus vobiscũ. ⁊c. Se/quentia sancti Euangelij sm Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tpe: Surgens Jesus de synagoga introiuit in do/mo simonis. Socrus autez simonis tenebatur magnis fe/bribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam impe/rauit febri: ⁊ dimisit illaz. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset: omnes qui habebant infirmos va/rijs languoribns ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: qui fragi/litatẽ humane cõditionis infusa virtutis tue dignatiõe cõ/firmas: vt salutaribus remedijs corpora nr̃a ⁊ mentes vegetent sup hunc famuluz tuum ꝓpiti⁹ intẽde: vt oĩ necessitate corporee infirmitatis exclusa grã in eo pristine sanitatis ꝑfecta reparet. Per chriz ⁊c. ℣. Inclina dñe aurem tuaz. Dominus vobiscuz. Sequentia sancti euangelij sm Johannem. ℟. Gloria tibi dñe.

In illo tpe. Erat dies festus iudeoꝝ: ⁊ ascendit iesus hierosolymã. Est aũt hierosolymis ꝓbatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida: quinqꝫ porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentiũ: cecoꝝ: claudoꝝ: aridoꝝ: expectantiuꝫ aque motum. Angelus autẽ domini ẜm tempus descendebat in piscinam: ⁊ mouebat aqua. Et qui prior descendebat in piscinam post motionẽ aque: sanus fiebat a quacũqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidam homo ibi triginta ⁊ octo annos habẽs in infirmitate sua. Hunc cuꝫ vidisset iesus iacentẽ ⁊ cognouisset: quia multuꝫ iam tempus haberet: dixit ei. Uis sanus fieri? Rñdit ei languidus. Dñe hoiem nõ habeo vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum venio enim ego: alius ante me descẽdit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatũ tuũ: ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo: ⁊ sustulit grabatum suum ⁊ ambulabat. Erat autem sabbatum in die illa. Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatuꝫ est: nõ licet tibi tollere grabatum tuũ. Respondit eis. Qui me sanum fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuũ ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eũ: quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum: ⁊ ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit euꝫ iesus in templo ⁊ dixit illi. Ecce sanus factus es iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Oremus. Oratio.

Respice domine famuluꝫ tuum in infirmitate sui corporis laborantem: ⁊ animam refoue quam creasti: vt castigationibus emẽdata: cõtinuo se sentiat tua medicina saluatam. Per christuꝫ. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in ꝓtectiõe. Aña.

Media vita in morte sumus quẽ querimus adiutorẽ nisi te dñe: qui pro peccatis nostris iuste irasceris: sancte deus: sancte fortis: sancte ⁊ misericors saluator amare morti ne tradas nos. ℣. Ne proiicias nos in tpe senectutis: cũ defecerit virtus nostra ne derelinquas nos dñe. Sancte deus. ℣. Muro tuo inexpugnabili circũcinge nos dñe: ⁊ armis tue potẽtie ꝓtege nos semꝑ deus nr̃. Sancte deus. ℣. Aspice dñe de sede sancta tua ⁊ cogita de nobis: inclina deus meus aurẽ tuam ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide tribulationẽ nostrã. Sancte deus. Gloria patri. Sancte deus. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. ℣. Miserere mei dñe quoniã infirmus sum. ℟. Sana

me dñe quoniã conturbata sunt omnia ossa mea. ℣. Post partũ virgo inuiolata permãsisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Angelis suis deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in oĩbus viis tuis. ℣. Saluũ fac seruũ tuum. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. ℟. Et de syon tuere eum. ℣. Nihil pficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobis. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus infirmitatem famuli tui propitius respice: atq; ad protegendum eum dexterã tue maiestatis extende. Oratio.

Concede hunc famulũ tuum q̃s dñe de⁹ ppetua mentis ꝛ corporis sanitate gaudere: ꝛ gl'iosa beate marie semp v̄ginis intercessione p̄nti liberari tristitia: ꝛ eterna perfrui letitia. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominũq; dispensas: concede propitius: vt quibus tibi ministrãtibus in celo semp assistitur: ab his in terra vita nr̃a muniat. Oratio.

Deus q facture tue semp pio dñaris affectu: inclina aurem tuã supplicationib⁹ nr̃is ꝛ famulũ tuum ex aduersa valitudine sui corporis laborantẽ placatus respice: ꝛ visita in salutari tuo: ꝛ celestis grẽ p̄sta ei medicinã. Per dñm nr̃m iesũ christũ filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate eiusdem. ℟. Amen.

Completa vltima oratione sacerdos vtrãq; manum ponat sup caput infirmi: ꝛ dicat orationem de beato Uincentio: videlicet.

Super egros manus imponet ꝛ bene habebunt. Jesus Marie filius mundi salus ꝛ dominus meritis beati Uincentij confessoris sui sit tibi clemens ꝛ propitius. Amen. Postea dicat. Initium sancti Euangelij secundum Joannem.

In principio erat verbum. Et verbum erat apud deum: ꝛ deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Omnia per ipsũ facta sunt: ꝛ sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est: in ipso vita erat. Et vita erat lux hoium: ꝛ lux in tenebris lucet ꝛ tenebre eam non cõprehẽderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Joãnes. Hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ perhiberet de lumine: vt oẽs crederent per illũ. Non erat ille lux: sed vt testimoniũ phiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat oẽm hoiem venientẽ in hunc mũdũ. In mundo erat: ꝛ mũdus

per ipsum factus est: ⁊ mundus eum nō cognouit. In ꝓpria venit: ⁊ sui euz nō receperunt. Quotquot aūt receperunt euz: dedit eis potestatē filios dei fieri: his qui credunt in noīe eius. Qui nō ex sanguinibus: neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex volūtate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis: ⁊ vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie ⁊ veritatis. Postea subiungat dicens.

Dominus iesus christus apud te sit: vt te defendat: intra te sit: vt te conseruet: ante te sit: vt te ducat: post te sit: vt te custodiat: super te sit: vt te bene ✠ dicat: qui cum patre ⁊ spiritu sancto in vnitate perfecta: viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ amē. Benedictio dei omnipotentis: pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti descendat super te: ⁊ maneat semper. ℟. Amen. Predicta oratio super infirmos pōt abbreuiari ad libitum. ¶ De petitionibus faciendis infirmo morienti valde vtilibus. Capi. iiij.

Solent frequenter a personis secularibus ex deuotione aduocari sacerdotes: vt assistant moriētibus. Ideoqꝫ taliter aduocati: poterunt in tali tempore infrascriptaꝫ formā seruare: vel aliaꝫ: vt eis visum fuerit. Et primo ingredientes cameraꝫ infirmi dicant. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Postea accedentes ad infirmuꝫ: eum dulciter salutent: ⁊ cōsolent. Et si viderint eū morti ꝓximū: si tamen adhuc sit capax rationis hortentur ad plenaꝫ subiectionem suiipsius: diuine bonitati ⁊ voluntati. Et cum viderint euꝫ paratum ad moriendū: sacerdos petat ab eo infrascriptas petitiones per ordineꝫ: morose ⁊ distincte: vt eas infirmus pcipere possit, vꝫ. Sacerdos. Credis tu oēs articulos fidei: ⁊ totā sacrā scripturam ꝺm expositionem sanctoꝝ doctoruꝫ ⁊ catholicorum. Respondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Detestaris tu: ⁊ reprobas omnes hereses: ⁊ superstitiones: a sancta matre ecclesia catholica dānatas: ⁊ reprobatas? Rn̄deat infirmus. Reprobo. Sacerdos. Gaudes mori in fide dn̄i nostri iesu christ? Respondeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos. Cognoscis te multuꝫ offendisse dominū deum creatoreꝫ tuum: a quo tanta beneficia recepisti: ⁊ a quo habes quicquid boni habes? Respondeat infirmus. Cognosco. Sacerdos. Doles ex corde de omni offen/

sa contra dominū deuꝫ: teipsum: ⁊ proximū tuum: qualitercūqꝫ
cōmissa? Respōdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de
omni negligētia: ⁊ omissione bene operandi: ⁊ de cōtemptu gra-
tiarū a domino deo tibi datarū? Respondeat infirmus. Doleo.
Sacerdos. Doles de hoc nō timore mortis: vel cuiuscūqꝫ pe-
ne: sed soluꝫ ex cōsideratione offense diuine bonitatis: quā offen-
disti? Respondeat infirmus. Ita doleo. Sacerdos. Deside-
ras recordari omniuꝫ peccatoꝝ tuoꝝ oblitoꝝ: vt de ipsis habere
possis specialem cōtritionem: ⁊ dolorem: ⁊ penitētiaꝫ? Respon-
deat infirmus. Desidero. Sacerdos. Proponis de cetero: si
deo placuerit te de hac egritudine sanare: deinceps toto tempo
re vite tue cauere a peccatis mortalibus: ⁊ vitaꝫ tuam mutare: ⁊
potius qdcūqꝫ damnū tēporale: ⁊ corporalem mortē sustinere:
ꝙ̄ de cetero deuꝫ per peccatū mortale offendere? Respondeat
infirmus. Propono. Sacerdos. Roga deuꝫ: vt te in hoc san-
cto proposito cōseruet. Respondeat infirmus. Rogo. Sacer-
dos. Parcis oibꝰ inimicis tuis: qui verbo vel facto tibi vel tuis
in aliquo nocuerunt: amore domini dei tui: a quo etiā tu veniam
tuoꝝ peccatoꝝ petis: ⁊ hoc non solum verbo: sed corde: ⁊ firma
volūtate? Respondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Uis oīa
integre restituere illis: a quibus acquisiuisses: recepisses: vel ha-
buisses: per te vel per alios iniuste: ⁊ indebito modo: ⁊ per hoc
totam facultatē tuam: si aliter satisfacere non posses: exponere:
⁊ eidem renunciare? Respondeat infirmus. Uolo: ⁊ paratus
sum. Sacerdos. Credis nō ꝓpriis meritis: sed passionis do-
mini nostri iesu christi virtute ⁊ merito ad gloriam peruenire?
Respondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ dn̄s no-
ster iesus christus pro nostra salute mortuus sit: ⁊ ꝙ ex propriis
meritis: vel alio modo nullus possit saluari: nisi ī merito passio-
nis eius? Respōdeat infirmus. Credo. Sacerdos. Redde ei
gratias toto corde: quātuꝫ potes: ⁊ te ipsius passioni recōmēda:
⁊ ipsaꝫ corde cogita: ⁊ ore: quātum potes noīa? Respondeat in-
firmus. Reddo. Sacerdos. Doles ꝙ nō potes recordari de
oibus peccatis tuis: quibus dominuꝫ deū offendisti: in quo cūqꝫ
loco: ⁊ cū qualicūqꝫ persona: que si recordareris: confitereris in-
tegraliter? Respondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles:

ꝙ postq̄ꝫ veniam de peccatis tuis a domino deo consecutus es: recidiuās reuersus es ad eadeꝫ: vel similia: vel maiora peccata? Respondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Si occurrerit tibi dyabolus ei semper appone merita passionis christi. Respondeat infirmus. Apponaꝫ. Sacerdos. Si te tentauerit de fide: dicas te omnia credere: ⁊ confiteri: que credit: ⁊ cōfitetur sancta catholica ⁊ apostolica ecclesia. Respondeat infirmus. Dicam. Sacerdos. Si dominus deus voluerit te ꝺm tua peccata iudicare: dicas. Domine deus ego pono mortem domini mei Jesu christi inter me ⁊ iudicium tuum: ⁊ q̄uis meruerim eternaꝫ mortem propter peccata mea: interpono tamen meritum passionis eiusdem loco meriti: quod ego miser deberem habere: ⁊ non habeo. Jtem domine pono eandem passionem ⁊ mortem domini mei Jesu christi inter me ⁊ iram tuam: ⁊ in manus tuas domine cōmendo spiritum meū. Respondeat infirmus. Dicam. Non erit disperandum: vel dubitandum de salute illius: qui suprapositas petitiones corde crediderit: ⁊ ore confessus fuerit. Finitis predictis petitionibus: cum ceperit in agone mortis infirmus certare: poterunt legi infraposite passiones: omnes: vel alique: ipsarum: sicut necesse fuerit: ⁊ etiam repeti. Et cum viderint infirmum signis euidentibus morti proximum: intermittentes passiones: faciant recommendationem anime: vt infra fol. 120. Prius tamen infirmus facere debet sequentes protestationes.

¶ He protestationes morientium reuelate fuerunt cuidaꝫ religioso viro ad hunc finem: quia multi in extremis laborantes: etiam post sacramentalem confessionem: inciderunt ex dyabolica tentatiōe in baratrū desperationis. Reuelatūq̄ꝫ ē: ꝙ nullus qui ex corde talia que sequūtur: fuerit ꝓtestatus dānari poterit.

¶ De protestationibus faciendis a moriente. Capi. v.

¶ Prima protestatio.

In noīe sanctissime trinitatis: ⁊ patris: ⁊ filij: ⁊ spūs sancti. Ego. N. ꝓtestor corā te sctissime angele dei: diuina pietate ex vtero matris mihi deputatū: ⁊ corā te p̄re meo. N. ⁊ coram oībus vobis circūstātibꝰ: ꝙ in ea vera fide catholica: quā sancta Romana ⁊ ap̄lica profitet̄ ecclesia: ⁊ in qua oēs decesserunt sancti: mori desidero: ⁊ volo. Nec ad momentum temporis diutius

viuere affectato: nisi quãtuz diuine placuerit pietati: cui in omni-
bus cõformiter meã subijcio volũtatem. ¶ Scđa protestatio.
¶ Item protestor: q̄ sub tua angelica ꝓtectione: ⁊ adiutorio di-
uine gratie discedam: ⁊ sic mori intẽdo absq3 omni desperatione
⁊ fidei dubitatiõe: ita q̄ neq3 magnitudo: nec numerositas meo-
rum peccaminũ: in baratrũ desperationis me imergere debent:
cum sciam: ⁊ veraciter credam: vnam deifici sui sanguinis guttã
in ara crucis effusaz: sufficisse in redemptionẽ totius humani ge-
neris: si ita placitũ fuisset diuine pietati. ¶ Tertia protestatio.
¶ Protestor q̄ in casu: vbi ex pusillanimitate spiritus propter
tremendum diuinũ iudicium: cui astare habeo: aut demonis ten-
tatione: seu debilitate rationis (qđ deus auertat) aliquã incide-
rem desperationez: aut fidei dubitationem: hoc ipsum pro nunc
sana mente existens: reuoco: casso: ⁊ pro nõ tali facto habere vo-
lo: eo q̄ nõ aio sano ⁊ deliberato hoc ipsum eueniet: submittens
me totaliter diuine pietati. ¶ Quarta protestatio.
¶ Protestor etiaz: q̄ cũ diuina misericordia nulli peccatori cõ-
trito ⁊ confesso: remissionẽ suoꝝ peccaminuz deneget: eã deside-
ranti: q̄ eandem misericordiã ⁊ remissionẽ mihi impertiri velit:
toto corde desidero: ⁊ peto illaz cõsequi ꝑ merita amarissime tue
mortis ⁊ virtutẽ preciosissimi sanguinis sui pro me effusi: in ligno
sanctissime crucis sue: ⁊ per merita ⁊ preces sanctissime sue ma-
tris: ⁊ oium sanctoꝝ angeloꝝ ⁊ electoꝝ. ¶ Quinta protestatio.
¶ Protestor etiam super hanc petitionẽ: humili prece porre-
ctam: vt diuina pietas me suscipere velit in numerum eoꝝ homi-
num: quos ab eterno preordinauit: in extremo iudicio esse saluã-
dos: si ⁊ inquãtum pro meis peccatis exigentibus: tandiu penas
purgatorias sustinere debeam: dũmodo in eternum nõ secludar
a sua pietate. ¶ Sexta protestatio.
¶ His protestationibus premissis sanctissime angele dei: tibi
extremam meam voluntatem ⁊ affectionem: pro testamẽto ani-
me mee cõmendo: tria mihi ex testamento saluatoris misericor-
diter imperiti. Primo vnum lachrymosuz intuitum ⁊ dolorosuz
suspiriũ: ex inumeris quos in cruce pendens tribus horis viuus
habuit ad mitiganduz dolorosos meos singultus: gemitus: ⁊ su-
spiria: quibus nũc premor. Et vt ipsa mater omnis gratie mecũ

condiuidere velit vnicum cordis sui virginei gemitum doloro/sumqȝ suspirium ac lachrymosum intuitum: ex innumeris quos sub cruce stando suspirijs ⁊ lachrymis habuit filium: vt redem/ptorem humani generis intuendo. Suscipiendo me in numerū eorum peccatoruȝ: qui veniam ⁊ salutem ad minus in extremo iudicio per sua sanctissima merita ⁊ preces consequuntur.

¶ Secundo succurrat tua angelica pietas: vt quando miseruȝ cor meuȝ scindetur: ⁊ anima mea misera a corpore separabitur: vt tunc inueniam placabilem iudicem: intuitu illius diuine chari/tatis: in qua amorosuȝ cor suum scindebatur in cruce pro salute mūdi: ⁊ sua diuinissima anima a diuinissimo corpore separabat.

¶ Ultimo sanctissime angele dei: cōmendo tibi extremā horaȝ vite mee: ⁊ exituȝ anime mee gubernādo: ⁊ ab hostibꝰ salutis me protegēdo: ⁊ vt super has ꝑtestationes velis esse: vbi ⁊ quotiēs opus fuerit contra oīa pericula salutis: fidelis testis ⁊ protector.

¶ Cum hō est in agonia mortis: legēde sunt sequētes orōnes.

¶ Oratio vtilis ad dicendum in agone mortis. Capi. vi.

ERat qdam papa: qui dum ad extrema venisset: interroga/bat capellanū suū viruȝ idoneū: ⁊ deuotū: quē plurimū dili/gebat: qbus suffragijs post morteȝ: eum vellet apud deū iuuare. Qui rñdit: ꝙ oībus modis quibus posset: ⁊ quecūqȝ iuberet pro salute anime sue facere vellet. Et papa ait. Non peto aliud a te subsidium: nisi duȝ videris me in agonia positū: dñicaȝ orationē pro me tribus vicibus dicas. Qui sibi libentissime promisit hoc. Ad quē papa: Cuȝ primū **Pater noster** dixeris: dic in memo/ria agonie dñi nostri Jesu christi: vt infra patebit. Cum secūduȝ **Pater noster** dixeris: dic in memoria oīum passionū dñi nostri Jesu christi: vt infra. Cum dixeris tertium **Pater noster** dic in honore ineffabilis charitatis dñi nostri Jesu chri: vt infra. His dictis ꝓmisit capellanus hec omnia se libenter facturuȝ: quod ⁊ fecit cum diligentia: ⁊ deuotione: qbus potuit. Post mortem re/uersus est papa splendidus ad eum: ⁊ coruscans: grates imen/sas sibi referens: ⁊ dicēdo ab omni pena se fore liberatuȝ. Nam post primū **Pater noster** dñs noster iesus christus sudorē suuȝ sanguineū pro me ostēdens: omnem meā ꝓpulsauit angustiam. Post scdm **Pater noster** per amaritudinē oiuȝ passionū suaꝝ

oia peccata mea vt nubem deleuit. Post tertiuz Pater noster per charitatem suam celos reserauit ꝛ me cū gaudio introduxit. ¶ Isti sunt tres Pater noster: ꝛ tres Aue maria. cum tribus orationibus que debent dici pro animabus morientium oium: ꝛ multū eis ꝓdest si dicat deuote. ¶ In primis dicatur Kyrielei. Christel. Kyrieleison. Pater noster ꝛ Aue maria. Oratio.

Domine iesu christe per agoniam ꝛ orationē tuam sanctissimā: qua orasti pro nobis in monte oliueti: quādo factus est sudor tuus sicut gutte sanguinis decurrentis in terrā: obsecro te vt multitudinē sudoris tui sanguinei quē pre timoris tui angustia: copiosissime pro nobis effudisti: offerre ꝛ ostendere digneris deo patri omnipotenti: contra multitudinez omnium peccatorum huius famuli tui: ꝛ libera eum in hac hora mortis sue: ab omnib⁹ angustijs suis: quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum patre ꝛ spiritui sancto viuis ꝛ reg. ¶ Scdm Pater noster. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater nr̄ ꝛ Aue maria. Oratio.

Domine iesu christe qui pro nobis mori dignatus es in cruce: obsecro te vt omnes amaritudines passionū ꝛ penarū tuaruz: quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce: ꝛ maxime in illa hora quādo sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo sanctissimo: offerre ꝛ ostendere digneris deo patri omnipotenti pro anima huius famuli tui: ꝛ libera euz in hac hora mortis ab omnibus peccatis ꝛ passionibus: quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuis ꝛ regnas deus. ¶ Tertium Pater noster. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Aue maria. Oratio.

Domine iesu christe: qui per os ꝓphete tu dixisti in charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans tui: obsecro te: vt eandem charitatē tuam que te de celo ad terram: ad tolerandas oīum passionum tuaꝝ amaritudines attraxit: offerre: ꝛ ostēdere digneris deo patri omnipotēti pro anima huius famuli tui: ꝛ libera eum ab omnibus passionibus ꝛ penis quas pro peccatis suis timet se meruisse: ꝛ salua animam eius in hac hora exitus sui in gloria eterna: ꝛ tu pijssime domine Jesu christe qui redemisti nos preciosissimo sanguine tuo miserere anime huius famuli tui: ꝛ eum introducere digneris ad semp virentia ꝛ ame

na loca paradisi: vt viuat tibi amore inuisibili: qui a te ⁊ ab electis tuis separari nunquã potest. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas in trinitate perfecta per infinita secula seculorum.

¶ Postea si adhuc vixerit subiungende sunt infrascripte orationes cum totidem. Aue maria.

¶ Orõnes dicēde in agone mortis ad beatã vgi. mariã. C. vij.

¶ Prima oratio.

MEdiatrix dei ⁊ hominũ ⁊ fons misericordie indesinenter effundens riuos copiose grẽ. Maria te rogo dulcissima mater dñi nostri iesu christi per illaz pturbationẽ quã habuisti in corde tuo piissimo: tunc ⁊ deinceps cuz symeon sanctus ⁊ senex pphetãdo diceret: tuã ipsi⁹ aĩaz ptransibit gladius: vt petas quatenus idẽ benedict⁹ filius tuus de largissima clemẽtia sua donet huic famulo tuo per eandẽ pturbationẽ tuã indulgẽtiaz omniũ peccatoꝝ suoꝝ. Et vt eum liberet ab oibus malis preteritis presentibus ⁊ futuris. Aue maria. Amen. ¶ Secunda oratio.

¶ Auxiliatrix dei ⁊ hominũ ⁊ pacis eterne condimentũ maria te interpello speciosissima regina celi per illam dolorosam perturbationẽ quaz habuisti in corde tuo benignissimo: pro eo ꝙ filium tuũ amantissimũ per triduum amiseras: vt roges euz quatenus ipse ppter eandem turbationez tuam huic famulo tuo dignetur dare plenam cognitionem: perfectam contritionem: puram confessionem: spem firmaz: certam securitatẽ: a deo nunꝗ separandam: ⁊ ita perfectum ⁊ verum amorem: vt cuz illo amore tantam mereatur mercedem in celo acquirere: ac si ei multis annis cum perfectione sanctissime vite diligentius seruiuisset. Amen. Aue maria. ¶ Tertia oratio.

¶ Reparatrix debiliũ: ⁊ vulnerate anime efficacissima medicina Maria te peto gloriosa domina per illaz pturbationẽ quam habuisti in corde tuo clemẽtissimo: pro eo ꝙ perfidi iudei captiuauerũt ⁊ detinuerũt desiderabilez vnigenitũ vteri tui filium: de quo cognouisti in spũ ꝙ volebat ⁊ ꝙ pati debebat pro salute humani generis: quaten⁹ depreceris eundẽ filiuz ppitiatorẽ seculi: vt ipsa ppter eandez turbationẽ tuã de oĩ captiuitate: ⁊ ab oĩ tribulatiõe corporis ⁊ aie angustiaꝝ ⁊ periculoꝝ ⁊ tentationib⁹ demonũ famulum tuum clemẽter eripiat: ⁊ ab oĩbus malis in per-

tuum tueatur. Amen. Aue maria. ¶ Quarta oratio.

¶ Illuminatrix cecoꝝ ⁊ lucerna salutifere gratie Maria te flagito dulcissima bona mater dei: per illam turbationē tuā quā habuisti in corde tuo propitiatissimo pro eo ꝙ amantissimus filius tuus a iudeis crudelissimis in cōspectu tuo cū clauis acutissimis sine omni miseratiōe viuifice crucis patibulo fuit affixus: vt postules ab eodez filio tuo quatenus per eandez turbationē tuam ignez veri amoris: per ignez amoris ⁊ passionis sue in corde huius famuli tui accēdat: qua ipse summus sacerdos ligno crucis ipsum subiiciat nutriat: ⁊ in altari cordis eius iugiter ardeat ⁊ flāmescat: in cōmemoratione sue sanctissime passionis ⁊ mortis: vt eiusdem sacratissime passionis sue non obliuiscat. Et si ex infirmitate valida: vel ex alia causa quacūqz impediente memor esse nequiuerit per eundez acerbe passionis sue dolorē in hora mortis sue ex multiplici misericordia sua tantā mercedem in celis ꝑcipere mereatur: ac si omnes dies suos cōsumpsisset in memoria sue sacratissime passionis. Amē. Aue maria. ¶ Quinta oratio.

¶ Aduocatrix omnium peccatoꝝ quos dānabiliter moles vicioꝝ deprimit: finisqz nostre miserie Maria te deprecor veneratbilissima mundi domina per illaz intollerabilez turbationē quaz habuisti in corde tuo benignissimo in illa hora cū filius tuus cunctis desideratus gentibus: ac omnibus vere amabilis de cruce depositus cum recentibus vulneribus ⁊ ꝓprio sanguine rubricatus datus fuit a Joseph in sinum tuum: qui est corona iocūditatis omniuz beatoꝝ in celi solio: vt propter eandem perturbationem tuam ipse famulum suum preuenire dignetur abundantia gratiaruz suarū ⁊ copiose misericordie sue: vt det corpus suuz ⁊ animaz suam in potestatē tuam: ⁊ in sinum piissime misericordie tue qua cunctis deuote postulantibꝰ clementer aperis in eternū. Et ad illud sinum gemebundum sic eum recipi affectuosissime deprecor: ꝓpter illum dulcissimū infantulum tuum candidum ⁊ rubicundum. Electum ex milibus. Qui thesaurus totius felicitatis tue extitit ⁊ est. Quez in sinu tuo delicatissimo ꝓpriis lactasti vberibus: vt in presenti vita: ⁊ precipue in extremis suis te videre mereat cū gaudio: ⁊ tue miserationi regratiari valeat in secula seculoꝝ. Amē. ¶ Letania pro infirmo moriente. Ca. viij.

¶ Ordo commendationis anime. Prius fiant letanie breue: Si autem sit femina dicatur pro ea.

Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison.

Sancta maria	ora pro eo[a]
Omnes ſancti angeli ⁊ archangeli	orate pro eo[a]
Omnis chorus iuſtorum	orate pro eo[a]
Sancte habraam	ora pro eo[a]
Sancte ioannes baptiſta	ora pro eo[a]
Omnes ſancti patriarche ⁊ prophete	orate pro eo[a]
Sancte petre	ora pro eo[a]
Sancte paule	ora pro eo[a]
Sancte andrea	ora pro eo[a]
Sancte bartholomee	ora pro eo[a]
Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſte	orate pro eo[a]
Omnes ſancti innocentes	orate pro eo[a]
Sancte ſtephane	ora pro eo[a]
Sancte laurenti	ora pro eo[a]
Sancte clemens	ora pro eo[a]
Sancte vincenti	ora pro eo[a]
Omnes ſancti martyres	orate pro eo[a]
Sancte ſiluester	ora pro eo[a]
Sancte gregori	ora pro eo[a]
Sancte nicolae	ora pro eo[a]
Sancte auguſtine	ora pro eo[a]
Omnes ſancti pontifices ⁊ confeſſores	orate pro eo[a]
Sancte benedicte	ora pro eo[a]
Sancte bernarde	ora pro eo[a]
Sancte dominice	ora pro eo[a]
Sancte franciſce	ora pro eo[a]
Omnes ſancti monachi ⁊ eremite	orate pro eo[a]
Sancta maria magdalena	orate pro eo[a]
Sancta lucia	ora pro eo[a]
Sancta catherina	ora pro eo[a]
Sancta cecilia	ora pro eo[a]
Omnes ſancte virgines ⁊ vidue	orate pro eo[a]
Omnes ſancti ⁊ ſancte dei	orate pro eo[a]

Propitius esto — libera eum domine
Ab ira tua — libera eum domine
A mala morte — libera eum domine
A penis inferni — libera eum domine
A potestate diaboli — libera eum domine
Ab omni malo — libera eum domine
Per mortem tuam — libera eum domine
Per sanctam resurrectionem tuam — libera eum domine
Per mortem et sepulturam tuam — libera eum domine
Per sanctam crucem tuam — libera eum domine
Per admirabilem ascensionem tuam — libera eum domine
Per gratiam spiritus sancti paracliti — libera eum domine
In die iudicij — libera eum domine
Peccatores: — te rogamus audi nos
Ut ei parcas — te rogamus audi nos
Ut ei indulgeas — te rogamus audi nos
Ut ad veram penitentiam eum perducere digneris — te roga.
Kyrieleison. Christeleison, Kyrieleison.

¶ Deinde pro vicino morti: cum in agone sui exitus anima visa fuerit anxiari dicantur hec orationes.

¶ Commendatio anime ante mortem. Capi. ix.

PRoficiscere anima christiana de hoc mundo: In nomine dei patris omnipotentis: qui te creauit: In noie iesu christi filij dei viui: qui pro te passus est: In nomine spiritus sancti qui in te fusus est: In nomine angelorum et archangelorum: In nomine thronorum et dominationum: In nomine principatuum et potestatum: In nomine cherubin et seraphin: In nomine patriarcharum et prophetarum: In nomine sanctorum apostolorum: In nomine sanctorum martyrum et confessorum: In nomine sanctorum monachorum et eremitarum: In nomine virginum et omnium sanctorum et sanctarum dei. Hodie sit in pace locus tuus: et habitatio tua sit in sancta syon. Per christum dominum nostrum. R. Amen. Oratio.

DEus misericors: deus clemens: deus qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentium deleas: et preteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas: respice propitius super hunc famulum tuum N. et remissionem sibi omnium

omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renoua in eo piissime pater quicquid terrena fragilitate corruptum: vel quicquid diabolica fraude violatum est: et vnitati corporis ecclesie membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituũ: miserere lachrymarũ eius: et nõ habentem fiduciam nisi in tua misericordia: ad tue sacrm recõciliationis admitte. Per christum dñm nostrum. ℟. Amẽ. Oratio.

Commendo te oĩpotẽti deo charissime frater: vel soror et ei cuius es creatura cõmitto: vt cum humanitatis debitum morte interueniẽte persolueris: ad auctorẽ tuũ qui te de limo terre formauerat reuertaris. Egredienti itaque anime tue de corpore: splendidus angelorum cetus occurrat. Iudex apostolorum tibi senatus occurrat. Candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium te cõfessorum turma circũdet. Iubilantium te virginum chorus excipiat: et beate quietis in sinu patriarcharũ te cõplexus astringat. Mitis atque festiuus christi iesu tibi cõspectus appareat: qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat. Ignores omne qd horret in tenebris: qd stridet in flãmis: qd cruciat in tormẽtis. Cedat tibi teterrimus sathanas cum satellitibus suis in aduentu tuo te comitantibus angelis contremiscat: atque in eterne noctis chaos immane diffugiat. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderũt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in cõspectu dei. Confundantur igitur et erubescant omnes tartaree legiones et ministri sathane iter tuũ impedire nõ audeant. Liberet te a cruciatu christus: qui pro te crucifixus est. Constituat te christus filius dei viui intra paradisi sui semper amena virentia: et inter oues suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab oĩbus peccatis tuis te absoluat: atque ad dexterã suam in electorum suorum te sorte cõstituat. Redemptorẽ tuũ facie ad faciem videas: et presens semper assistẽs: manifestissimam beatis oculis aspicias veritatẽ. Constitutus igitur inter agmina beatorum: cõtemplationis diuine dulcedine potiaris in secula seculorum. ℟. Amẽ. Alia oratio.

Suscipe domine animam famuli tui in locum sperande sibi saluationis a misericordia tua. ℟. Amen. Libera domine

animaȝ famuli tui ex omnibus periculis infernoꝝ: ⁊ de laqueis penaruȝ: ⁊ ex oĩbus tribulationibus. ℟. Amen. Libera aiaȝ famuli tui: sicut liberasti Enoch ⁊ Heliã de cõi morte mũdi. ℟. Amẽ. Libera dñe aiaȝ famuli tui: sicut liberasti Noe de diluuio. ℟. Amẽ. Libera dñe animã famuli tui: sicut liberasti Habraã de hur chaldeoꝝ. ℟. Amen. Libera domine animã famuli tui: sicut liberasti Job de passionibus suis. ℟. Amen. Libera dñe animã famuli tui: sicut liberasti Isaac de hostia ⁊ de manu pr̃is sui habrae. ℟. Amen. Libera dñe animã famuli tui: sicut liberasti Loth de sodomis ⁊ de flãma ignis. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui: sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis egyptioꝝ. ℟. Amen. Libera domine animaȝ famuli tui: sicut liberasti Danielem de lacu leonũ. ℟. Amen. Libera dñe aiaȝ famuli tui: sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardẽtis: ⁊ de manu regis iniqui. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui: sicut liberasti Susannã de falso crimine. ℟. Amẽ. Libera dñe animã famuli tui: sicut liberasti Dauid de manu regis saul ⁊ de manu golie. ℟. Amen. Libera dñe animã famuli tui: sicut liberasti petrũ ⁊ pauluȝ de carceribus. ℟. Amen. Et sicut beatissimã teclam virginẽ ⁊ martyreȝ de tribus tormentis attrocissimis liberasti: sic liberare digneris animã huius famuli tui: ⁊ tecũ facias in bonis cõgaudere celestibus. ℟. Amen. Alia oratio.

Commendamus tibi domine animam famuli tui. N. precamurq; te domine Jesu christe saluator mũdi: vt ꝓpter quam ad terram misericorditer descendisti patriarcharuȝ tuoꝝ finibus insinuare nõ renuas. Agnosce domine creaturam tuam non ex dijs alienis creatam: sed a te solo deo viuo ⁊ vero: quia non est deus alius preter te: ⁊ non est ꝫm opera tua. Letifica domine animaȝ eius in conspectu tuo: ⁊ ne memineris iniquitatum eius antiquarum: ⁊ ebrietatum quas suscitauit furor siue feruor mali desiderij. Licet enim peccauerit tamen patrem ⁊ filiũ ⁊ spiritum sanctuȝ non negauit: sed credidit: ⁊ zelum dei in se habuit: ⁊ deum qui fecit omnia adorauit. ℟. Amen. Alia oratio.

Delicta iuuentutis ⁊ ignorãtias eius ne memineris q̃s domine: sed ꝫm magnã misericordiaȝ tuã memor esto illius in gloria claritatis tue. Aperiant ei celi: colletent illi angeli: in re-

gnum tuum dñe seruum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus michael archangelus dei: qui militie celestis meruit principatũ. Ueniant illi obuiam sancti angeli dei: ⁊ perducant eum in ciuitatem celestem hierusalez. Suscipiat eum beatus Petrus apl's: cui a deo claues regni celestis tradite sunt. Adiuuet eũ sanctus Paulus: qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joãnes electus dei apl's ⁊ euangelista: cui reuelata sunt secreta celestia. Orent pro illo oẽs sancti apostoli: quibus a dño data est potestas ligandi atqz soluẽdi. Intercedant pro eo oẽs sancti ⁊ electi dei: qui pro christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus: peruenire mereatur ad gloriam regni celestis. Prestante domino nostro Jesu christo: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

¶ De tentationibus in quibus homo tentatur a diabolo in exitu anime sue: ⁊ de remediis ad expellendas eas.

Beatus Gregorius dicit ꝙ antiquus hostis. s. Diabolus multipliciter conatur tentare quẽlibet christianũ maxime in articulo mortis. Et inter alia specialiter de tribus dicit: ꝙ quãdo in illa agonia homo laborat in extremis: ⁊ iaz amisit visuz corporalem ⁊ auditũ: tunc diabolus preparat graues tentationes. Et primo tentat de fide: preparãdo diuersas imaginatiões: hoc qñ fit vel credit verisimilr tale fieri vt dicit beatus Augustinus: statim debet homo firmiter cogitare ꝙ tentatio est diabolica: ⁊ debet homo dicere in corde suo: licet nõ possit ore. ¶ Dñe Jesu christe ego verus catholicus sum: ⁊ credo oia que credit ⁊ tenet sancta ecclia romana: ⁊ in ista fide volo mori. Et tunc inimicus recedit cõfusus. Ueruz statim inimicus est preparatus cum alia tentatiõe: scilicet de peccato desperationis: ita ꝙ tunc reducunt ei ad memoriã multa peccata que homo cõmisit ⁊ specialiter qñ homo habet aliqua per obliuionem inconfessa. Et tunc homo incipit turbari ⁊ titubare: ⁊ cogitare quomodo ipse posset saluari ⁊ reputabit quasi impossibile. Unde dicit idem statiz debet homo cogitare hanc esset tentationez diabolicam: ⁊ debet dicere in corde suo. ¶ Domine Jesu christe tu effudisti sanguinez tuum in cruce ꝓpter peccata nostra placeat tibi ꝙ merita sancte passionis tue deleant pctã mea: de quibus recordatus fui: ⁊ con

fessus sum: ⁊ de alijs meritū passionis tue suppleat. ¶ Hoc dicto statim tentatio recedit. Uidens diabolus q̄ nō potest habere victoriaȝ per istos modos vt dicit ideȝ apparet ei in pulcherrima figura dicens. Ego sum christus creator ⁊ redemptor tuus me ergo adora. Unde dicit idē q̄ hic debet esse homo valde cautus ⁊ nō credat sibi sed dicat. Si tu es christus ille qui assumpsit carnem de virgine Maria: ⁊ natus est ex ipsa remanente virgine ⁊ fuit passus in cruce vsqȝ ad mortē ꝓpter peccata nostra: ⁊ descēdit ad inferos ad liberāduȝ sanctos patres: ⁊ resurrexit tertia die ⁊ ascēdit ad celum die ascēsionis ⁊ in die iudicij debet venire ad iudicandum viuos ⁊ mortuos. Si tu es ille ego te adoro: aliter non adoro. Tunc diabolus videns se oīno victum ⁊ confusum recedit penitus ⁊ amplius non reuertitur ad tentandum. Postmodum iste talis qui istis resistit ⁊ vincit tentationes diabolicas habet cōsolationē cum angelis ⁊ expectat coronam de victoria.

¶ Sequētes oīones dicēde sunt sup agonizāte in trāsitu deuote morose ⁊ itelligibilr vt infirm⁹ audire possit. Orem⁹. Oratio.

O Sancta trinitas pater fili ⁊ spūs alme: oṗs eterne de⁹: tua imensa attracti ac moti pietate: pro aīa famuli tui. N. nūc in extremis laborātis te deprecari cōpellimur: ⁊ ipsaȝ sacratissime dn̄e tue pijssime oīpotentie comēdamus: vt illaȝ ab insidijs: aspectu quoqȝ ⁊ terrore demonū custodiēdo tuearis: ne fideȝ repente perdēs quā tenuit: pessime desperationis labat̄ in foueā: ne diffidētie tentationib⁹ cedat: ne p̄teritoꝝ scelerū recordatione desperet. Exaudi rex gl̄iose: tuā suauissimā ⁊ clementissimā bonitatē pro ea interpellātes. Exaudi inq̄ȝ per oīones p̄triarchaꝝ: per merita ꝓphetaꝝ: per suffragia apl̄oꝝ: per victoriā martyrū: per fidem confessoꝝ: per virginuȝ puritatē: per deuotam intercessioneȝ oīum qui tibi ab initio placuerunt: ⁊ tecū modo regnātes in excogitabili felicitate letantur. Ab ipsa domine iactātiam repelle: tribue cōpunctionē. Suscita fletum: cor eius mollifica. Ab oībus insidijs inimici illam tuere: fidei tue lumine confirma: gratie tue infunde charitatē: vt in te rex omnipotēs ⁊ in tua pietate confidens oīum culpaꝝ: vera contritionē ab intimis visceribus cōcutiatur. Clementissime domine omnia iniqua desideria ab illo rescinde: ignea tela diaboli extingue: largire fontē lachry-

marum: quibus iniquitatum suarum: tergat maculas vincula di rumpat. Fac eam domine salubriter petere: audi que petit atq3 celeriter exaudi. Si pie respicis viuet: si desperexeris periit. Si iustitia vteris ante oculos tuos mortua fetet: si misericorditer vt tuã bonitatẽ decet aspexeris: ab desperationis baratro reuocat. Respice dñe sancte pater dilecti filij tui vulnera & cruorez. Dñe iesu christe rex pijssime qui venisti redimere perditos: noli dãnare redemptos. Da illi dñe cor pium: qd te timeat: sensuz vigilez qui te intelligat: simplicez oculum: intentionẽ. s. rectam que te sequat. Dñe iesu christe fili patris misericordiarũ & regine misericordie gloriose virginis marie: aie huius famuli tui miserere: & eaz de maiestatis tue sede clemẽter aspiciẽs ab illa repelle tenebras: & eam splendoribus tue claritatis illustra. Clementissime dñe Jesu a tua pietate culpar eius: remissionem humiliter petimus: qui deo patri munduz tuo cruore gratuz redidisti. O fons pietatis: non cõsueuisti esse crudelis. Tue dilectissime genitricis preces ne spernas. O gliosa regina mũdi maria virgo pulcherrima: virgo misericors: que genuisti regẽ velut rosa decora: illos tuos misericordes oculos ad seruuz tuum. N. misericorditer cõuerte: tu que peccatorũ aduocata pdicaris: prima eorũ spes: que nulli claudere potes sinum tue pietatis. O misericordie mater: ecce tempus patrocinãdi: quãdo famulus tuus. N. iudicẽ iratũ sentiens: ptectionis tue grãz efflagitat. Eya ergo aduocata nostra: occurre velociter. O gabriel archangele qui salutez mundo nũciasti. O sancte Michael qui draconez acherontis expugnasti. O sancte raphael qui filiũ iusti salubriter deduxisti. O angele custos huius dei seruuli. O celestes angelorũ diuz chori: necnon patriarcharũ: pphetarũ: apostolorũ: martyrũ: cõfessorũ: sacerdotum: leuitarum: monachorũ: eremitarũ: virginũ: omniũq3 iustorũ: per amorez ineffabilem agni imaculati Jesu christi regis vestri: qui vos de mundo elegit: cuius leta visione gaudetis: vos pro huius nostri fratris anima deprecamur: vt eaz vestris precibus iuuare dignemini: quatens diaboli faucibus erepta: saluti & vestre iocundissime societati leta iungat. O rex clementissime deus omnipotẽs: o saluator mundi Jesu pie: qui omniuz in te sperantium miseri consueuisti: ppter orationes dei genitricis: & omniuz

sanctoꝝ angeloꝝ ac electoꝝ dei famulo tuo. N. quesum⁹ misererere: quatenus in passionis tue merito ac sanguine a peccatorū suorum maculis ablutus eternaliter in tuo regno glorief. Amē.

O Suauissime domine Jesu christe: beatoꝝ requies ⁊ oīuꝫ in te sperantium salus iocundissima: qui in nocte dire passiōnis tue: ad patrem orasti dicens. Pater si possibile est transeat a me calix iste: verūtamen non mea voluntas sed tua fiat: quiqꝫ in illa hora in tanta fuisti angustia: vt de precioso corpore tuo sanguis efflueret: deprecamur te bone Jesu: quatenus animam famuli tui. N. tua solita pietate iuues: vt pro suis delictis conteratur: ⁊ moueatur ad penitentiam salubrem: vt in hac hora tremebunda: in occursu aduersarij non paueat: nec in aduētu: aut aspectu tuo iudex tremende: accusante conscientia: contremiscat: sed potius faciem tuam: in iubilo videns letetur: te prestante Jesu christe: cuius est passione redemptus.

O Dulcissime rex Jesu pie: qui in tue passionis horrēda nocte a discipulis tuis destitutus inter aduersarios tuos solus stetisti tue pietati supplicamus: vt animam seruuli tui. N. in suo obitu solam non relinquas in manibus iniquorum demonum auxilio tuo destitutam: sed tua virtute: ⁊ tuorum angeloruꝫ sanctorum societate securam: ad locuꝫ tue beatissime visionis per sanguinis tui virtutem letanter deducas. Amen.

O Dn̄e Jesu christe decus ⁊ glia sanctoꝝ qui pendēs in cruce: pro tuis diris crucifixoribus patrem rogasti: dicens. Pater ignosce illis: qa nesciunt quid faciunt: tuaꝫ pietatē precamur pie Jesu: vt in mente seruuli tui. N. orōnis tue renouare digneris affectū: quatenus offensaꝝ oīuꝫ ab eterno patre veniam consequatur. Et sicut tunc exauditus es tu dn̄e ac rex: sic nūc cū patre seruos ac milites tuos exaudire digneris pro seruulo tuo. N. q nescit quid faciat: dum fidei ⁊ sensus exiguitate tepescit. Rogamus pie Jesu: vt in obitu ei⁹ oīa sua peccata dimittas: ⁊ pro tue dure passionis merito: ad angeloꝝ consortia deducatur. Amen.

O Sacratissime dn̄e Jesu chr̄e saluator: qui ꝓpter nr̄a scelera abolēda: post crudelia verbera: post pudibūda obprobria: post irrisiuā ⁊ afflictiuā aculeoꝝ coronā in cruce nudus istar latronis affigi elegisti: exoramus te pie: ꝑ has tuas passiones: vt

aīaʒ famuli tui. N. in extremis laborātē: suoꝝ pctōꝝ dolorosā cōfessione vberes: vera cōtritione cōfundas: vero timore corones: ⁊ in cruce tua oēs sensus mentales eius affigas: quaten⁹ sic totus a te spiritualiter vulneratus: tuoꝝ vulnerū merito oīuʒ delictoꝝ suoꝝ veniā cōsequat: ⁊ ad gaudia celestia pducat. Amen.

O Glīosissime rex Jesu chře: angeloꝝ dulcedo: q affix⁹ cruci pro nobis: verā fidei lucē cordi latronis īfudisti: vt te verū deum ⁊ verū hoīem fateremur dum clamauit: memēto mei dñe duʒ veneris in regnū tuū: maiestatē tuaʒ suppliciter exoramus: vt in famulo tuo. N. in extremis laborante: cōseruare digneris vere fidei sacr̄m: vt sacratissime tue passionis merito: tua veritate: tuoqʒ amore loricatus in suo obitu: spūs imundos nequaq̄ʒ vereatur: sed tuam perpetuā gloriam adeat iubilanter. Amen.

O Clementissime dñe Jesu: verbuʒ eterni pr̄is ⁊ filij v̄ginis glīose: qui mūduʒ visibilr̄ deserēs: ⁊ sollitudini materne cōpatiēs: ei dilectū discipulum in filiuʒ adoptasti: humilr̄ tue maiestati supplicam⁹: p merita tue passionis: p eiusdē tue inclite matris p̄ces: necnō tui dilecti discipuli: quatenus digneris in animā huius serui tui spūm tue charitatis infundere: quo tibi coheres deo patri adoptet in filium. Cōmitte quesumus de throno glīe tue huius famuli tui. N. aīaʒ clemētissime tue mr̄i: quaten⁹ in mortis agone nō paueat: sed virginalibus tibi manibus p̄ntata clemēter suscipiat a te in tua glīa cū sctis tuis collocāda. Amē.

O Clementissime domine Jesu corona certantiū: qui moriturus in cruce docuisti nos compēdiose tempore mortis: orare dicens. Pater in manus tuas comēdo spūm meū: tue maiestati supplicamus: vt spiritus sancti virtute: eandem orationeʒ menti huius famuli tui digneris imprimere: vt eam personet semper: ⁊ in hac extrema hora eius sentiat effectum: in tuas sanctissimas manus: suam animam commendando. Amen.

O Misericordissime dñe Jesu: generis humani repator: qui in die tue acerbissime passionis in neruoꝝ cōtractiōe ossiuʒ cōpressione spinarū punctione: penā acerbissimā tulisti: ⁊ latus tuum vnde sanguis ⁊ aqua flueret aperiri voluisti: deprecamur dñe vt animā famuli tui. N. virtutuʒ splendore illustres: ⁊ spinaꝝ tuaꝝ merito illi tribuas de offensis ab eo tibi illatis dolere;

vehementer: vt omnia eius delicta tue passionis acerbitate deleantur: ⁊ ad angeloꝝ societatē: te ducēte valeat puenire. Amē.

O Clementissime domine Jesu christe: qui pro nobis in cruce mori dignatꝰ es: te precamur: vt omnes tuas passiones ⁊ amaritudines: quas pro nobis miserimis in duro ligno tulisti: presertim quando sanctissima aīa tua: de virgineo ⁊ purissimo habitaculo sui corporis egressa est offerre ⁊ ostendere digneris deo patri oīpotenti: contra oēs penas ⁊ passiones seruiᵉ tuiᵉ. N. ⁊ liberare eūm digneris in hoc suo transitu: ab omnibus passionibus ⁊ penis: quas pro peccatis suis se cōtraxisse timet. Amē.

O Misericordissime domine Jesu christe: qui ꝓphetico ore dixisti in charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans: tibi humiliter supplicamus quatenus eandem charitatē: que te de celo traxit ad terras laboraturū pro nobis ⁊ moriturū: offerre ⁊ ostēdere digneris deo patri oīpotenti cōtra oēs huius famuliᵉ tuiᵉ. N. ⁊ passiones ⁊ penas quas pro suis scelerībꝰ meretur: ⁊ animā eius in suo obitu per manus sanctoꝝ angeloꝝ excipere. Aperi illi benignissime Jesu ianuam vite ⁊ regni siderei: ⁊ in eo illūm fac cū tuis sanctis perpetua felicitate letari. Amē.

O Pijssime dei hominūq; mediator Jesu christe: qui debitas nobis penas: in tuo passibili corpore pro nostra salute tulisti: ⁊ vt eas gustares amariores: in hora tue passionis deitatis rationisq; solatiū a tuis sensibus sustulisti: eos destitutos omni solatio in doloribus linquens: dum clamasti: deus meus deus meus: vt quid dereliquisti me? oramus tuam pietatē: vt animā seruiᵉ tuiᵉ. N. tua suauissima ꝯsolatiōe foueas: erigas: ⁊ letifices? Nāq; si deserueris illūm pastor eterne: mox lupus rapax diabolus in eūm irruet efferatus ⁊ crudelis: ⁊ ouē quā tuo sanguie q̄siuisti iugulabit. Et si demeritis suis exigentibus a te deseri mereē te nihilominus ꝓpter tuam pietatem rogamus ne illūm tradas aduersarijs diffidentie ⁊ desperationis stimulis affligendū: nec ad gratiā tuam durūm aut insensibilē effici patiaris: sed ꝑ charitatis tue gratiā viuēs: ⁊ absentie tue amaritudinē sentiens: pia voce gemēdo clamet ad te deus meus deus meus vt quid dereliquisti me? Tu autem pijssime pater ac bone pastor: tua suaui pietate succurre: qui eūm tibi tuo sanguine redemisti. Amen.

O Perfectissime dei hominūqꝫ mediator Jesu chr̄e salua/
tor: qui pro solis ardore tormētoꝝ asperitate ⁊ sanguinis
tui effusione: corporalē sitim in duro ligno tulisti: dum clamasti:
sitio: tuā p̄camur maiestatē: vt aīaꝫ seruuli tui. N. illo nūc amo/
ris igne digneris adurere: quē in terris mittere venisti: vt cūctis
vitijs exsiccatis: aīa eius ⁊ caro tue charitatis igne succēsa: te so/
lum sitiat: te diligat: te pergrat: vt te inueniēs te fruat̄ sacratissi/
me dn̄e Jesu chr̄e: omne bonū cōplens atqꝫ ꝯsumās: qui gusta/
to aceto dixisti: cōsumatū est: ⁊ inclinato capite sp̄ūm deo p̄ri re/
didisti: supplicamꝰ tue maiestati pro aīa famuli tui. N. laborā/
tis in mortis agone: quatenus illi fidei lumē ⁊ gr̄e tue sanitatē in/
fundas: vt horaꝫ extremā in tua sancta charitate finire ⁊ tibi di/
cere valeat: ecce clemētissime Jesu nūc ad te venio: tua meliflua
voce: meum spiritum suscipi iube in eternaꝫ claritatem. Amen.

O Clemētissime Jesu solatiū miseroꝝ tu nr̄a peccata in tuo
corpore portasti: qa tu es vere deus: de quo dixit Esaias:
Languores nr̄os ipse tulit: ⁊ dolores nr̄os ipse portauit: adeo
vt in tuo virgineo pulcherrimo corpore a planta pedis vsqꝫ ad
verticē sanitas vlla nō fuerit: ⁊ qui pre filijs hoīum eras specio/
sus quasi leprosus videreris: per hāc tuā ineffabileꝫ charitatem
precamur pie Jesu: ⁊ oīa pctōꝝ vulnera in. N. famulo tuo sa/
nes quatenus oībus vitijs emūdatus: ad te regem factorē suum
sp̄ūali solatio roboratus letꝰs pueniat: ⁊ quē tuo sanguine cō/
parasti: ⁊ tue passionis signo: idest sc̄tā cruce muniri semꝑ volui/
sti ad tuā nunc felicissimā visionem: omniuꝫ passionum tuarum
merito comitantibus sanctis angelis deducere digneris. Amen.

O Decus celi virgo: regis eterni mr̄ intacta ꝓpter illuꝫ te ro/
gamus terrorē: quo tuū cor tremuit: qn̄ dilectū tuū ⁊ amā/
tissimū filiū Jesuꝫ: ab impijs captū: ligatū: tractū: ab amicis aūt
oībus derelictū audisti: vt seruuluꝫ tuū m. N. in extremis laborā/
tem: ⁊ trementē adiuues: vt de p̄teritis culpis veraciter cōterat̄:
⁊ cor eius supernis splendoribus irradiatuꝫ: veraciter peniteat:
ne forte in occursu aduersarij terreatur: aut in aspectu tremendi
iudicis accusante conscientia cōtremiscat: sed potius tuis preci/
bus suffragātibꝰ faciē eius in iubilo videns letet̄. Amen.

O Virginum suauissima deiqꝫ genitrix Maria stella maris:

per eas te rogamus lachrymas ⁊ singultus:quibus tuū nobile ⁊ maternū cor angebat:quando tuā spem Jesum pulcherrimū: presentatū presuli cognouisti:inocentē accusatum ⁊ cōtumelijs illusum:vt huic famulo tuo. N. lachrymarū gratiā impetres: ⁊ fidei lumē indelebile:quo maculas omnes delictorum suorum pos-sit abluere. Et tu mater misericordie eiū nunc celeriter adiuua: ne sathanas illudere : aut varijs tentationibus pro libito sue ini-quissime voluntatis affligere possit:aut tremebundo iudici vin-ctum statuere:sed potius seipsum per lumen fidei iudicet in pre-senti : ac disciplinis vere penitentie deuote flagellet. Amen.

O Sola desperantiū spes maria regina celorum : ꝓpter illas te precamur angustias:quas tuū pijssimū cor tulit:qñ tuus filius ⁊ noster dñs Jesus chr̄s verbū eterni pr̄is : clamantibus ⁊ vociferātibus iudeis crucifige crucifige morti adiudicatus ⁊ igno-minioso crucis suspēdio addictus est;quatenus subuenias clemē-tissima regina ⁊ mr̄ pietissima huic seruulo tuo. N. in extremis laborāti:qa ⁊ corpus eius infirmitatis dolore torquet ⁊ angustiat aīa:hinc demonum insidijs: hinc seuere discussionis angustijs. Subueni igitur o mr̄ pietatis ⁊ gratiosissima virgo:ne cōtra illū ferat mortis eterne sn̄ia:aut flāmis eternalibus tradat ꝑpetuo cru-ciādus:sed tua potius intercessione:pmia eterna consequat. Amē.

O Clemētissima virgo maria dei genitrix:propter illum tibi supplicamus gladiū doloris:q tuā ptrāsiuit aiam cū dilectissi-mū tibi filiū iesum:nudū ⁊ cruentū:⁊ diris vulneribus cōfossum in aera sup crucis ligno eleuatum cōspexisti:quatenus in hac hora terribili:huic seruulo tuo. N. sis adiutorio : vt cōpassionis gla-dio cōfodiat:vulneret lancea diuini amoris:ita vt omniū pctōrum sanguis noxius de corde eius effluat:vitijsque mūdet:decoreturque virtutibus diuinis : quatenus toto desiderio terrena relinquens in celestia subleuetur:ad que letanter te duce perueniat. Amē.

O Maria tribulatorum pijssima consolatrix:per illud te roga-mus horribile tormentū qd pene tuum cor omnesque tuos sensus extinxit:qñ filium tuū dñm nostrū Jesum chr̄m te Joāni in matrē:⁊ Joānem tibi in filium delegantē audiuisti:quatenus huic famulo tuo. N. subuenire digneris qui ad te inuocandam assurgere nō potest:quippe quoniam oculi eius luce priuantur:

surdescunt aures omnesq3 sensus obscurantur. O mater pietatis preces nostras exaudi: quas auribus tue pietatis afferimus: atq3 famuli tui. N. spūm filio tuo comenda: quatenus tuo pio interuentu: terrores demonū tormētaq3 nō timeat: sed desideratam celestis patrie mansionem te comite: letus adeat. Amen.

O Decus z gloria virginuz maria Jesu christi mater: ꝑpter tuos te rogamus eiulatus: quos imo pectore prorumpentes abscondere non valebas: quando in amplexus filij e cruce depositi rubeas: z nitentes quōdam genas oraq3 rutilantia: pallore mortis occupata mirabaris: vt seruulo tuo. N. suffragari: veluti pia mater: digneris: quatenus sic de admissis criminibus doleat: vt eius anima melifluis osculis z amoris amplexibus domini Jesu christi: in beatorum regno fruatur. Amen.

O Maria virgo pulcherrima: virgo humilima: virgo clemētissima: virgo gratiosissima: ꝑpter suspiria atq3 lamēta inaudita qbus tuū dulcissimū cor excruciabat: quādo anime tue solatiū vnicū Jesuz tuū: imo etiaz nostrū sepulture tradi cernebas adiuua famuli tui. N. aiaz in hac lachrymaꝝ valle laborantē: vt in egressu de corpe virginalib9 tuis manibus erepta deducat in celum. Amen. ¶ Oratio in exitu vite ad dn̄m Jesum christuz.

Domine Jesu chr̄e fili dei viui redemptor mūdi ego peccator suppliciter rogo imēsaz misericordiā tuā: vt mihi eā cōfessionē in hora exit9 mei ꝯcedere digneris quā latroni tibi de cruce ꝯfitēti misericorditer ꝯcessisti. Presta dn̄e de9 meus pijssime: vt in hora exitus mei diuina vltio nō veniat super me: z ptās diabolica nō occurrat mihi: nec noceat: s3 tua gr̄a largiēte talem me dies extremus inueniat: q̄lez me fons regn̄ationis exhibuit. Deprecor ineffabilez gr̄az z misericordiā tuā pijssime dn̄e Jesu chr̄e: vt in hora exitus mei nō deneges mihi miserrimo pctōri sacraz corporis z sanguinis tui cōionē: sed cū vera fide: z certa spe: z sincera charitate illaz mihi pcipere cōcede: z ad gaudia eterna peruenire tribue. Qui viuis z regnas. ¶ Oratio ad eundem.

NE reminiscaris dn̄e delicta mea vel parentū meoꝝ: neq3 vindictā sumas de pctis meis in extremis meis: z nō sinas interesse z in me p̄ualere diaboluz: aut nouissima mea deterrere ptās tenebraꝝ. Sed presta per intercessionē oium sanctoꝝ tuo-

rum vt angelo tuo p̄nte transitus meus de hoc seculo spe firmā regat̃ fide catholica muniat̃: ac totus ipsius aīe exitus in te: & f̄m te fiat: nec intermiscere se audeat angelus malus: aut locū inuadendi habeat terra & maligna cohors diaboli. Et p̄sta mihi dn̄e vt in illa die & hora qua aiā meā a corpore iusseris separari: piā sentētiā merear audire: & angeli sancti perducant animā meā ad gaudia iustorum. Amen. ¶ Oratio ad beatam virginem.

Commēdo sctā maria materne pietati tue extremā diem exitus mei. Precor te p̄ vnigenitū filiū tuū dn̄m nr̄m Jesum chr̄m vt in illa necessitate piā visitationē tuā & ɔsolationē habere merear. Et cū in vltimo agone mortis aīa mea turbata fuerit: tu dn̄a clemētissima misericordie recordaberis: & venire in adiutorium meū dignaberis: liberare aiā meā ab ira & indignatiōe filij tui & cōfusione p̄petua & ab eterna dānatione eripere ꝓcurabis. Defende aiā meā sancta maria tua pijssima ꝓtectione a crudeli accusatione: & perduc eam in sinu habrae vbi est certa requies beatoꝝ: & beatitudo iustoꝝ. Sancta & imaculata virgo Maria genitrix dn̄i mei Jesu christi intercedere digneris pro me ad illū cuius meruisti effici templum: vt per ořones & intercessiones misericordissime pietatis tue misereatur mihi pius & misericors dominus. Qui viuit & regnat in secula deus. Amē. ¶ Oratio dicenda in mortis articulo: quā fecit sanct⁹ Rolandus in exitu suo.

Domine iesu christe tibi in hac hora cōmendo animā meā: sicut pro me dignatus es de virgine nasci: crucē pati: mori: sepulchro sepeliri: tertia die ab inferis resuscitari: celos quos nunq̄ tui nominis presentia deseruisti voluisti adire: sic animā meā liberare digneris ab eterna morte. Ultra q̄ dici fas est me peccatorē & reum esse confiteor. Sed tu qui omniū peccatoꝝ indultor atq̄ clementissimus es: quiq̄ misereris omniū & nihil odisti eoꝝ que fecisti dissimulans peccata hoīum ad te reuertentiū: qui peccatoris facinora in quacūq̄ die cōuersus ad te fuerit & ingemuerit obliuioni in perpetuū tradis. Qui peccantibus pepercisti: & mulieri dep̄hēse in adulterio dimisisti: & magdalene remisisti: & petro lachrymanti relaxasti: & latroni cōfitenti paradisi ianuam aperuisti: mihi peccatori veniā nō deneges delictorum: quicq̄d vitiosū est: & quicquid in te peccaui mihi remitte: &

men: ⁊ eum fuisset intuita dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eum dicens. S Mulier nō noui illum. C Et post pusillum alius videns eum dixit. S Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S O homo nō sū. C Et interuallo facto quasi hore vnius: alius quidam affirmabat dicēs. S Uere ⁊ hic cum illo erat. Nam ⁊ galileus est. C Et ait petrus. S Homo nescio quid dicis. C Et continuo adhuc illo loquēte cantauit gallus: ⁊ conuersus dominus respexit petrū. Et recordatus est petrus verbi domini sicut dixerat: qꝛ priusq̄ʒ gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Et qui tenebāt iesum illudebant ei: cedentes eum. Et velauerunt eum: ⁊ percutiebant faciem eius: ⁊ interrogabant euʒ dicentes. S Prophetiza: quis est qui te percussit? C Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies: cōuenerunt seniores plebis ⁊ principes sacerdotum: ⁊ scribe: ⁊ duxerunt illum in cōciliuʒ suum dicentes. S Si tu es christus dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero: non credetis mihi. Si autē interrogauero: nō respondebitis mihi: neqʒ dimittetis. Ex hoc autēʒ erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. C Dixerunt autem oēs. S Tu ergo filius dei? C Qui ait. ✠ Uos dicitis qꝛ ego sum. C At illi dixerūt. S Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi eniʒ audiuimus ex ore eius. C Et surgens oīs multitudo eoꝝ duxerunt illuʒ ad pilatū. Ceperunt aūt illum accusare dicētes. S Hunc inuenimus subuertentē genteʒ nostrā: ⁊ ꝓhibentem tributa dari cesari: ⁊ dicentē se chr̄m regē esse. C Pilatus autē interrogauit eum dicens. S Tu es rex iudeoꝝ? C At ille respondens ait. ✠ Tu dicis. C Ait autē pilatus ad principes sacerdotū ⁊ turbas. S Nihil inuenio cause in hoc hoīe. C At illi inualescebāt dicētes. C Cōmouit populuʒ docēs ꝑ vniuersam iudeā: incipiens a galilea vsqʒ huc. C Pilatus aūt audiēs galileā: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit ꝙ de herodis potestate esset: remisit eū ad herodem: qui ⁊ ipse hierosolymis erat illis dieb⁹. Herodes aūt viso iesu: gauisus ē valde. Erat eniʒ cupiens ex multo tp̄e videre eū: eo ꝙ audierat multa de illo: ⁊ sperabat signuʒ aliqd̄ videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil illi rn̄debat. Sta-

bant autẽ principes sacerdotũ ⁊ scribe cõstanter accusantes eũ.
Spreuit autẽ illum herodes cum exercitu suo: ⁊ illusit indutum
veste alba: ⁊ remisit ad pilatuz. Et facti sunt amici herodes ⁊ pi
latus in ipsa die. Nam antea inimici erant adinuicem. Pilatus
autez cõuocatis principibus sacerdotũ ⁊ magistratibꝰ ⁊ plebe: ⁊
dixit ad illos. S Obtulistis mihi hunc hominẽ quasi auertentẽ
populum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogans: nullam causam
inuenio in homine isto: ex his in qbus eum accusatis. Sed neqꝫ
herodes. Nam remisit illum ad nos. Et ecce nihil dignũ morte
actum est ei. Emendatũ ergo illuz dimittam. C Necesse autẽ
habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autẽ
simul vniuersa turba dicẽs. S Tolle hunc: ⁊ dimitte nobis ba/
rabbam. C Qui erat ꝓpter seditionem quãdam factã in ciuita
te ⁊ homicidium missus in carcerem. Iterum autẽ pilatus locu/
tus est ad illos: volens dimittere iesum. At illi succlamabant di/
centes. S Crucifige: crucifige illum. C Ille autez tertio dixit
ad illos. S Quid eniz mali fecit iste? Nullam causaz mortis in/
uenio in eo. Corripiam ergo illum ⁊ dimittã. C At illi instabãt
vocibus magnis postulantes vt crucifigeret̃: ⁊ inualescebant vo
ces eoꝝ: ⁊ pilatus adiudicauit fieri petitionem eoꝝ. Dimisit aũt
illis eum qui ꝓpter homicidium ⁊ seditionẽ missus fuerat in car/
cerem: quez petebant: iesum vero tradidit voluntati eorum. Et
quum ducerent eum: apprehenderunt simonem quẽdam cyre/
nensem venientẽ de villa: ⁊ imposuerunt illi crucez portare post
iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi ⁊ mulerũ:
que plangebant ⁊ lamentabant̃ eum. Conuersus autez ad illas
iesus dixit. ✝ Filie hierusalez nolite flere super me: sed sup vos/
ipsas flete: ⁊ sup filios vestros: quoniã ecce venient dies: in qbus
dicent. Beate steriles ⁊ ventres qui nõ genuerunt: ⁊ vbera que
non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: cadite super
nos: ⁊ collibus operite nos: quia si in viridi ligno hoc faciunt: in
arido quid fiet? C Ducebant̃ autem ⁊ alij duo nequã cum eo:
interficerent̃. Et postq̃ venerunt in locum qui vocat̃ caluarie:
ibi crucifixerunt euz: ⁊ latrones: vnum a dextris: ⁊ alterum a sini/
stris. Iesus autem dicebat. ✝ Pater dimitte illis: nõ eniz sciunt
quid faciunt. C Diuidentes vo vestimẽta eius miserũt sortes.

Et stabat populus expectans: τ deridebant eũ principes cũ eis
dicẽtes. S Alios saluos fecit: seipsum saluũ faciat: si hic est chri
stus dei electus. C Illudebãt aũt ei τ milites accedẽtes τ acetũ
offerẽtes ei τ dicẽtes. S Si tu es rex iudeorum saluum te fac.
C Erat aũt τ superscriptio scripta super eũ literis grecis τ lati
nis τ hebraicis. Hic est rex iudeoꝝ. Unus aũt de his qui pende/
bant latronib⁹ blasphemabat eũ dicẽs. S Si tu es chr̃s saluuȝ
fac temetipsuȝ τ nos. C Rñdens aũt alter increpabãt cũ dicẽs.
S Neqȝ tu times deũ: qui in eadeȝ dãnatiõe es. Et nos quideȝ
iuste: naȝ digna factis recipimus: hic ṽo nihil mali gessit. Et dice
bat ad iesuȝ. S Dñe memẽto mei quũ veneris in regnũ tuum.
C Et dixit illi iesus. ✠ Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in para
diso. C Erat aũt fere hora sexta: τ tenebre facte sunt ĩ vniuersa
terra: vsqȝ in horã nonã. Et obscurat⁹ est sol: τ veluȝ tẽpli scissuȝ
est mediũ. Et clamãs iesus voce magna ait. Pater ĩ man⁹ tuas
cõmendo spũm meũ. C Et hec dicẽs expirauit. Uidens auteȝ
centurio qd̃ factum fuerat: glorificauit deũ dicens. S Uere hic
homo iustus erat. C Et oĩs turba eoꝝ qui simul aderãt ad spe/
ctaculuȝ istud τ videbãt q̃ fiebant: ꝑcutiẽtes pectora sua reuerte/
bant. Stabant aũt oẽs noti eius a longe: τ mulieres que secute
erãt eũ a galilea hec videntes. Hic cantatur in tono euangelij.

ET ecce vir noĩe ioseph: qui erat decurio: vir bon⁹ τ iustus.
Hic non cõsenserat cõsilio τ actibus eoꝝ: ab arimathia ci/
uitate iudee: qui expectabat τ ipse regnũ dei. Hic accessit ad pi/
latũ: τ petijt corpus iesu. Et depositũ inuoluit in sindone: τ po/
suit eũ in monumẽto exciso: in quo nõdum quisq̃ posit⁹ fuerat.

¶ Passio domini nostri Jesu christi ẜm Joannem. Cap. xvj.

IN illo tpe. Egressus est Jesus cum discipulis
suis trans torrentem cedron: vbi erat ortus: in
quem introiuit ipse τ discipuli eius. Sciebat τ
iudas qui tradebat eum locum: quia freqũeter
iesus cõuenerat illuc cũ discipulis suis. Judas
ergo cuȝ accepisset cohortem τ a pontificibus
τ phariseis ministros venit illuc cum laternis τ
facibus τ armis. Jesus itaqȝ sciens omnia que
ventura erant super eum: processit τ dicit eis. ✠ Quẽ queritis?

C Responderunt ei. S Jesum nazarenū. C Dicit eis iesus. ✝ Ego sum. C Stabat autem ⁊ iudas qui tradebat eū cū ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum: ⁊ ceciderūt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. ✝ Quem queritis? C Illi autem dixerunt. S Jesum nazarenum. C Respondit iesus. ✝ Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. C Ut impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti mihi: non perdidi ex eis quēquā. Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum: ⁊ percussit pontificis seruum: ⁊ abscidit eius auriculam dextram. Erat aūt nomen seruo malcus. Dixit ergo iesus petro. ✝ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater nō vis vt bibam illum? C Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊ ministri iudeorum comprehenderunt iesum: ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad annam primum. Erat enim socer cayphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem cayphas qui consilium dederat iudeis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem iesum simon petrus ⁊ alius discipulus. Discipulus autē ille notus erat pontifici: ⁊ introiuit cum iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui notus erat pontifici: ⁊ dixit ostiarie: ⁊ introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. S Nunquid ⁊ tu es ex discipulis hominis istius? C Dixit ille. S Non sum. C Stabant autē serui ⁊ ministri ad prunas: quia frigus erat: ⁊ calefaciebant se. Erat autem cum eis petrus stans ⁊ calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis: ⁊ de doctrina eius. C Respondit iesus. ✝ Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga ⁊ in templo: quo omnes iudei cōueniunt. Et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt que dixerim ego. C Hec autem cum dixisset vnus assistens ministrorum dedit alapam iesu dicens. S Sic respondens pontifici? C Respondit ei iesus. ✝ Si male locutus sū: testimonium perhibe de malo. Si autem bene: quid me cedis? C Et misit eum annas ligatum ad caypham pontificē. Erat autem simon petrus stans ⁊ calefaciens se. Dixerunt ergo ei.

S Nunquid ꝛ tu ex discipulis eius es? C Negauit ille ꝛ dixit. S Non sum. C Dixit vnus ex seruis pōtificis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in orto cum illo. C Iterum ergo negauit petrus: ꝛ statim gallus cantauit. Adducunt ergo iesum ad caypham in pretorium. Erat autē mane: ꝛ ipsi non introierunt in pretorium vt non contaminarentur: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus foras ꝛ dixit. S Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? C Responderunt ꝛ dixerunt ei. S Si nō esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis pilatus. S Accipite eum vos: ꝛ ſm legem vestram iudicate eum. C Dixerūt ergo iudei. S Nobis non licet interficere quēquam. C Ut ergo sermo iesu impleretur quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū in pretorium pilatus ꝛ vocauit iesum ꝛ dixit ei. S Tu es rex iudeorum. C Respondit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? C Respōdit pilatus. S Nunquid ego iudeus sum. Gens tua ꝛ pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? C Respōdit iesus. ✝ Regnuꝫ meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vtiqꝫ decertarent vt nō traderer iudeis. Nunc autem regnum meuꝫ non est hinc. C Dixit itaqꝫ ei pilatus. S Ergo rex es tu? C Respōdit iesus. ✝ Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum: ꝛ ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meā. C Dicit ei pilatus. S Quid est veritas. C Et cum hoc dixisset: iterum exiuit ad eos ꝛ dixit eis. S Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis: vt vnum dimittam vobis in pascha. Uultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? C Clamauerunt omnes dicentes. S Non hunc sed barrabam. C Erat autem barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pilatus iesum: ꝛ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capitī eius: ꝛ veste purpurea circumdederunt eum: ꝛ veniebant ad eū: ꝛ dicebant. S Aue rex iudeorum. C Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras ꝛ dicit eis. S Ecce adduco vobis

euz foras vt cognoscatis: q̃a nullam cāz inuenio in eo. C Exijt
ergo iesus portans spineam coronam ꝛ purpureuz vestimentū.
Et dicit eis. S Ecce homo. C Cum ergo vidissent eū pon/
tifices ꝛ ministri clamabant dicētes. S Crucifige crucifige eū.
C Dicit eis pilatus. S Accipite eum vos: ꝛ crucifigite. Ego
enim non inuenio in eo causaz. C Rn̄derunt ei iudei. S Nos
legem habemus ꝛ ſm legem debet mori: quia filium dei se fecit.
C Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem magis timuit.
Et ingressus est pretorium iteruz: ꝛ dicit ad iesum. S Unde es
tu? C Jesus autem responsum non dedit ei. C Dicit ergo ei
pilatus. S Mihi non loqueris. Nescis quia potestatē habeo
crucifigere te: ꝛ potestatem habeo dimittere te. C Respondit
iesus. ✠ Non haberes potestatem aduersus me vllam: nisi da/
tum tibi esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi maius
peccatum habet. C Et exinde querebat pilatus dimittere euz.
Judei ergo clamabant dicentes. S Si hunc dimittis: non es
amicus cesaris. Omnes enim qui se regem facit contradicit ce/
sari. C Pilatus ergo cum audisset hos sermones adduxit fo/
ras iesum: ꝛ sedit pro tribunali in loco qui dicitur litostratos: he/
braice vero gabatha. Erat autem parasceue hora quasi sexta:
ꝛ dicit iudeis. S Ecce rex vester. C Illi autem clamabant.
S Tolle tolle crucifice eum. C Dicit eis pilatus. S Regem
vestrum crucifigam? C Responderūt pontifices. S Non ha
bemus regem nisi cesarem. C Tunc ergo tradidit eis illum: vt
crucifigeretur. Susceperunt autem iesum: ꝛ eduxerunt. Et ba/
iulans sibi crucem: exiuit in eum qui dicitur caluarie locus: he/
braice autem golgota: ꝛ ibi eum crucifixerunt. Et cum eo alios
duos hinc ꝛ hinc. Scripsit autem tituluz pilatus: ꝛ posuit super
crucem. Erat autez scriptum: Jesus nazarenus rex iudeorum.
Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum: quia prope ciuita
tem erat locus vbi crucifixus est iesus. Erat autez scriptum: he/
braice: grece: ꝛ latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeoꝝ.
S Noli scribere rex iudeorum: sed quia dixit rex sum iudeoꝝ.
C Respondit pilatus. S Quod scripsi scripsi. C Milites
ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta sua ꝛ fece/

runt quātuor partes: vnicuiqꝫ militi partem. Et tunicaꝫ. Erat autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totū. Dixerunt ergo adinuicem. S. Non scindamus eam: sed sortiamur de ea cuius sit. C. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hoc fecerunt. Stabat autem iuxta crucem iesu mater eius: ⁊ soror matris eius maria cleophe: ⁊ maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem ⁊ discipulum stantem queꝫ diligebat: dicit matri sue. ✠ Mulier ecce filius tuus. C. Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. C. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Postea sciens iesus: quia iam omnia consummata sunt vt consummaretur scriptura dicit. ✠ Sitio. C. Uas ergo positum erat aceto plenuꝫ. Illi autem spongiam aceto circūponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum dixit. ✠ Consummatū est. C. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo quoniam parasceue erat: vt nō remanerent in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati: rogauerunt pilatuꝫ vt frangerentur eoꝝ crura ⁊ tollerentur. Uenerunt ergo milites ⁊ primi quidem fregerūt crura: ⁊ alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum autem cum venissent ⁊ vidissent euꝫ iam mortuum: non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: ⁊ cōtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testimoniuꝫ perhibuit: ⁊ verū est testimoniū eius. Et ille scit: qa vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta sunt eniꝫ hec vt scriptura impleretur dicens: Os nō comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerunt.

Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia: eo quod esset discipulus iesu: occultus autem propter metū iudeorum: vt tolleret corpus iesu. Et permisit pilatus. Uenit ergo ⁊ tulit corpus eius. Uenit autem ⁊ nichodemus qui venerat ad iesum nocte primum ferens myrrhe ⁊ aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus iesu ⁊ ligauerunt euꝫ lintheis cum aromatibus sicut mos es iudeis sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus est ortus: ⁊ in orto monumentum nouum: in quo nundum quisqꝫ positus erat. Ibi ergo ꝓpter parasceuen iudeorum: quia iuxta erat monumentum posuerunt iesum.

¶ Sermo domini nostri Jesu christi ante passionem habitus coram apostolis. Capi. xviij.

Ante diez festum pasce: sciens iesus: quia venit eius hora: vt transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos: qui erant in mundo: in fine dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas simonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus: ꝛ quia a deo exiuit: ꝛ ad eum vadit: surgit a cena: ꝛ ponit vestimenta sua. Et cuz accepisset lintheum: precinxit se. Deinde misit aquaz in peluim: ꝛ cepit lauare pedes discipulorũ: ꝛ extergere lintheo: quo erat precinctus. Uenit ergo ad simonẽ petrũ. Et dicit ei petrus. S Domine tu mihi lauas pedes? Respondit iesus: ꝛ dixit ei. ✠ Quod ego facio tu nescis modo: scies autẽ postea. C Dicit ei petrus. S Non lauabis mihi pedes in eternũ. C Respondit ei iesus. ✠ Si non lauero te: non habebis partem mecum. C Dicit ei simon petrus. S Domine non tantum pedes meos: sed ꝛ manus ꝛ caput. C Dicit ei iesus. ✠ Qui lotus est: non indiget: nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. C Sciebat enim quisnam esset: qui traderet euz: propterea dixit: non estis mundi omnes. Postq̃ꝫ ergo lauit pedes eorũ: accepit vestimenta sua: ꝛ cum recubuisset: iteruz dicit eis. ✠ Scitis quid fecerim vobis? Uos vocatis me magister ꝛ domine ꝛ bene dicitis. Sum eteniz. Si ergo ego laui pedes vestros dominus ꝛ magister: ꝛ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis: ita ꝛ vos faciatis. Amen amẽ dico vobis: nõ est seruꝰ maior domino suo: neqꝫ apostolus maior eo: qui misit illuz. Si hec scitis: beati eritis: si feceritis ea. Non de omnibꝰ vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed vt impleat̃ scriptura. Qui manducat meum panem: leuabit contra me calcaneum suũ. Amodo dico vobis priusq̃ꝫ fiat: vt cum factum fuerit credatis: quia ego sum. Amen amen dico vobis: qui accipit si quem misero me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui me misit. C Cum hec dixisset iesus: turbatus est spiritu: ꝛ protestatus est: ꝛ dixit. ✠ Amẽ amẽ dico vobis: q̃a vnus ex vobis tradet me. C Aspiciebant ergo adinuicem: hesitantes de quo diceret. Erat autem

recūbēs vnus ex discipuli eius in sinu iesu: quē diligebat iesus. Innuit ergo huic simon petrus: ꝛ dixit ei. S Quis est de quo dicit? C Itaqꝫ cum recubuisset ille supra pectus iesu: dixit ei. S Domine quis est qui tradet te? C Respondit iesus. ✠ Ille est cui ego intinctum panem porrexero. C Et cum intinxisset panem: dedit iude simonis scariothis. Et post bucellaꝫ: tunc introiuit in illum sathanas. Et dicit ei iesus. ✠ Quod facis: fac citius. C Hoc autem nemo sciuit discumbentium: ad qd dixerit ei. Quidam autem putabant: quia loculos habebat iudas: quia dicit ei iesus: eme ea que opus sunt nobis ad diem festū: aut egenis aliquid daret. Cum ergo accepisset ille bucellam: exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset: dicit iesus. ✠ Nunc clarificatus est filius hōis: ꝛ deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo: ꝛ deus clarificauit euꝫ in semetipso: ꝛ continuo clarificabit eū. Filioli adhuc modicuꝫ vobiscū sum. Queretis me: ꝛ sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos nō potestis venire. Et vobis dico modo: Mandatum nouū do vobis: vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos: vt ꝛ vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent oēs: qa mei discipuli estis: si dilectionē habueritis adinuicem. C Dicit ei simon petrus. S Domine quo vadis? Respondit iesus. ✠ Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autē postea. C Dicit ei petrus. S Quare nō possuꝫ te modo sequi? Animā meaꝫ pro te ponam. C Respōdit ei iesus. ✠ Animā tuā pro me pones? Amen amē dico tibi: non cantabit hodie gallus: donec ter me neges. C Et ait discipulis suis. ✠ Nō turbet cor vestrū: creditis in deū ꝛ in me credite. In domo pr̄is mei mansiones multe sunt. Si quo minus: dixissem vobis: qa vado parare vobis locū. Et si abiero ꝛ pparauero vobis locū: iteꝝ veniam ad vos: ꝛ accipiā vos ad meipsuꝫ: ꝛ vbi suꝫ ego ꝛ vos scitis: ꝛ quo ego vado scitis: ꝛ viaꝫ scitis. C Dicit ei thomas. S Dn̄e: nescimus quo vadis. Et qūo possum⁹ viā scire? C Dicit ei iesus. ✠ Ego sum via veritas ꝛ vita. Nemo venit ad patrē: nisi per me. Si cognouiscetis me: ꝛ pr̄eꝫ meū vtiqꝫ cognouiscetis: ꝛ amodo cognoscetis eū: ꝛ vidistis eū. C Dicit ei philippus. S Dn̄e ostēde nobis pr̄eꝫ: ꝛ sufficit nobis. C Dicit ei iesus. ✠ Tanto tp̄e vobiscum sum: ꝛ nō cognouistis me?

Philippe qui videt me videt & patrē. Quō tu dicis ostende no/
bis patrem? Non credis qa ego in prē: & pater in me est? Verba
que loquor vobis: a meipso nō loquor. Pater aūt in me manēs
ipse facit opa. Nō creditis qa ego in prē: & pater in me est? Alio/
quin: ppter opa ipsa credite. Amen amen dico vobis: q credit in
me: opa que ego facio & ipse faciet: & maiora hoꝝ faciet: qa ego
ad patrē vado. Et qdcūqȝ petieritis prēȝ in noīe meo: hoc faciā
vt glorificet pater in filio. Si qd petieritis prēȝ in noīe meo: hoc
faciam. Si diligitis me: mādata mea seruate: & ego rogabo pa/
treȝ: & aliū paraclituȝ dabit vobis: vt maneat vobiscū in eternuȝ
spirituȝ veritatis: quē mundus non pōt accipere: qa nō vidit eū:
nec scit eum. Vos autē cognoscetis eum: qa apud vos manebit:
& in vobis erit. Non relinquaȝ vos orphanos: veniam ad vos.
Adhuc modicū: & mundus me iam nō videt. Vos auteȝ videtis
me: qa ego viuo & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis: quia
ego in patre meo: & vos in me: & ego in vobis. Qui habet māda/
ta mea: & seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autē diligit me dili/
get a prē meo: & ego diligā eū: & manifestabo ei meipsuȝ. C. Di/
cit ei iudas nō ille scbariotbis. S. Domine quid factuȝ est: quia
nobis manifestaturus es teipsuȝ: & nō mundo? C. Respondit ei
iesus: & dixit. ✠ Si qs diligit me sermonē meuȝ seruabit. Et pa
ter meus diliget euȝ: & ad euȝ veniemus & mansionē apud euȝ fa
ciem⁹. Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermo/
nem queȝ audistis nō est meus: sed eius qui misit me prīs. Hec
locutus suȝ vobis: apud vos manēs. Paraclitus autē spūs san/
ctus queȝ mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa: & sugge/
ret vobis oīa quecūqȝ dixero vobis. Paceȝ relinquo vobis: pa
cem meā do vobis. Non qūo mundus dat ego do vobis. Non
turbet cor vestruȝ: neqȝ formidet. Audistis quia ego dixi vobis:
vado & venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiqȝ quia
vado ad prēȝ: qa pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ȝ
fiat: vt cū factuȝ fuerit credatis. Jam nō multa loquar vobiscū:
venit enim princeps mundi huius: & in me nō habet qcq̄ȝ. Sed
vt cognoscat mundus: qa diligo patreȝ: & sicut mandatum dedit
mihi pater sic facio. Surgite eam⁹ hinc. Ego sum vitis vera: &
pater meus agricola est. Oēm palmitem in me nō ferentem fru/

ctum:tollet eum pater:⁊ oēm qui fert fructū purgabit eū:vt fru-
ctum plus afferat. Jam vos mundi estis ꝓpter sermonē quem
locutus sum vobis. Manete in me:⁊ ego in vobis. Sicut pal-
mes nō potest ferre fructū a semetipso:nisi manserit in vite:sic ⁊
vos:nisi in me manseritis. Ego sum vitis:⁊ vos palmites. Qui
manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multum:qa sine me nihil
potestis facere. Si qs in me nō manserit : mittet̃ foras sicut pal-
mes ⁊ arescet:⁊ colligent eum ⁊ in ignē mittent:⁊ ardet. Si mā
seritis in me:⁊ verba mea in vobis māserint:qđcūqȝ volueritis
petetis ⁊ fiet vobis. Jn hoc clarificatus est pater meus : vt fru-
ctum plurimū afferatis:⁊ efficiamini mei discipuli. Sicut dile-
xit me pater:⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si
ꝑcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea:sicut ⁊ ego
patris mei ꝑcepta seruaui ⁊ maneo in eius dilectiōe. Hec locu-
tus sum vobis:vt gaudiuȝ meū in vobis sit:⁊ gaudiuȝ vestrū im-
pleat̃. Hoc est preceptum meuȝ:vt diligatis inuicem sicut dilexi
vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet:vt animā suā ponat
qs pro amicis suis. Uos amici mei estis:si feceritis que ego pre-
cipio vobis. Jam nō dicam vos seruos:qa seruus nescit quid fa
ciat dn̄s eius. Uos aūt dixi amicos : qa omnia quecūqȝ audiui a
patre meo nota feci vobis. Non vos me eligistis : sed ego elegi
vos:⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis:⁊ fructus vester ma-
neat. Et qđcūqȝ petieritis patrem in noīe meo det vobis. Hec
mando vobis:vt diligatis inuiceȝ. Si mundus odit vos:scitote
quia me prioreȝ vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis:mun
dus quod suū erat diligeret. Quia vero de mūdo nō estis:sȝ ego
elegi vos de mūdo:ꝓpterea odit vos mūdus. Mementote ser-
monis mei:quem ego dixi vobis. Nō est seruus maior dn̄o suo.
Si me persecuti sunt:⁊ vos persequent̃. Si sermonē meuȝ ser-
uauerunt : ⁊ vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis
propter nomen meū:quia nesciunt euȝ : qui misit me. Si nō ve-
nissem:⁊ locut⁹ eis nō fuissem:peccatū non haberent. Nunc aūt
excusationem nō habent de peccato suo. Qui me odit:⁊ patrem
meum odit. Si opera non fecissem in eis:que nemo alius fecit:
peccatū non haberent. Nunc autē ⁊ viderunt:⁊ oderunt:⁊ me:⁊
patreȝ meū. Sed vt impleat̃ sermo qui in lege eoꝝ scriptus est.

Quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit paracli-
tus: quez ego mittam vobis: a patre spiritum veritatis: qui a pa-
tre procedit: ille testimoniuz perhibebit de me: ⁊ vos testimoniū
perhibebitis: quia ab initio mecū estis. Hec locutus suz vobis:
vt nō scandalizemini. Absqz synagogis facient vos. Sed venit
hora: vt omnis qui interficit vos: arbitret̄ obsequiuz se prestare
deo. Et hec facient vobis: qa nō nouerunt patrē neqz me. Sed
hec locutus sum vobis: vt cuz venerit hora eoꝝ reminiscamini:
quia ego dixi vobis. Hec autem ab initio non dixi: qa vobiscum
eram. Et nunc vado ad eum qui misit me: ⁊ nemo ex vobis in-
terrogat me: quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristi-
tia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatē dico vobis: expedit
vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus nō veniet
ad vos. Si autē abiero: mittam euz ad vos. Et cuz venerit ille:
arguet mundum de peccato: ⁊ de iustitia: ⁊ de iudicio. De pecca-
to quidez: quia non crediderunt in me. De iustitia vero: quia ad
patrem vado: ⁊ iam nō videbitis me. De iudicio autē: quia prin-
ceps mūdi huius iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis
dicere: sed nō potestis portare modo. Cum autē venerit ille spi-
ritus veritatis: docebit vos omnem veritatē. Non enim loque-
tur a semetipso: sed quecūqz audiet loquet̄: ⁊ que ventura sunt
annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ⁊
annunciabit vobis. Oia quecūqz habet pater: mea sunt. Pro-
pterea dixi: qa de meo accipiet: ⁊ annunciabit vobis. Modicuz
⁊ iaz nō videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me: qa vado ad
patrē. C Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicē. S Quid
est hoc qd̄ dicit nobis: modicū ⁊ nō videbitis me: ⁊ iteruz modi-
cum ⁊ videbitis me: ⁊ quia vado ad patrez? C Dicebant ergo.
S Quid est hoc qd̄ dicit nobis modicuz? Nescimus qd loquit̄.
C Cognouit aūt iesus: qa volebant eū interrogare: ⁊ dixit eis.
✠ De hoc queritis inter vos: qa dixi modicum: ⁊ non videbitis
me: ⁊ iterū modicuz ⁊ videbitis me: ⁊ qa vado ad patrez? Amen
amen dico vobis: qa plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus aūt gau-
debit. Vos autez cōtristabimini: sed tristitia vestra vertet̄ in gau-
dium. Mulier cū parit: tristitiā habet: qa venit hora eius. Cum
autē peperit filiuz: iam nō meminit pressure ꝓpter gaudium: qa

natus est homo in mundu3. Et vos igit: nunc qdez tristitiã habe/tis. Jterũ aũt videbo vos: ⁊ gaudebit cor vestrũ. Et gaudiũ ve/strum nemo tollet a vobis. Et in illo die me non interrogabitis quicq̃3. Amen amẽ dico vobis: si qd petieritis p̃ẽ3 in noie meo: dabit vobis. Usq3 modo nõ petistis quicq̃3 in noie meo. Petite ⁊ accipietis: vt gaudium vestrũ sit plenũ. Hec in prouerbijs lo/cutus sum vobis. Uenit hora: cum iam nõ in prouerbijs loquar vobis: sed pala3 de patre annunciabo vobis. Jn illo die in noie meo petetis. Et nũc dico vobis: qa ego rogabo p̃ẽ3 de vobis. Jpse eni3 pater amat vos: qa vos me amastis ⁊ credidistis: qa ego a deo exiui. Exiui a patre: ⁊ veni in mundu3. Jteꝝ relinquo mũdu3 ⁊ vado ad patrẽ. C Dicunt ei discipuli eius. S Ecce nunc pala3 loqueris: ⁊ ꝓuerbiu3 nullum dicis. Nunc scimus qa scis omnia: ⁊ nõ est opus tibi vt qs te interroget. Jn hoc credi/mus: qa a deo existi. C Respõdit ei iesus. ✠ Modo creditis? Ecce venit hora ⁊ ia3 venit vt dispergamini vnusquisq3 in pro/pria: ⁊ me solum relinquatis. Et nõ sum solus: qa pater mecu3 est. Hec locutus sum vobis: vt in me pacẽ habeatis. Jn mũdo pressuram habebitis: sed cõfidite qa ego vici mundu3. C Hec locutus est iesus: ⁊ subleuatis oculis in celu3 dixit. ✠ Pater ve/nit hora: clarifica filiu3 tuũ: vt filius tuus clarificet te. Sicut de/disti ei potestatẽ ois carnis: vt omne qd̃ dedisti ei: det eis vitam eternã. Hec est aũt vita eterna: vt cognoscant te solu3 verũ deũ: ⁊ quẽ misisti iesum christũ. Ego clarificaui te sup terra3: opus cõ/summaui qd̃ dedisti mihi vt facia3. Et nũc clarifica me p̃r apud temetipsu3: claritate quã habui p̃usq̃3 mũdus fieret. Pater ma/nifestaui nomen tuum hoĩbus: quos dedisti mihi de mũdo. Tui erant: ⁊ mihi eos dedisti: ⁊ sermonẽ tuũ seruauerũt. Nũc cogno/uerunt qa oĩa que dedisti mihi abs te sunt: qa verba que dedisti mihi: dedi eis: ⁊ ipsi acceperunt. Et cognouerunt vere: quia a te exiui: ⁊ crediderũt: quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: nõ pro mũdo rogo: s3 pro his quos dedisti mihi: qa tui sunt. Et mea oĩa tua sunt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ clarificat⁹ su3 in eis. Et iam nõ sum in mũdo: ⁊ hi in mũdo sunt: ⁊ ego ad te venio. P̃r sancte serua eos in noie tuo quos dedisti mihi: vt sint vnũ: sicut ⁊ nos. Cũ esse3 cũ eis: ego s̃uabã eos in noie tuo: q̃s dedisti mihi custodiui: ⁊ nemo

ex eis perijt: nisi filius pditionis: vt scriptura impleat. Nunc aũt ad te venio: ⁊ hec loquor in mũdo: vt habeãt gaudiũ meũ impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuũ: ⁊ mũdus eos odio habuit: qa nõ sunt de mũdo sicut ⁊ ego nõ sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mũdo: sꝫ vt serues eos a malo. De mũdo nõ sunt: sicut ⁊ ego de mũdo nõ suꝫ. Pater sancte sctifica eos in veritate: qa sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mũdũ: ⁊ ego misi eos in mũduꝫ: ⁊ pro eis ego sctifico meipsum: vt sint ⁊ ipsi sctificati in veritate. Nõ pro his autẽ rogo tm̃: sed ẽt pro his qui credituri sunt per verbũ eoꝝ in me: vt ⁊ oẽs vnũ sint: sicut tu pater in me ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnuꝫ sint: vt mũdus credat: qa tu me misisti. Et ego claritateꝫ quã dedisti mihi: dedi eis: vt vnũ sint: sicut ⁊ nos vnũ sumus. Ego in eis ⁊ tu in me: vt sint cõsummati in vnũ: ⁊ cognoscat mũdus: qa tu me misisti: ⁊ dilexisti eos sicut ⁊ me dilexisti. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego suꝫ: ⁊ illi sint mecũ: vt videãt claritatẽ meã: quã dedisti mihi: ⁊ dilexisti me ante mũdi cõstitutionẽ. Pr̃ iuste: mũdus te nõ cognouit. Ego aũt cognoui te: ⁊ hi cognouerũt: quia tu me misisti. Et notũ feci eis nomẽ tuũ: ⁊ notuꝫ faciã: vt dilectio q̃ dilexisti me in ipsis sit: ⁊ ego in ipsis. Predicte oẽones ⁊ suffragia dicẽda sũt plus ⁊ min⁹ ſm ꝙ necessariũ fuerit: qꝛ aliq i extremis laborãt longiori tpe aliq breuiori: ⁊ ſꝫ h̃ legẽda sunt suprascripta i totũ vel in pte.

De officio faciẽdo post egressuꝫ aie de corpe. Ca. xviij.

Egressa aũt anima dicit hoc. ℟. Subuenite sancti dei: occurrite angeli domini: Suscipientes animã eius. Offerentes eaꝫ in cõspectu altissimi. ℣. Suscipiat te christus qui vocauit te: ⁊ in sinũ habrahe angeli deducant te: Suscipientes. ℣. Requiem eternam dona ei⁹ dñe: ⁊ lux perpetua luceat ei. Offerentes eã. Deinde Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Postea Pater nr̃. Et ne nos. ℣. Requiem eternã dona ei dñe. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animã eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio

Tibi domine cõmendamus animam famuli tui. N. vt defunctus seculo: tibi viuat: ⁊ que per fragilitatẽ humane cõuersationis peccata cõmisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Commendamus

Commendamus domine animam famuli tui: in manibus sanctoꝝ abraam ysaac iacob ⁊ omnium patriarcharum. Commendamus domine animam famuli tui: in manibus sanctoꝝ petri ⁊ pauli ⁊ ioannis ⁊ omnium apostoloꝝ. Commendamus domine animam famuli tui: in manibus sanctoꝝ stephani laurentij ⁊ blasij ⁊ omniũ sanctoꝝ martyrum. Commendamus domine animam famuli tui: in manibus sanctoꝝ siluestri martini ⁊ N. ⁊ oium confessoꝝ. Commendamus domine animã famuli tui: in manibus sanctoꝝ benedicti egidij ⁊ antonij ⁊ oium sanctoꝝ monachoꝝ. Commendamus domine animam famuli tui: in manibus sanctarum virginũ marie matris domini agnetis cecilie N. ⁊ catherine omnium virginum tuarum. Commẽdamus domine in manus tuas spiritũ famuli tui: ne princeps ei noceat tenebrarũ: sed tu domine misericorditer eum protegas in secula seculoꝝ. ℟. Amen. Tunc illi quibus iniunctũ fuerit lauent corpus postea induant eum paramẽtis suis ordinis ⁊ ponant eũ in feretro. Et sacerdos simpliciter dicat Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. secreto ℣. Et ne nos iducas. ℟. Sed libera nos. ℣. In memoria eterna erit iustus. ℟. Ab auditiõe mala non timebit. ℣. Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Suscipe domine animam famuli tui. N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: ⁊ libera eum de locis penarum: vt quietis ⁊ lucis eterne beatitudine perfruatur: ⁊ inter sanctos ⁊ electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De latio corporis defuncti ad ecclesiam. Capitu. xix.

Deinde sacerdos ⁊ clerici ordinate vadunt ⁊ corpus portent in ecclesiam cantando hoc responsoriũ. Subuenite. vt infra ℣. Suscipiat te. ⁊ ℣. Requiem eternam. Deposito corpore in ecclesia vel alia hora congruenti sacerdotes ⁊ clerici preparent se ad cantandum vigiliam. Duo clerici incipiant absolute

sicut decet inuitatorium. **Regem cui omnia viuunt.** Psalmus. **Venite exultemus domino.** Et solenniter cantent totam vigiliam. Require infra fo. Interim sacerdos cũ ministris preparet se: ⁊ decantetur missa solẽniter ⁊ ordinate si tempus cõgruũ fuerit.

¶ De officio sepulture sacerdotis vel clerici defuncti. Ca.xx.


Finita missa sacerdos sine casula cum pluuiali ⁊ ministris subdiaconus cum cruce ⁊ omnes alij in gradu suo veniant ordinate cum luminaribus incenso ⁊ aqua benedicta: ⁊ stent in circuitu feretri in modum rote: ⁊ sacerdos a capite incipiat absolute hanc orationem sine **Oremus.**




Non intres in iudicium cuꝫ seruo tuo domine: quia nullus apud te iustificabit homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio: nõ ergo euꝫ quesumus tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei christiane cõmendat: sed gratia tua illi succurrente: mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret insignitus est signaculo sancte trinitatis. Qui viuis ⁊ regnas deus in secula seculorum. ℟. **Amen.**

Post istam orationẽ statim cantor incipiat sequẽs respõsoriũ.







Et dum cantatur Responsorium: sacerdos accipiat thuribulum de manu ministri: & incenset corpus. Finito responsorio: cantor cum primo choro dicit Kyrieleison.




Et secundus chorus dicat.



Deinde voces simul dicant.



Et eo finito: sacerdos dicat alta voce.



Quo in silentio dicto: subiungat ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum. Oratio.

Deus cui omnia viuunt: ⁊ cui non pereunt moriendo corpora nostra: sed mutantur in melius: te supplices exoramus: vt suscipi iubeas animam famuli tui. N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: per manus sanctorũ angelorum tuorum deducendam in sinum amici tui abrahe patriarche: resuscitandamqz in nouissimo iudicij magni die: vt quicquid viciorum diabolo fallente contraxit: tu pius ⁊ misericors abluas indulgendo. Per dominum nostrum iesum christum filium tuũ: qui tecum viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Finito responsorio cantor incipiat Responsorium.







Dum cantatur supradictum Responsorium: accipiat sacerdos thuribulum, vt supra Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison., et Pater noster. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Hac quesumus domine hanc cum seruo[a] tuo[a] defuncto[a] misericordiam: vt factorum suorum in penis non recipiat vicem qui[c] tuam in votis tenuit voluntatem: vt sicut hic eum[a] vera fides iunxit fidelium turmis: ita illic eum[a] tua miseratio societ angelicis choris. Per christum dominum nostrum: qui in trinitate perfecta viuit et regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Deinde cantor incipiat responsorium.





Quando ce li mo uen di sunt ⁊ ter ra.
Dum ve ne ris iu di ca re
se culum per i gnem. ℣. Tremens fa ctus
sum e go: ⁊ ti me o dum di scu ssi o ve ne
rit at q; ven tu ra i ra. Quando ce li
li mo uen di sunt. ℣. Di es il la di es ire:
ca la mi ta tis et mi se ri e: dies magna et a
ma ra val de. Dum ve ne ris. ℣. Requiem
e ter nam do na e i do mi ne: et lux per pe



Et reincipitur ℟. Libera me dñe. Et dum cantatur accipiat sacerdos thuribulum vt supra. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Et Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aïaz eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.


Absolue quesumus domine animaz famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ peccata que per fragilitatẽ carnis humana conuersatione commisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominũ nostrum. ℟. Amen.

Finita oratione predictus sacerdos precipiat portitoribus vt accipiant feretrum. Illi autẽ accipiẽtes deportent defunctũ ad tumuluz. Et dum portatur clerici cantent subsequẽtes antiphonas.



Cum autem peruentum fuerit ad tumulum cantatis antipho-
nis dicat sacerdos absolute hanc orationem sequentem.

Deus qui fundasti terram: formasti celos: qui loca syderi-
bus stabilita fecisti: qui captiuum laqueo mortis hominē
lauacri ablutione reparasti: qui sepultos abraam isaac ⁊ iacob in
spelunca duplici in libro vite atq3 totius glorie principes annota
sti benedicendos: ita bene ✠ dicere digneris ⁊ hunc tumulum fa
muli tui. N. vt hic eiꝫ requiescere facias: ⁊ in sinu abrahe isaac
⁊ iacob collocare digneris: qui dominum nostrum iesum christū
contritis laqueis infernoꝝ se suorūq3 membra in se credentium
resurgere ⁊ resuscitare voluisti: respice domine super hanc fa-
bricam sepulture: descendat ad eam domine spiritus tuus san-
ctus: vt te iubēte: sit in hoc loco famulo tuo. N. quieta dormitio:
⁊ tempore iudicij tui cum sanctis oībus vera resuscitatio. Pre-
stante dn̄o nostro iesu christo qui tecum ⁊ cuz spiritu sancto viuit
⁊ regnat in secula seculorum. R. Amē. Dicta oratione sacer-
dos accipiat aquam benedictā ⁊ aspergat corpus defuncti ⁊ tu-
mulum ⁊ similiter incenset. His peractis in persona defuncti di-
cat hec añ. Aperite mihi portas. Et cantor eā incipiat antiphonā.



Psal.

Confitemini domino qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericor-
dia eius. Dicat nunc israel: qm̄ bonus: qm̄ in seculum mi
sericordia eius. Dicat nunc domus aaron: qm̄ in seculum mise
ricordia eius. Dicant nunc qui timent dominum: qm̄ in seculuz
misericordia eius. De tribulatione inuocaui dn̄m: ⁊ exaudiuit
me in latitudine dn̄s. Dominus mihi adiutor: non timebo quid
faciat mihi homo. Dn̄s mihi adiutor: ⁊ ego despiciā inimicos
meos. Bonum est sperare in domino: q̄3 sperare in principibꝰ.
Omnes gentes circūdederunt me: ⁊ in noīe dn̄i quia vltus sum
in eos. Circundantes circūdederunt me: ⁊ in noīe domini quia
vltus sum in eos. Circundederudt me sicut apes: ⁊ exarserunt
sicut ignis in spinis: ⁊ in nomine dn̄i quia vltus suz in eos. Im-
pulsus euersus sum vt caderem: ⁊ dn̄s suscepit me. Fortitudo

mea ⁊ laus mea: dñs: ⁊ factus est mihi in salutē. Vox exultatio-
nis ⁊ salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Dextera dñi fecit virtutem
dextera dñi exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. Non
moriar sed viuam ⁊ narrabo opera domini. Castigans castiga-
uit me dominus: ⁊ morti non tradidit me. Aperite mihi por-
tas iustitie: ⁊ ingressus in eas confitebor domino: hec porta do-
mini iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudisti
me: ⁊ factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerūt
edificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factuꝫ est
istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris. Hec dies quam fecit dñs:
exultemus ⁊ letemur in ea. O domine saluum me fac: o domi-
ne bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini: deus dominus ⁊ illuxit
nobis. Constituite diem solennem in condensis: vsqꝫ ad cornu
altaris. Deus meus es tu: ⁊ confitebor tibi: deus meus es tu ⁊
exaltabo te. Confitebor tibi qm̄ exaudisti me: ⁊ factus es mihi
in salutem. Confitemini domino qm̄ bonus: quoniam in secu-
lum misericordia eius. Requiem eternam: dona ei domine.




Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquaruꝫ: ita
desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad
deum fontem viuum: quando veniam ⁊ apparebo ante faciem
dei. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicit
mihi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum ⁊ effudi
in me animā meam: quoniam transibo in locum tabernaculi ad-
mirabilis vsqꝫ ad domum dei. In voce exultationis ⁊ cōfessio-
nis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare con-
turbas me. Spera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: salutare vul-
tus mei ⁊ deus meus. Ad meipsum aīa mea cōturbata est: pro-

pterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermonij a monte mo-
dico. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarũ tuarum.
Oĩa excelsa tua ⁊ fluctus tui: sup me trãsierũt. In die mãdauit
dñs misericordiam suaz: ⁊ nocte canticũ eius. Apud me oratio
deo vite mee: dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es
mei: ⁊ quare tristis incedo: dum affligit me inimicus. Dum cõ-
fringunt ossa mea: exprobrauerũt mihi qui tribulant me inimici
mei. Duz dicũt mihi p singulos dies vbi est deus tuus: quare tri
stis es aĩa mea: ⁊ quare cõturbas me. Spera in deo qm̃ adhuc
cõfitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus. Requiẽ eternã.



Añ. Ingrediar in locum tabernacu li admirabi lis vsqz ad mõ



tem de i. Añ. Hec re qui es me a. E u o u a e. Ps.

Memento domine dauid: ⁊ oĩs mansuetudinis eius. Si-
cut iurauit domino: votuz vouit deo iacob. Si introiero
in tabernaculuz domus mee: si ascendero in lectũ strati mei. Si
dedero somnum oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitationez.
Et requiem temporibus meis donec inueniam locuz domino:
tabernaculum deo iacob. Ecce audiuimus eum in ephrata: in-
uenimus eam in campis silue. Introibimus in tabernaculum
eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Surge do-
mine in requiem tuam: tu ⁊ archa sanctificationis tue. Sacer-
dotes tui induant iustitiam: ⁊ sancti tui exultent. Propter dauid
seruum tuum: nõ auertas faciem christi tui. Iurauit dominus
dauid veritatem ⁊ non frustrabitur eum: de fructu ventris tui po
nam super sedem tuã. Si custodierint filij tui testamentũ meũ:
⁊ testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eoꝝ vsqz in secu
lum: sedebunt super sedem tuã. Quoniaz elegit dominus sion:
elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculuz se-
culi: hic habitabo quoniam elegi eam. Uiduam eius benedi-
cens benedicã: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes


eius induam salutari: ꝛ sancti eius exultatiōe exultabūt. I lluc
producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. I nimi-
cos eius induam cōfusione: super ipsum autē efflorebit sanctifi-
catio mea. R equiem eternā dona ei domine. Antiphona.



ps.

D Omine probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessio-
nem meam ꝛ resurrectionem meam. I ntellexisti cogi-
tationes meas de longe: semitam meam: ꝛ funiculum meum in-
uestigasti. E t omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo
in lingua mea. E cce domine tu cognouisti omnia nouissima ꝛ
antiqua: tu formasti me ꝛ posuisti super me manum tuam. M i-
rabilis facta est scientia tua ex me: confortata est ꝛ nō potero ad
eam. Q uo ibo a spiritu tuo: ꝛ quo a facie tua fugiā. S i ascē-
dero in celum tu illic es: si descendero in infernum ades. S i
sumpsero pennas meas diluculo: ꝛ habitauero in extremis ma-
ris. E tenim illuc manus tua deducet me: ꝛ tenebit me dextera
tua. E t dixi forsitan tenebre conculcabunt me: ꝛ nox illumina-
tio mea in delitijs meis. Q uia tenebre non obscurabuntur a te:
ꝛ nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita ꝛ lumē eius.
Q uia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris
mee. C onfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mira-
bilia opera tua ꝛ anima mea cognoscet nimis. N on est occul-
tatum os meum a te quod fecisti in occulto: ꝛ substantia mea in
inferioribus terre. I mperfectum meum viderunt oculi tui: ꝛ in
libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur ꝛ nemo in eis.


M ibi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eoꝝ. D inumerabo eos: ⁊ sup arenā multiplicabunt: exurrexi ⁊ adhuc sum tecū. S i occideris deꝰ peccatores: viri sanguinū declinate a me. Q uia dicitis in cogitatiōe: accipiant in vanitate ciuitates suas. N onne qui oderūt te dn̄e oderam: ⁊ super inimicos tuos tabescebā. P erfecto odio oderam illos: ⁊ inimici facti sunt mihi. P roba me deus ⁊ scito cor meum: interroga me ⁊ cognosce semitas meas. E t vide si via iniqtatis in me est: ⁊ deduc me in via eterna. R equiem eternā.






D Omine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. E t non intres in iudicium cum seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Q uia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. C ollocauit me in obscuris: sicut mortuos seculi ⁊ anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. M emor fui dierum antiquoꝝ: meditatus sum in omnibus operibus tuis: ⁊ in factis manuum tuarum meditabar. E xpandi manus meas ad te: aīa mea sicut terra sine aqua tibi. V elociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. N on auertas faciem tuam a me: ⁊ similis ero descendentibus in lacum. A uditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. N otam fac mihi viā in qua ambulem: quia ad te leuaui animā meam. E ripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatē tuam: quia deus meus es tu. S piritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum dn̄e viuificabis me in equitate tua. E duces de tribulatiōe animā meā: ⁊ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. E t perdes omnes qui tribu-

lant animam meam: quoniaz ego seruus tuus sum. R equiem eternam dona eis domine. Antiphona.



Non in tres in iu di ci um cum ser uo



tu o do mi ne: qui a non iu sti fi ca bi tur




in con spectu tu o om nis vi uens. Antiphona.




Omnis spi ri tus. E u o u a e. Psalmus.

L audate dominum de celis: laudate eum in excelsis.



Aña. Omnis spi ri tus lau det do mi num.



Aña Ego sum. E u o u a e. Canticum.


B enedictus dominus deus israel: quia visita. Aña.



Ego sum re sur re ctio et vita: qui credit in me



e ti am si mortuus fu e rit viuet: ꝛ omnis qui viuit ꝛ credit



Et interim dum iste infrascripte antiphone cum suis psalmis cantantur: sacerdos dicat has sequentes orationes.

Oremus fratres carissimi pro spiritu fratris nostri. N. quē dominus de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulture traditur vt eum pietas dei in sinu abrahe isaac ⁊ iacob collocare dignetur: vt cum iudicij dies aduenerit inter sanctos ⁊ electos suos eam in parte dextra collocandum resuscitari faciat. Per chrm̄ dnm̄ nrm̄. R. Amē. Oratio.

Deus cui omnia viuunt ⁊ cui non pereunt moriendo fidelium corpora sed mutantur in melius: te supplices deprecamur: vt quicquid aīa famuli[e] tui[e]. N. vitiorū tueqꝫ voluntati contrariū fallente diabolo seu ꝓpria iniqtate vel fragilitate contraxit tu pius ⁊ misericors abluas idulgēdo: eāqꝫ suscipi iubeas per manus sanctoꝝ angeloꝝ tuoꝝ deducēdam in sinum patriarcharum ⁊ prophetarū tuoꝝ abrahe scilicet amici tui: ⁊ isaac electi tui: ⁊ iacob dilecti tui: quo aufugit dolor atqꝫ tristitia ⁊ suspirium: fidelium quoqꝫ anime felici iocūditate letantur: ⁊ in nouissima magni iudicij die inter sanctos ⁊ electos tuos eam facias perpetue glorie percipere portionem: quam oculus non vidit: nec auris audiuit: ⁊ in cor hominis non ascendit: quā preparasti diligentibus te: per christum dnm̄ nostrū. R. Amen. Oratio.

Temeritatis quidem est domine vt homo hominem: cinis cinerem: mortalis mortalem tibi domino deo audeat commendare: sed quia terra suscipit terram: ⁊ puluis conuertitur in puluerem donec omnis caro in suam redigatur originem: inde tuam pijssime pater lachrymabiliter quesumus pietatem: vt huius famuli[e] tui[e]. N. animam: quam de huius seculi cenulenta voragine ducis ad patriam abrahe amici tui sinu recipias: ⁊ refrigerij rore perfundas. Sit ab estuantis gehēne truci incendio segregata ⁊ beate requieui tue te donante coniuncta. Et si que sunt illi domine digne cruciatibus culpe: tu eas gratia mitissime lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicem: qui tuam

in votis tenuit voluntatem: sed indulgentie tue piam sentiat sanitatem. Cunqz finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum: nouus homo sanctorum omnium cetibus aggregatus cum electis tuis resurgat in parte dextera collocãdus. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

O Pus est misericordie dñe sancte pater omnipotẽs eterne deus rogare pro aliis. Et qa pro nobis non sufficimus: suscipe rogamus animã serui tui. N. reuerentẽ ad te. Adsit ei angelus testamẽti tui michael: et per manus sanctorum angelorum tuorũ inter sanctos et electos tuos in finibus abrahe isaac et iacob patriarcharum tuorum eam collocare digneris: libera eaz domine de principibus tenebrarum et de locis penarum: ne famulus tuus vllis iam primeue natiuitatis vel ignorantie confundatur erroribus. Agnoscatur a tuis et misericordia bonitatis tue ad locum refrigerii et quietis in sinũ abrahe transferatur. Per chrm dñm no. ℟. Amẽ. Oro.

D Ebitum humani corporis sepellendi officium fidelium more cõplentes deum cui oia viuunt deprecamur: vt hoc corpus fratris nostris. N. a nobis in infirmitate sepultũ: in ordine sctõrum suorum resuscitet: et eius spirituz sanctis ac fidelibus aggregari iubeat: cum quibus inenarrabili gloria et perhenni felicitate perfrui mereatur. Per christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Oratio.

O Omnipotẽs sempiterne deus: qui humano corpori aiaz inspirare dignatus es: dum te iubente puluis redit in puluerẽ tu imaginẽ tuã cũ sctis et electis tuis eternis sedibus pcipias sociari. Per dñm nrm iesum chrm filium tuũ: qui tecum viuit et regnat in vnitate spũssci deus: per oia secula sclorum. ℟. Amen.

His omnibus expletis: postqz defunctus sepultus fuerit: sacerdos cum aqua benedicta aspergat tumulum: et dicat alta voce Orate omnes. Et omnes sub silentio dicant Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Non intres in iudiciuz cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animã eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

S Atisfaciat tibi quesumus domine deus noster pro anima famuli tui fratris nostri beatissime dei genetricis sempqz

virginis Marie beatorum apostolorum petri ⁊ pauli: ⁊ beati N. patroni nostri omniumqꝫ sanctorum tuorum oratio ⁊ presentis familie tue humilis ⁊ devota supplicatio: vt peccatorum omnium veniam quam precamur obtineat: nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis: quem filij tui domini nostri iesu christi precioso sanguine redemisti. Qui tecuꝫ ⁊ cum spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amẽ. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Et sacerdos dicat. Anima eius ⁊ anime omnium fidelium defunctorum per misericordiam dei requiescant in pace. ℟. Amen. Et statim cantor incipiat Responsoriũ. Memento mei deus: quia ventus est vita mea. Cum quo reuertantur in ecclesiam. Responsorium.





Cumqz reuertuntur in ecclesiam: ordinate fieri in choro. Et finito responsorio: sacerdos dicat Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Tibi domine commendamus animaz famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ peccata que per fragilitatem mundane conuersationis commisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. ℟. Amē.

An aliquid sit exigendum pro sepultura. Capi. xx.

Ad minus eruditoruz sacerdotum instructionem non incō/grue visum est vsitatam questionem interponere. An liceat sacerdotibus parrochialibus aliquid exigere pro sepultura defunctoꝝ: ⁊ an aliquod pactum cum heredibus defuncti interponendum sit. Ad hoc dubium respondet Reuerendus pater dñs Michael lochmaier sacre theologie ⁊ vtriusqz iuris doctor in suo parrochiali curatorum. titu. vj. c. iij. in hunc modum.

Ad ꝑposite questionis euidentiam propono causam facti in nonnullis parrochijs prouincie Saltzburgē. maxime diocesis Patauiē. inoleuit cōsuetudo talis: ꝙ defuncto aliquo parrochiano: rector parrochialis aut eius vicarius pro sepultura aliqd: qđ cōi vocabulo remediuz vocant: ab heredibus defuncti in pecunia consueuit exigere ⁊ recipere: dubitatuz sepius fuit a nōnullis conscientie timorate viris: an hoc pretextu cōsuetudinis licite fieri possit: ⁊ ꝙ sic. Nam illud in cōi practica in pluribus locis solet hēri ex antiqua ꝯsuetudine. Etiaz epi ⁊ eoꝝ officiales hoc sciunt ⁊ tolerāt. Igit. Sed ꝙ fieri nō possit qa in talibus frequēter interuenit pactū vel exactio cōtra cōis iuris dispōnem: ꝙ pro sepultura tāꝙ pro spūali bono nihil ex pacto exigi debeat: vt in. c. abolende. de sepul. ⁊. c. non satis. de symo. ⁊c. quia materia remedioꝝ est de lana ⁊ lacte: hoc est de vtilitate pecuniaria curatorum. De quoꝝ numero me profiteor ne: alij domini non

curati forsitan larius q͂ ipsius videbitur procedere me cecutientem aut fauorizantē existiment: aut certe dn̄i curati si interdum rigorem aut equitatē consuetudini forte preposuero: me persecutorem ꝓprij ordinis accusent: intendo quātuȝ potero inter deuiis remedioꝝ exequiarum ⁊ alioꝝ circa sepulturas defunctoꝝ obuenientium pari passu incedere. Et primo quid sit remediū ⁊ acceptionēȝ huius prepositionis: pro: declarare. Deinde me paucis cōclusionibus circa quesituȝ absoluere. Preuisa igit acceptione sepulture ⁊ alioꝝ in pcedenti articulo. Cum nō reperiam aliquē antiquū aut modernū doctorem: quid sit remedium diffinisse: ad cōem practicā eoꝝ que rei nomen imposuerūt recurro. Et dico ꝙ ſm practicam eoꝝ: remedium est illud qđ preter id quod pro exequijs siue officio defunctoꝝ ⁊ cultu diuino peragēdo solitum est dari: ex rebus defuncti: aut eius heredibꝰ: in pecunia: siue extimatione: occasione iuris funerandi: siue sepulture ⁊ cimiterij: a rectore parrochiali aut eius vicario petitur siue exigit: quasi aie remedium: quod solituȝ est dari pro exequijs ⁊ cultu diuino. Et probatur hoc idem ex acceptionibus sepulture supradictis: vbi nulli alteri modoꝝ sepulture cōuenieter applicari pōt remediū: cum ista prepositione: pro. De cuius significato nunc dicemus. Pro quo nota: ꝙ hec prepositio: pro: ſm doc. in. iiij. distin. xxv. quos imitatur Archi. in. c. agatho. lxiij. distin. ⁊ in. c. iudices. ⁊. c. ordinatiōes. j. q. j. pluribus modis accipitur. ¶ Uno modo notat appreciationē: vel cōmunitatem: vel causam principaliter ⁊ primo mouenteȝ: ⁊ sic qualitercūqȝ capiatur sepultura: preterq͂ tertio modo: non est licitum aliquid exigere aut recipere pro sepultura: imo est symoniacum: ita ꝙ illud temporale: siue sit pecunia: siue alia res sit: vt precium sepulture: que est quoddam spirituale. Et peccat mortaliter: qui sic dedit ⁊ recipit: ⁊ qui mediator siue cooperator ad hoc fuit. j. q. j. reperiuntur: ⁊. q. iij. vendētes. Nec in hoc excusat ignorantia: cum sit iuris diuini: que neminem excusat. Nec excusat cōsuetudo aliqua: vt patet in iuribus supra pro falsitate quesiti adductis: quia consuetudo non preiudicat iuri naturali vel diuino: quod prohibet symoniaȝ. Et sic intelligi debent iura que dicunt: ꝙ recipere aliquid pro sepultura aut exequijs sit symoniacum. ¶ Secūdo hec prepositio: pro:

notat causam finalem ⁊ motiuam: non remotam propinquã sed occasionalem: ⁊ tunc licitũ est ⁊ dare ⁊ accipere temporale pro spirituali: ⁊ tunc sensus est: Iste dat denarios pro missa: idest pro veneratione misse: vel propter veneratione misse: siue propter venerandam missam. Sic etiam intellige cum dicitur: iste dat pecunias: vel recipit pro sepultura aut exequijs ⁊c. ¶ Tertio notat causam efficientem vt sit sensus: iste dat denarios pro missa: vel pro exequijs: idest pro deuotione misse siue exequiarum: que mouent eum ad dandum: vel idest pro deuotione: quã habuit ad missaz vel ad exequias: Et hoc licite potest fieri ⁊ cõcedi: quia deuotio quam habet quis ad predicta licite potest cuz mouere ad dandum aliquid. Et potest etiam sacerdos licite recipere: ita tamen q cesset omnis pactio ⁊ cõuentio. j.q.j. q̃z pio. ¶ Quarto notat causam adminiculatiuam ⁊ consecutiuaz: que reducitur ad efficientem: vt cum dicitur ille ministrat librũ sacerdoti pro celebranda missa: vel ille dat pecuniam presbytero pro ecclesia officianda: ⁊ tunc etiam potest cõcedi sic. lxxiiij. di. c. vlti. vbi glo. cum similibus. ¶ Quinto notat causam excitatiuam: ⁊ s̃m hoc dicunt quidam q ep̃s licite potest conferre beneficiuz familiari suo pro seruitio licito. Nam ibi ista prepositio: pro: nõ notat causam finalem sed excitatiuã. Obsequiũ enim tale nõ debet esse causa finalis: sed põt esse excitatiua. Uide de hoc latius Archidia. in. d. c. ordinationes. j.q.j. Sunt ⁊ alie acceptiões huius p̃positionis: pro: sed nõ sunt ad ꝓpositũ nostrũ: nam qñqz valet tm̃: sicut loco: vt pro dote: idest loco dotis. ff. de dote preleg. l. vir vxori. qñqz pro idez nomine: vt pro se: idest noie suo: pro te: idest nomine tuo: vel ad cõmodum tuũ. ff. de postu. l. j. §. j. ff. cõmoda. l. si vt certo. Sed hec transeo ⁊ conuerto me ad conclusiones: ⁊ sit hec prima conclusio. ¶ Aliquid accipere aut exigere occasione funerum ex pacto pro sepultura: est omnino illicituz. Hec cõclusio probatur in. c. abolende. de sepultu. ⁊ in. c. questa. xiij. q. ij. Nec ratione terre: vt ibi dicitur: neqz ratione officij: vt in. c. nõ satis. ⁊. c. cum ecclesie. de symo. Impendat ergo rector curatus predicta: ⁊ postea laudabiles ꝯsuetudines exigat: vt in. c. ad apostolicam. de symo. ⁊ latius infra dicetur. ¶ Scd̃a conclusio nõ põt consuetudine introduci: vt aliqd detur pro sepultura: siue re

medium: aut alio noie vocetur: vbi precessit pactio siue exactio. Probatur: qa initium consuetudinis fuit symoniacum et viciosum: ideo non poterat bonam consuetudinem introducere. Et in illis duobus casibus quando precessit pactio vel exactio: intellige iura: videlicet c. non satis. et seq. cum similibus. de symo. que anullat consuetudinem in huiusmodi. Non valet ergo consuetudo: vt ante insepultum funus: vel etiam tempore sepulture: aliquid pro sepultura: vel nomine remedij: exigatur ab inuito: qa non habet talis consuetudo principium voluntarium. Ideo pretextu huius non debet quis cogi. Et maxime presumeretur de symonia: siquis funus pro pignore arrestaret. Secus vbi ex post facto consueuit aliquid dari. Habes ergo conclusiue: quod vbi pactio vel exactio precedens dedit causam consuetudini: talis consuetudo non valet. Et de hoc vide Panor. in c. suam. et c. ad apostolicam. de symo. ¶ Tertia conclusio potest induci consuetudine: quando non precessit pactio aut exactio: vt sic ex mera liberalitate et deuotione populi talis consuetudo sit introducta: quod pro sepultura siue exequijs aut officio defunctorum aliquid detur: ita tamen quod predicta prius liberaliter exhibeantur. Probatur quia talis consuetudo tunc non habet initium nec fundamentum viciosum sed laudabile. Nam ex quo dantes a principio libere soluerunt: videntur se ad hoc obligasse sub noie cuiusdam oblationis: quam layci solent facere clericis tempore spiritualium: vt no. de consec. dist. j. ois christianus. Ita no. Panor. in. d. c. ad aplicam. et c. iacobus. de symo. et late in. d. c. suam. eo. ti. vbi etiam disputat quomodo possit induci consuetudo ex libera donatione: et ex his que sunt mere facultatis. Collige igitur ex predictis: quod tria requiruntur: ad hoc vt valeat consuetudo quod pro sepultura: aut noie remedij: siue pro officio defunctorum aliquid exigatur et detur. ¶ Primum quod consuetudo talis habuerit principium voluntarium: hoc est quod prio tale qd liberaliter soluerint: ita quod non fiat inuite ab eis exactum. ¶ Secundum quod talis consuetudo non habuerit fundamentum viciosum aut symoniacum: ita quod non interuenerit pactum siue conuentio in futurum de tali quid soluendo tanquam precium sepulture. ¶ Tertium quod predicta: propter que aliquid datur: prius liberaliter exhibeantur: et quod pretextu consuetudinis talis: nequaquam denegentur. Ex post facto tamen non soluentes laudabilem consue-

tudinem: vbi predicta tria cõcurrunt: non seruantes de soluẽdo certum quid: compelli possunt: non per rectorem parrochialis ecclesie: sed per episcopuȝ suum: vt est tex. in. d. c. ad apostolicã. ¶ Quarta cõclusio rector parrochialis qui ex officio ⁊ ratione cure ad sepulturam ⁊ exequias suo parrochiano defuncto tenetur: non potest licite pro his aliquid petere. Si auteȝ cõsuetudo habet ꝙ aliquid detur: possunt laici compelli ad obseruandum laudabilem consuetudinem. Prima pars ꝓbatur per. d. c. abolende. ⁊ ibi per glo. Secũda pars probatꝰ ex iam dictis in precedenti cõclusione. ¶ Quinta cõclusio si parrochialis rector habet vnde viuat: tunc cessante consuetudine non põt aliquid pro sepultura exequijs siue nomine remedij exigere: sed gratis oblatum licite potest recipere. Hec cõclusio est Panor. in. d. c. suaȝ. Probatꝰ prima pars: quia in tali casu cessante ꝯsuetudine rector parrochialis teneꝰ ex officio ⁊ ratione cure gratis spũalia impẽdere: imo si in dicto casu aliquid recipit: teneꝰ restituere vt ibi dicitur. Secunda pars probatur in. c. sicut epm. j. q. ij. ¶ Sexta cõclusio si rectori parrochiali desunt sumptus necessarij: ⁊ põt sibi aliũde acqrere victũ: tunc cessante ꝯsuetudine non põt occasione predictoꝝ aliquid exigere. Hec cõclusio etiaȝ est Panor. loco allegato: imputet enim sibi qui tale beneficiuȝ exile ⁊ tenue acceptauit. Querat ergo honeste sibi victum manibus vel industria: puta scribendo: pueros docendo: vel quid simile exercẽdo: vt in. c. clericus victum. xcj. dist. Nam ⁊ apl's querebat sibi victũ tẽpore predicationis: vt habeꝰ. ij. Thessa. iij. ⁊. j. Chori. iiij. ⁊ in c. cum apostolus. de censi. Si ṽo rector parrochialis in tali casu non põt honeste sibi victuȝ aliter querere: tunc vel eps ꝓuidebit sibi: vel parrochiani possunt cõpelli ad prestandum sibi necessaria victui. De hoc vide bona glo. in. c. omnis christianus. de ꝯse. distin. j. que dicit sacerdotem indigentẽ posse subtrahere parrochianis spiritualia: nisi faciant oblatiões vnde possit viuere. Ad hec etiam vide qđ notaꝰ in. c. de his. de eccle. edi. ¶ Septima cõclusio clerici extranei: qui non tenentur ex officio ad exequias aut alia spiritualia impendenda: possunt licite operas suas spirituales locare: ⁊ cõuenire vt aliquid pro labore habeant: nõ vt directe pro spũalibus recipiant tpale: sed in recõpensationẽ laboꝝ

⁊ dānoꝝ: que sustinent in exhibendo p̄ntias suas: ⁊ trahēdo moram in sp̄ualibus impendendis. ¶Hec cōclusio ꝓbat̄ per Inno. in.c.penul.ne p̄rela.vices suas. Ad hoc est glo. in.c.abolende.d̄ sepul. ⁊ in.c.suā.de symo. vbi Panor. ꝯtra glo.tenet ꝙ extranei sacerdotes etiam si abundant: possunt exigere: cuꝫ ad hoc ex officio non teneantur: ⁊ restringit glo.in.c.p̄recipimus.xxj.q.ij.que simpl'r dicit sacerdoteꝫ posse operas suas sp̄uales locare. Uide de hoc doctores in.c.significatū.de p̄reben. ¶Octaua cōclusio rector parrochialis qui sepulturaꝫ ⁊ exequias suo parrochiano defuncto impendit: sola hac intentione vt aliqd percipiat: alias non facturus: lꝫ nō incurrat symoniam cōuentionaleꝫ: incurrit tn̄ vere symoniā mentaleꝫ: ⁊ grauiter peccat. Prima pars probat̄ in.c.vlti.de symo.ex quo nō p̄cessit pactū expressum nec emptio nec vēditio nec exactio: nec eccl'ia iudicat de tali symonia in foro cōtentioso. Scd̄a pars probat̄: qa p̄recessit intentio depr̄auata: ⁊ sic incurrit symoniā mentalem: que sola penitētia purgatur: vt ibi dicit̄: qa nullaꝫ censurā ecclesiasticā incurrit. Ad hoc est glo.in simili casu in.c.vnico.de cle.nō resi.lib.vj. ¶Nona cōclusio cōsuetudine introduci pōt: vt clerici curati ex bonis defuncti certuꝫ quid p̄cipiant. ¶Hanc cōclusionē ꝓbat ¶Hosti. in summa de ꝯsuetudine in qbusdaꝫ terris: vbi clerici curati de ꝯsuetudine recipiūt ⁊ exigunt lectū: in quo defunctus morit̄. Itē ⁊ vestes in qbus moritur. Alicubi ꝯsuetudo est ꝙ curati habeant pannuꝫ: qd̄ feretro superponitur. Alibi ꝙ ex armēto habeāt melius caput pecoris. Exemplificat ēt Panor.in.d.c.ad aplicā.de ꝯsue. in Britānia: vbi in morte dat̄ curatis tertia pars diuꝫ bonoꝝ defuncti: cōuertenda tn̄ ad cultū diuinū ⁊ elemosynā pauperū. Dicunt tn̄ doc. ꝙ subsistente tali cōsuetudine tanq̄ꝫ laudabili si clerici funus sepelire nō vellent: nisi ab heredibus defuncti fieret eis cautio de redēptione lecti: aut vestimētoꝝ: ⁊ alioꝝ que ex ꝯsuetudine de rebus defuncti veniunt: symoniā cōmitterent: ⁊ multomagis: qn̄ absqꝫ pecunia hoc exigūt nolentes al'r sepelire: vt in.c.questa.xiij.q.ij. Si aūt clerici pactū faciunt de redimēdo lectum: aut pannum: ⁊ hmōi: etiaꝫ anteq̄ꝫ funus sepeliat̄: per hoc nō incurrūt symoniā: sed est licitū cū illa sint t̄palia: dūmodo p̄ hoc nō neget̄ sepultura: vel imisceat̄ ius sepulture. Et si post sepulturā heredes nollent

obseruare pactū aut ꝯsuetudinē: possunt clerici agere cōtra eos: vt superius dictū est. ¶ Decima ꝯclusio cōcurrētibus trib⁹ ad laudabilez ꝯsuetudinē in hac materia introducēdā reqsitis valet consuetudo: vbi rector parrochialis pro sepultura noīe remedij certū qd siue ante sepulturā siue ex post facto ab heredib⁹ defuncti recipit siue exigit. Hec ꝯcl'o elicit ex p̄cedētib⁹: ꝛ ꝓbo eam de laudabili ꝯsuetudine in officialatu curie. Pata. in Uiēna cui ad annos plures officialis p̄fui. vbi cū adultus qui saltē semel cōicauit morit dant heredes occasione sepulture noīe remedij. xij. denarios viennē. pro puero. vij. denarios q̄ ꝯsuetudo si p̄dicta tria de qb⁹ supra in tertia ꝯcl'one cōcurrunt: nequaꝙ venit ꝯdēnāda. Et dz hec ꝓpositio: pro: in hac ꝯcl'one ꝛ silib⁹ sumi non prio mō: sed altero ex tribus sequētib⁹. ¶ Uenio nunc ad vndecimā cōclusionē que est rn̄siua ad cāz facti q̄siti: ꝛ est hec. Nō valet ꝯsuetudo vbi remediū anteꝙ exigit a debentib⁹ ex ꝯsuetudine tanꝙ incerto cōsistens in quotta ignorat. Sed per rectorē parrochialem ꝛ heredes defuncti: aut alias interpositas p̄sonas ad certuz quid ꝛ quottam ex cōuentione aut pacto reductum exigitur ꝛ recipitur. Hec cōclusio est contra cōmunē practicā: circa quasdaz eccl'ias dyocesis Salzburgē. ꝛ Patauiē. in Bauaria ꝛ Austria superiori solitam obseruari. Ubi cum aliqs moritur: heredes defuncti ignorant: vel ad minus dubitant: ad quaz quottam determinate rectori curato nomine remedij teneant: sed tandem ex cōuentione: aut pacto certificant quātum dare debent. Et probo hanc cōclusionem primo ex eo: quia est cōtra naturam cōsuetudinis: vt incertuz introducat: ꝛ super incerto fundet. Naz ex hoc consuetudo habet vim legis: vt ex ea remediuz: ꝛ non alias licite peti possit: tunc debet esse certa sicut lex: vt in. c. erit autez lex. iiij. distin. ergo si consuetudo esset laudabilis ꝛ sic valeret: oportet ꝙ heredes statim ex ea scirent ad quid certum: ꝛ ad quam quottaz nomine remedij pro sepultura tenerent. Itē talis ꝯsuetudo: imo potius abusio cōtinet in se expresse pactum aut cōuentionē: que in hmōi reprobat: vt sepius dictum est supra. Nam qn̄qz rector aut vicarius pro remedio. xij. floren̄. Renē. petit: ꝛ tandem ex tractatu ꝛ cōuentione tm̄ ad quinqz peruenitur. Item talis cōsuetudo nō presumit habuisse principiū voluntariū sed exactū. aut cō

nentum. Quis enim dicet laycos a principio adeo fuisse libera-les & ad sepulturam sic deuotos: q occasione sepulture funeri impendende vltra exequias dederint. x. floreñ. Reneñ. aut cir-ca. Item talis cõsuetudo tanq̃ corruptela pluribus rectoribus & maxime vicariis: qui plus curant de lana: q̃ de anima: prestat causam delinquendi: & grauandi pauperes heredes defunctorum: vt sepius vltra vires & solitum plus exigant: quia quasi ex arbi-trio eorum dependet: quid pro remedio recipere velint. Nam hec quotta que fuit hoc anno ex cõsuetudine nomine remedij solita dari: nõ erit anno sequẽti fm eos: cuz pestilentia viget: vel cum nouus rector aut vicarius superuenerit: cõsuetudo vtat: imo plus aut minus vt videmus in practica. Itez talis cõsuetudo dat occa-sionez rectoribus ecclesias suas locantibus: q cõsuetã pensionẽ siue absentiaz augmẽtant. Nam videntes vicarios eorum ex reme-diis ditari ecclesiam quã quis hoc anno arrendauit pro. l. floren. Reneñ. in absentia: sequenti anno locat pro. lx. & tandem. lxxx. prout vidi in practica. Et sic vicarij per magnas absentias gra-uati: sub pietate remediorum: abradũt oues moriẽtes de cute vsqz ad carnem & ossa: quod est omnino inhumanum. Item contra naturam aliarum consuetudinum: facit illud quod inducit cre-scere & nunq̃ decrescere. Remedium enim semper cum cremẽ-to exigitur: quia nunq̃ consueuerunt rectores dicere progenito-res tui dederunt pro remedio. xij. denarios: sed sic auus tuus de-dit. x. floreñ. Reneñ. pater tuus qui possedit hunc marsum simi-liter dedit. x. aut. xij. & tu soluz exhibes. vij. aut. iiij. floreñ. Reneñ. Quod omnino habet speciem mali. ¶ Nec valet dicere q hu-iusmodi remedia iuxta morem eorum licitẽ recipiãtur. ¶ Primo propter malam decimationez predialem: & maxime ppter per-sonalem que raro a laycis soluitur. ¶ Secũdo propter offer-toria & alia iura parrochialia debita neglecta: vt sic que defun-ctus in vita non persoluit: saltem eius heredes post mortem de bonis suis sub nomine remedij persoluant: quia super decimis soluendis talis consuetudo eos non excusat. De quo tamen dic vt notat in. c. j. de decimis. lib. vj. & c. ad apostolice. & c. a nobis. & c. tua. de decimis. Propterea posset cõtingere q in tribus die-bus successiue morerentur pater: filius: & nepos: & sic de eisdem

bonis exigeretur occasione predictoꝝ eadem taxa per viam remedij quod est incōueniens. Quidam tamen astuti rectores siue vicarij perpendentes remedium sic exigendum fore illicituz: miscent remedium cum exequijs: siue cultu diuino peragendo: ⁊ simul ex conuentione taxant: quod tamen ex predictis etiā constat esse illicitū. ¶ Conclusio vltima que ab antiquo solita sunt ecclesijs ⁊ ecclesiarum ministris tribui non debent aliquo modo immutari. textus est in. l. priuilegia in fine. C. de sacrosanc. eccle. per quem textum dicit Barto. ꝙ si cōmunitas est solita certum quid dare ecclesie: non potest per statutum immutare. Ex quo potest inferri: ꝙ parrochiani non possunt per statutum tollere: quo minus oblagium aut remedium solitum ex laudabili cōsuetudine introductum debeatur ⁊ exigi possit. Si tamen remediū esset laycis nimis onerosum: ⁊ per abusum siue deprauatum cōsuetudinem introductum: possunt layci licite per statutū ad certum quid reducere: ⁊ statuere inter se: ꝙ sepultura ⁊ ipsius officio peracta aliquid in certa quotta detur: siue remediuz aut alio vocabulo nominetur. Probatur hoc: quia si ex consuetudine laudabiliter introducta videntur se quasi tacite ad aliquid dandum a principio obligasse: multo fortius se possint ad hoc expresse per statutum obligare: dummodo tamen coacti per rectorem curatum hec non statuant: ita ꝙ ex parte ipsius rectoris circa statutum omnis pactio ⁊ conuentio cesset: vt patet ex supradictis. Et valde expediret huiusmodi statutum fieri. Primo ex parte laycorum: vt de cetero circa remedia amputaretur eis materia querulandi. Secundo etiam ex parte curatorum: vt eis per statutuz huiusmodi circa remedia exigenda precluderentur vie ⁊ modi symoniace prauitatis. ¶ An facienda sint cōuiuia sacerdotibus in funere defunctorum. Capitulum. xxj.

Ex his infero ꝙ non valet consuetudo: ꝙ post sepulturam homines ⁊ maxime sacerdotes conueniant in loco vno ad prandium sumptibus defuncti: vt in. c. nullus. de presby. de consecra. distinc. v. quem textum omnino vide. vbi glo. damnat hanc consuetudinē que est in Anglia: ⁊ etiaz in certis locis Bauarie. Et ex hoc etiam reprehēduntur quedam fraternitates sacerdotum: in quibus ex statuto fratres in anno aliquotiens: ⁊ post exe-

quias fratres conueniunt ꝛ de bonis fraternitati relictis siue do/
natis lautum prandium faciunt: prout in facto vidi in Paden̄.
Austrie. Finaliter ex omnibus supradictis concludo negatuiam
partem ad casum facti quesiti: videlicet ꝙ curatus non potest li/
cite ex pacto aliquid pro sepultura exigere: potest tamen reme/
dium cum ex laudabili consuetudine introductum est: licite reci/
pere ſm limitationes supra in cōclusionibus recitatas. Nec ob/
stat ratio pro veritate quesiti adducta ꝙ illud solet haberi in cō/
muni practica ꝛ ex consuetudine: quia practica talis non est cō/
suetudo laudabilis: sed potius deprauata ꝛ corruptela. Nec ex/
cusat in huiusmodi recipientes ꝛ exigentes: etiam si sit longeua
ꝛ diuturna. Nam diuturnitas temporis in talibus non diminuit
peccatum sed auget: vt in. d. c. non satis. de symonia. ꝛ vt inquit
textus in capi. cum ecclesie corpore eodem titu. ꝛ in capi. fina. de
consuetudi. tanto grauiora sunt crimina: q̄to diutius infelicem
animam detinent alligatam ꝛc̄. Neqꝫ tolerantia episcoporuꝫ ꝛ
suorum officialium predictos excusat: neqꝫ facit talem consue/
tudinem licitam: quia tolerantia talis non inducit tacite dispen/
sationem cum recipiente siue exigente: cum nec papa in talibus
que sunt prohibita: quia symoniaca possit dispensare: vide glo.
in capi. cum iam dudum. de preben. per docto. in capi. super eo.
de cogna. spiritua. ꝛ in capi. constitutis. de filijs presbyteroꝝ. Ex
quo etiam habes ꝙ per istam malam consuetudinem non dero/
gantur antiqua ꝛ noua iura que prohibent aliquid ex pacto pro
sepultura recipere ꝛ exigere: quia cum iura illa contineant ius
naturale ꝛ diuinum: ex quo symonia tam diuino q̄ꝫ naturali iuri
sit contraria: non possunt per contrariam consuetudinē: vt pote
irrationabilem abrogari. Et de hoc vide sanctuꝫ Thomā quo/
libeto nono. articu. ij. Episcopus etiam talem consuetudinem
corruptaꝫ simulans siue expresse tolerans a peccato minime ex/
cusatur: quia ex officio ad ipsum pertinet prauas tollere loci cō
suetudines: ꝛ inhibere clericis ne quicq̄ꝫ hac de causa exigant: vt
notat Panor. in. d. c. abolende. de sepultu. in secundo notabili.

¶ Quibus personis denegat sepultura ecclesiastica. Cap. xxij.

Ad cuius euidentiaꝫ quero qui sunt qui priuantur ecclesia/
stica sepultura. Solutio quindecim differentijs persona/

rum interdicitur ecclesiastica sepultura. ¶ Primo excõmunicatis clemen. de sepul. Et hoc verum nisi absoluantur etiam in extremis: sed heredes pro eis satisfacere tenentur: vt in. c. parrochiano. eo. tit. Et sm Guil. Idez est de excõmunicatis minori: si notorie excõmunicati sunt. Idem de excõmunicatis etiaz iniuste: vt no. glo. in. c. literas. de restitu. spolia. Sepelientes vo nominatim excõmunicatos maiori sunt ipso facto excommunicati: vt in clemẽ. j. de sepul. ¶ Secundo manifestis vsurarijs. d. cle. j. 7. c. quãq̃z. de vsuris. lib. vj. hoc verum nisi peniteant 7 faciant cautionez. ¶ Tertio qui in tornemẽtis moriuntur. c. de tornea. Et exponit Hostiẽ. etiã siquis ibi letale vulnus acceperit: licet postea superuixerit: qui q̃zuis peniteat: 7 ei eucharistia non negetur: carebit tamen ecclesiastica sepultura. Hoc intellige sm Guil. tam de militibus q̃z de armigeris eoꝝ: qui ibidez in armis se exercent. Secus de illis qui illuc vadũt causa curiositatis: vel ad videndum: vel alia quacũqz de causa. Adde etiam predictis quod no. Richar. in. iij. distin. xxxvij. ꝙ illi qui hastiludia faciunt peccant mortaliter: cuz simili rõne videantur esse ꝓhibita vt torneamenta. Et ex hoc innuitur ꝙ morientes in illis non sepelient in sacrato. Et hoc videtur verum per rõnem. d. c. j. ibi vnde mortes hominũ 7 animarũ pericula sepe proueniunt: nam in talibus hastiludijs sepe predicta proueniunt. Secus dicendum videt in currentibus ad brauium: vt Vienne 7 in multis ciuitatibus: nam raro vel nunq̃z eueniunt in tali cursu mortes hoiuz. ¶ Quarto nominatim iterdictis. d. clemẽ. j. 7 hoc sub excõmunicationis pena. Alij autem interdicti similiter priuant. Quod intellige de interdictis a diuinis 7 participatione sacramentoꝝ sm Panor. qa interdicti a iurisditione vel ab aliquo officio non priuãtur sepultura. ¶ Quinto raptoribus qui pertinaciter cũ possint: in vita: non satisfaciunt: 7 in morte non possunt. c. ij. de rapto. Archieps florentinus dicit: ꝙ si raptor potuit restituere: 7 non restituit: nec securitatem dedit: denegabunt ei sacramẽta 7 sepultura. Si vo cum haberet vnde redderet: distulit vsqz ad mortem penitere: 7 tunc est impotens ad restituendum: si est alias cõtritus 7 dispositus ad restituendnm si posset: dabunt ei sacramẽta: sed priuabit ecclesiastica sepultura ad terrorem alioꝝ: nisi parentes vel ami-

ci eius vellent restituere pro eo: quia tunc sepelietur in sacrato. Panor. vero in. c. super eo. de rapto. dicit de mente glo. que cõmuniter tenetur. Quod autem si decessit quis in peccato rapine: nec penituit: et tunc etiam sibi cimiteriuz denegatur: quia decessit imortali: aut penituit in morte et satisfecit: et tunc ex toto cõceditur sepultura: et clerici debent interesse sepulture: et ita proprie loquitur tertius casus. d. c. super eo. Et ista interpretatio tanq̃ benignior tenenda est. ¶ Sexto blasphematoribus dei: et sanctam cõtemnunt. ¶ Septimo illis qui se occidunt. xxiij. q. ij. quibus. xxiij. q. v. placuit. Et hoc intelligẽdum est s̃m Guil. si se perimerunt ex desperatione: vel indignatione: aut iracundia. Secus si ex furore vel a casu. Unde siquid ꝓpter fugam precipitaret se in aquam: quia sic credebat euadere posse: non imputatur ei si contrarium eueniat. arg. c. nerui. xiij. distin. et. d. c. ex parte in glo. Cõcordat Hostiẽ. Nota tamẽ s̃m quosdam: ꝙ si ille qui occidit se ex desperatione: aliquãdiu post vulnus viueret: ita ꝙ euz peniteret: et confiteretur: et ostenderet signa cõtritionis in morte: tali nõ est deneganda ecclesiastica sepultura: ex quo non decedit in peccato mortali. ¶ Octauo prohibetur ei sepultura: de quo certum est et manifestum non fuisse confessum vel non cõmunicasse semel in anno: iuxta. c. omnis vtriusq3. de peniten. et remis. Quidam hoc limitant nisi se super hoc emẽdasset in articulo mortis: confitendo: et cõmunicando: vel saltem signa contritionis ostendisset in fine: quia tunc nõ negabitur sepultura s̃m eos. Cõtrarium tamen puto verum: scilicet ꝙ per illam etiam non euadit penam. d. c. oĩs. ꝓpter rõnes quas adduxi supra. c. iiij. in secũda particula prime partis ibi vide. Si vero occultuz est: ꝙ quis nõ est confessus infra annum: nõ negabitur ei sepultura: quia ex quo est occultum non debet publicari peccatum. Aut si dubitetur: qa forte confessus alicui mendicantium: et de eius consilio abstinuit ab eucharistia. ¶ Nono illi cui interdictus est ingressus ecclesie. c. is qui. de sentẽ. excõmunica. lib. vj. ¶ Decimo monacho propriũ habenti: vt in. c. super quodam. de statu mona. ¶ Undecimo illi qui sacerdotẽ tutorem filijs suis instituit. lxxxviij. dist. neq3 apud glo. ibi cõtrariuz tenet. ¶ Duodecimo iudeis paganis et hereticis. de ꝯse. di. j. ecclesiam. et. c. seq. ¶ Tertiodecimo

corporibus exenteratis vel diuisis vt ossa ad sepulturã deportentur: vt in extrauagante Bonifacij octaui: detestande sub titu. de sepul. ¶ Quartodecimo illi qui post mortẽ: de heresi. cõuincũtur: vt in. c. si eps. de here. ¶ Quintodecimo generaliter nullus notorius: decedens in ipso notorio mortali peccato: sepeliendus est. d. c. qbus. ad c. nõ extimemus. ad c. pro obeuntibus. ad c. cuz grauia. xiij. q. ij. omnes enim casus supradicti locuz habent in notorijs: peccatores enim occulti sunt sepeliendi: habent etiaz locum in non recõciliatis. Si enim confiteant: sicut eis cõcedit corpus christi: ita ecclesiastica sepultura. xiij. q. iij. quesitum. Si etiaz signa penitẽtie apparuerunt: si loquelam amiserãt: tunc post mortem sunt absoluendi: ad orationes ad alia ecclesiastica suffragia recipiendi ad sepeliendi: sed heredes pro eis satisfacere tenẽtur proximis: vt in. d. c. parrochiano. eo. tit. ad de rapto. c. lr̃is. ad c. a nobis. ij. de sen. excõ. Et ad probandum hmõi signa: sufficit in hoc casu vnus testis. xxvj. q. vj. qui recedunt. ad c. se. Fallit tamẽ hoc in raptoribus ad violatoribus ecclesie: ad de illis qui moriuntur in torneamẽtis ad alijs similibus supra recitatis: qbus eccl'ie sepultura interdicit. Adde etiam predictis qd no. Panor. in. c. ex pte preallegata. q decedens sine cõfessione exteriori in extremo vite facta: debet sepeliri in cimiterio ecclesie: ex quo cõfessionẽ nõ contempsit: sed morte preuentus est. Non est enim credendũ: q decesserit in mortali peccato: de quolibet enim presumẽduz est bonum: nisi cõtempsisset per annũ cõfessionẽ: vt dictũ est supra: etiã si mors fuisset casualis. ¶ Quid si tales de qbus dictum est: de facto sepeliunt in ecclesia vel cimiterio. Solutio si corpora eo℞ discerni possunt exhumandi sunt: alias non. c. sacrum. eo. ti. ad ecclesia vel cimiterium est recõciliandum: vt in. c. cõsuluisti. de cõse. eccle. vel alta. Quid fiet si dubitetur de cadauere: vtrum fuerit cuiusdam christiani: pagani: vel heretici: vel excõicati. Solutio videtur in meliorẽ partem interpretandum. d. c. sacrũ. ¶ Sed qua pena puniendi sunt qui ad sepulturaz aliquem recipiunt in casu non cõcesso. Solutio tenetur ad restitutionem corporis si petatur: ad omniuz que occasione illius receperunt. c. fraternitatem. ad c. ex parte. j. ad c. cum liberum. eo. ti. ad alijs penis: vt supra dictum est. Utrum suspensi ad huiusmodi sint sepeliendi. Solu-

tio sm Panor. in. c. ex parte. ij. eo. titu. q sic quacunq3 pena mo
riantur dummodo penituerint. Et possunt sepeliri in cimiterio cũ
solennitate misse ꝛ aliorum officiorũ3. Nec sacramenta ecclesie
talibus sunt deneganda: vt in. c. fina. xiij. q. ij. Tales tamen non
sunt deponendi de furcis sine licentia principis: qui tamen debet
se in hoc facilem reddere: vt in. l. j. ꝛ. ij. ff. de cadaue. pu.

De officio sepulture secularium. Capi. xxiij.

Ordo sepeliendi aliquem secularem defunctum. Cum de
functus aliquis ad ecclesiam vel cimiterium3 defertur sepe
liendus: per sepe diuersarũ3 religionũ clerici adesse solent: qui ꝓ
pter varias suas ordinationes ꝛ ritus varie legunt: ꝛ varie can
tant: ꝛ vt plurimũ non cõsonantiã: sed potius dissonantiã gignũt.
Idcirco vt talis dissonantia euitetur: modus cantandi non anti
quus: sed quem nunc Ritus romanus tenet: hic inferius anno
tatur. Postq̃3 corpus defuncti positum fuerit in ecclesia: in qua
tumulari debet: sacerdos cum stola ꝛ pluuiali incipiat absolute.

Non intres in iudicium cum seruo tuo domine:
quoniam nullus apud te iustificabit homo: nisi
per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio.
Non ergo eum quesumus domine tua iudicia
lis sententia premat: quem tibi vera supplica
tio fidei christiane cõmendat: sed gratia tua illi
succurrente mereatur euadere iudicium vltio
nis: qui duz viueret insignitus ẽ signaculo san
cte trinitatis. Per christum dominum nostrum. Amen. Et can
tores illius loci debent incipere respõsorium. Subuenite sancti dei.
quere supra in officio funeris clerici. fol. 145. ꝛ omnes alij cleri
ci debent inceptũ Rium totuz vsq3 ad finem ꝓsequi versum vo
Suscipiat te christus. cantabunt ipsi cantores: vel alij duo: qbus in
iunctũ a cantore pro sue voluntatis libito fuerit: post repetitionẽ
vo. s. Suscipientes. alij duo qbus cantor iniunxerit: vel ipsimet canto
res dicent ℣. Requiem eternam. ceteri vo clerici cantabunt repeti
tionẽ. s. Offerentes eam in conspectu altissimi. ℟. Subuenite. vt supra
fol. 145. Dum autẽ cantatur predictuz Rium: sacerdos acci
piat aquã benedictã de manu ministri: ꝛ aspergat corpus defun
cti: ꝛ postea silr incenset illud. Et finito Rio: cantor cum primo


choro dicat Kyrie. Et scd's chorus. Christe. Deinde oẽs simul dicant Kyriel. quo finito sacerdos dicat alta voce. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus cui oia viuunt: ⁊ cui non pereunt moriendo corpora nostra: sed mutant in meliꝰ: te supplices exoramus: vt suscipi iubeas animã famuli tui. N. per manus sanctoꝝ angeloꝝ deducẽdaꝫ in sinum amici tui abrahe patriarche: resuscitandãqꝫ in nouissimo iudicij magni die: vt quicqd vitioꝝ diabolo fallente cõtraxit: tu pius ⁊ misericors abluas: indulgẽdo. Per christum dñm nostrum. ℟. Amẽ. Finita oratione: cantores incipiat ℟. Libera me domine. quere supra in officio funeris clerici folio. 147. Et repetitur ℟. Libera me dñe. ⁊ interim ꝗ dictũ ℟ium secũdo cantat: fiat de aqua benedicta ⁊ incenso vt supra. Completo vo ℟io dicat vt supra Kyriel. et Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animaꝫ eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationẽ meaꝫ. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.


Absolue quesumus domine animaꝫ famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ peccata que per fragilitatẽ carnis humana cõuersatione cõmisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. Finita oratione aliqui de circũstantibus accipiant feretruꝫ: ⁊ deportent defunctum ad tumuluꝫ: ⁊ dum portatur: clerici cantent sequẽtes aiñs. In paradisum deducant te angeli. fol. 148. Aña. Ego sum. vt supra fol. 152. Canti. Benedictus dñs deus israel. Finito cantico cantetur aña. Ego sum. tota. His oibus finitis: sacerdos accipiat aquam benedictam: ⁊ aspergat corpus defuncti ⁊ tumuluꝫ: ⁊ postea incenset similr: ⁊ dicat alta voce Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℣. Non intres in iudicum cũ seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Satisfaciat tibi quesumus domine deus noster: pro anima famuli tui dei genitricis semperqꝫ virginis marie ⁊ sctissimoꝝ petri ⁊ pauli apłoꝝ ⁊ sci. N. omniũqꝫ sanctoꝝ tuoꝝ oratio:

& presentis familie tue humilis & deuota supplicatio: vt pecca/torum omnium veniam: quam precamur: obtineat: nec eum pa/tiaris cruciari gehennalibus flāmis: quem filij tui domini nostri iesu christi precioso sanguine redemisti. Qui tecum & cum spiritu sancto viuit & regnat deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Et idem sa/cerdos dicat. Anima eius: & anime omnium fidelium defunctorum per misericordiam dei. Et cantores immediate subiungant.



Et circūstan/tes clerici re/spondeant.



Et tunc statim cantores incipiunt responsorium. Memento mei deus. Quere supra in officio funeris clerici. fol. 152. Dum pre/dictum responsorium cantatur: reuertant in ecclesiā. Et postq̄ reuersi fuerint stent ordinate in choro. Et finito ℟io: sacerdos dicat alta voce. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dn̄e exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Tibi domine commendamus animam famuli tui. N. vt de/functus seculo tibi viuat: & peccata que per fragilitatem mundane conuersationis commisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De officio sepulture paruulorum. Capi. xxiiij.

Incipit officium sepulture paruulorum christianorum. Quādo puer extrahitur de domo: & deportatur ad ecclesiam dicunt psalmi graduales: vz psalmus. Ad dn̄m cum tribularer. cum re/liquis vsq3 ad psalmum. Laudate nomen domini. quere infra fol. cum Gloria pa͞tri. & in fine Requiem eternā. In fine vo vltimi psalmi dicit Gloria patri. et Sicut erat. ¶ Uel sic. cum puer extrahit de domo incipitur psalmus. Beati immaculati. & psalmus. Laudate pueri dn̄m. Et dicunt cum Gloria patri. & Sicut erat. Et qn̄ puer fuerit in ecclia: incipit an̄. Hic accipiet be/nedictionē a dn̄o & misericordiā a deo salutari suo: q2 est generatio querētium dn̄m. ps. Domini est terra. Quo finito dicat Kyriel. Christe. Kyrie.

Pater

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Me autem propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in cōspectu tuo in eternum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Omnipotēs et mitissime deus: qui omnibus paruulis renatis fonte baptismatis: dum migrant a seculo sine vllis eorum meritis: vitam illico largiris eternā: sicut anime huius paruuli hodie credimus te fecisse: fac nos quesumus dn̄e per intercessionem beate marie virginis et oium sanctorum tuorum hic purificatis tibi mētibus famulari: et in paradiso cum beatis paruulis perenniter sociari. Per christum dn̄m nostrū. ℟. Amen. ¶ Dum portatur ad tumulum dicatur aīa. Juuenes et virgines senes cum iunioribus laudate nomen dn̄i. ps. Laudate dn̄m de celis. fol. Deinde dicat. Kyriel. Christel. Kyriel. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Talium est enim regnum celorum. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: sancte puritatis amator: q animam huius paruuli ad celorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam domine ita nobiscum misericorditer agere: vt meritis tue sanctissime passionis: et intercessione beate marie virginis: et omnium sanctorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus sanctis et electis tuis semper facias congaudere celestibus. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spūssancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amē. ¶ Quando reuertuntur ad ecclesiam: pronunciat antiphona. Benedicite dominum. deinde dicatur psalmus. Benedicite omnia opera domini domino. Quo finito: dicitur tota antiphona. Benedicite dominū omnes electi eius: agite diem letitie: et confitemini illi. Deinde dicatur ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratiōe docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Oratio.

Concede nos famulos tuos q̄s dn̄e deus ppetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gl'iosa beate marie v̄ginis intercessione a presenti liberari tristitia: et eterna pfrui letitia. Orō.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominūq3 dispensas: cōcede propitius: vt quibus tibi ministrantibus

in celo semper assistit: ab his in terra vita nostra muniatur. Per christum dñm nostrum. ℟. Amen. ¶ Ritus sepeliendi defunctum secularem sm usum patriarchatus venetiarũ. Cap. xxv.

Cum clerici ad funus aliqđ accedunt acolitis ⁊ cruce precedentibus ordinate pergunt ad locum ubi est corpus. s. vel ad ecclesiaꝫ vel ad domũ defuncti legẽdo psalmus. Graduales distincte ⁊ morose. Et cum peruenerint ad ecclesiam ubi tumulandus est defunctus: ingrediendo eam cantant sequens. ℟. ut hic notatum est. s. Non timebis. cum versu ⁊ resumptione.



Finito ℟. si non fuit cantatum noc. trium lec. cantet. Quo finito incipiat ℟. s. Quõ confitebor tibi dñe. cum versu ⁊ resumptione.





Kyriel. Christel. Kyrieleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto domine quesumus supplicationibꝰ nostris: ⁊ pias aures tuas ad preces nostras inclinare digneris: vt nos de throno maiestatis tue clementer exaudias: ⁊ orationes famulatus nostri dignāter admittas: Te inuocamus domine sancte pater oīpotens eterne deus: pro anima famuli tui: quaȝ hodierna die de hac luce vocare dignatus es: vt iubeas ei preparari paradisi tui loca virentia: non eā exurat flāma ignis crudelis gehēne: quia ꝓpterea dominus noster iesus christus filius tuus in ligno crucis sub pontio pilato pati dignatus est: vt aīas que per Ade transgressionē perierant: sua sancta resurrectiōe ab inferni claustris liberaret. Confundanť ergo gehēne ianitores: ⁊ ministri nequitie erubescāt: deducāt eā angelice ptātes in sinū patriarchaꝝ abraā isaac ⁊ iacob patrū nr̄oꝝ: cōsequatť a tua potētia paratam electis iocūditatē: ⁊ a dextris hereditatē adepta leteť: vt cuȝ dies ille tremēdus agnitionis tue aduenerit: vna cū scis ⁊ electis tuis: qui tibi placuerūt: in gloria maiestatis tue resurgere mereatur ad


indulgentiã nõ ad penã: ꝛ aīaʒ illam quã fontis vnda perfudit: ꝛ chrisma salutis inunxit: non sinas flãmaꝝ ardoribus cruciari: nec peccatoꝝ vinculis alligari: sed liberam redde paradiso tuo ꝑ in/dulgentiaʒ pietatis tue: qa tuã clementiã duʒ in hoc seculo cõstitit nõ negauit: per chꝛm do. no. ℟. Amẽ. ℟. Aīa huius dũ derelinqret mũdũ soli deo deuota ẽ: Caro enim requiescet donec xp̄s veniet. ℣. Ad te dñe leuaui aīaʒ meã: deus meus ĩ te ꝯfido nõ erubescã. Caro eni. Oremꝰ. Orõ.

DEus vniuersorum creator ꝛ cognitor: qui cum sis beati/tudo sanctoꝝ: presta nobis petentibus vt spũʒ fratris no/stri a corporis nexibus absolutum: in lucis eterne facias regione gaudere. Per chꝛm. ℟. Amẽ. Añ. Animã de corpore: quã assum/psisti dñe fac gaudere cum sanctis tuis in gloria. Oremus. Oratio.

SUpplices exoramus pietatem tuã dñe sancte pater oīpo/tens eterne deus pro anima famuli[e] tui[e]: quã de hac luce ad te accersiri iussisti: vt eaʒ in regione viuoꝝ cõstituent: partẽ beate resurrectionis inter sctõs ꝛ electos tuos habere cõcedas. Per chꝛm dñm nrm. ℟. Amen. ℟. In paradisum. fol. 148. ps. Cum inuocarem. Ad benedictus añ. Ego sum. fol. 151. Kyriel. Christe. Kyrieleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℣. A porta in/feri. ℟. Erue domine. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi ora/tionẽ meã. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ. Oremus. Oratio.

OBsecramus misericordiaʒ tuam eterne deus: qui hominẽ ad imaginem tuam creare dignatus es: vt animam famuli[e] tui[e]: quam hodierna die rebus humanis eximi: ꝛ ad te accersiri iussisti: blande ꝛ misericorditer suscipias: nõ ei dominent[r] vmbre mortis: nec tegat eam chaos ꝛ caligo tenebrarum: sed exutus[a] omnium criminum labe in sinu abrahe collocatus[a] locum lucis ꝛ refrigerij se adeptum[a] esse gaudeat: ꝛ cum dies iudicij aduenerit cum sanctis ꝛ electis tuis eum[a] resuscitari iubeas. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona ei domi/ne. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

¶ In die. vij. xxx. atqꝫ in anniuersario responsoriũ. Ca. xxvj.





Kyriel. Christel. Kyriel. Pater nr̃. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eoꝝ. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

TE dñe sancte pater oĩpotẽs eterne deus suppliciter deprecamur pro anima famuli tui: quã a voraginibus huius seculi ad te accersiri precepisti: vt digneris ei domine dare locuz lucidum: ⁊ locum refrigerij ⁊ quietis: liceatqz ei transire portas infernoꝝ: ⁊ pennas tenebrarũ: maneatqz in mansionibus sanctoꝝ: ⁊ in luce sancta quã olim abrahe promisisti ⁊ semini eius: sed cuz magnus dies ille resurrectionis aduenerit: resuscitare euz digneris dñe ad requiem: vna cũ sanctis ⁊ electis tuis deleas eius deli

cta atq3 peccata: vsq3 ad nouissimum quadrantem: tecũq3 imor/talitatis tue vitam ꝛ regnum consequatur eternum. Per christũ dominum nostrum. ℟. Amen. Aña. Hec requies mea in seculũ se/culi: hic habitabo quoniam elegi eam. Oremus. Oratio.

D Iri vulneris nouitate percussi: ꝛ quodãmodo cordibus sauciati misericordiã tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus: vt chari nostri animã proprium ad te da/torem reuertentem blande leniterq3 suscipias: vt siqua illi ex hac carnali cõtaminatione contraxit maculas: tu deus solita pietate clementer indulgeas: obliuioniq3 imperpetuũ tradas: atq3 ean/dem laudẽ tibi cunctis ceteris redditurã: ꝛ ad corpꝰ qñq3 reuer/surã sctõꝝ tuoꝝ cetibus aggregari ꝑcipias. Per chꝛ3. ℟. Amẽ. Añ. Aiã ꝑcamur: quã creasti dñe vt suscipi iubeas in regnũ tuum: ꝛ in sinu abrahe collocari facias: vt cũ beato lazaro portionẽ accipiat. Oremꝰ. Orõ.

O Mnipotentis dei misericordiã deprecemur: cuius iudicio nascimur ꝛ finimur: vt spiritum fratris nostri: quẽ dñi pie/tas de incolatu mundi huius transire ꝑcepit: requies eterna susci/piat: ꝛ eũ beate resurrectioni presentet: ꝛ in sinibus abrahe ysaac ꝛ iacob collocare dignet. Per chrm. ℟. Amen. Añ. Spũs tuus bonus deducet me in terram rectã ꝓpter nomen tuum dñe: viuificabis me in equitate tua: ꝛ educ de tribulatione animam meam. Oremus. Oratio.


D Eus qui iustis supplicationibus semꝑ presto es: qui pia vota dignaris ĩtueri: da famuloᵉ tuoᵉ: cui hodie officia pre/stamus: cum sanctis atq3 electis tuis beati muneris portionem. Per christum dñm nostrum. ℟. Amẽ. Aña. Credo dñe deus car/nis resurrectionẽ ꝛ vitam eternam: sed tantũ deprecor tuam clementiã: vt nõ inter edos sed inter oues consortium merear. Oremus. Oratio.

C Lementiam tuam suppliciter exoramus dñe sancte pater omnipotẽs eterne deus: redemptor animaꝝ pro anima fa/muliᵉ tuiᵉ: quã de hac luce accersiri iussisti: vt angelus tuus susci/piat eam: ꝛ spiritus tuus refrigeret eam: ꝛ cum iudicabitur non exeat condẽnata. Psalmus. De profundis. Requiem eternã. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Oremus. Oratio.

A Bsolue quesumus domine animã famuliᵉ tuiᵉ: ꝛ aĩas oĩũ famuloꝝ tuoꝝ confratrum nostroꝝ ab omni vinculo deli/ctorũ: vt in resurrectionis gloria inter sanctos ꝛ electos tuos re/


suscitati respirent. Per christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ¶ Incipit officium in agenda mortuorũ.

¶ Ad vesperas absolute incipitur. Capi. xxvij.




Añã. Placebo domino E u o u a e. Psalmus.

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocez orationis mee. Quia inclinauit aurem suam mihi: ⁊ in diebus meis inuocabo. Circũdederunt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomen domini inuocaui. O domine libera animaz meã: misericors dominus ⁊ iustus: ⁊ deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum ⁊ liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuaz: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animã meaz de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione viuoꝝ. Requiem eternam: dona eis domine. Et lux perpetua: luceat eis. Antiphona.





Placebo domino in regi o ne viuoꝝ. Añã.




Heu mihi. E u o u a e. Psalmus.


Ad dominũ cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Domine libera animam meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Requiem eternam: dona eis domine. Et lux perpetua: luceat eis. Antiphona.







Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliũ mihi. Auxilium meuʒ a dño: qui fecit celum ⁊ terrã. Non det in cõmotionẽ pedem tuum: neqʒ dormitet qui cuſtodit te. Ecce nõ dormitabit neqʒ dormiet qui cuſtodit iſrael. Dominus cuſtodit te: dñs ꝓtectio tua ſup manũ dexterã tuã. Per diem ſol non vret te: neqʒ luna per nocteʒ. Dñs cuſtodit te ab oĩ malo: cuſtodiat aiaʒ tuã dñs. Dominus cuſtodiat introitũ tuũ ⁊ exituʒ tuũ: ex hoc nũc ⁊ vſqʒ in ſeculum. Requiem eternam dona eis dñe.





De ꝓfundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intẽdentes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniqtates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit. Quia apud te ꝓpitiatio eſt: ⁊ ꝓpter legeʒ tuam ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aia mea in verbo eius: ſperauit aia mea in dño. A cuſtodia matutina vſqʒ ad nocteʒ: ſperet iſrael in dño. Quia apud dñm miſericordia ⁊ copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex oĩbus iniqtatib⁹ eius. Requiem eternaʒ dona eis dñe.








Psalmus.

Feria quarta cinerũ ante missam benedicunt cineres facti/ de ramis benedictis preteriti anni (si habentur:) in medio chori ante altare hoc modo. ¶ Primo cantatur antiphona.



Deinde dicitur.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: parce metuentibus: propitiare supplicantibus: et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis: qui bene ✠ dicat: et sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remedium salubre omnibus nomen sanctum tuum humiliter implorantibus: ac semetipsos pro conscientia delictoꝝ suoꝝ accusantibus: atq; ante conspectum diuine clemẽtie tue facinora sua deplorantibus: vel serenissimam maiestatẽ tuam suppliciter obnixeq; flagitantibus: et presta per inuocationem sanctissimi nominis tui: vt quicunq; eos super se asperserint: pro redemptione peccatorum suorum corporis sanitatem: et anime tutelam percipiant. Per christum dominum nostrũ. R. Amen. Oremus.


Deus qui non mortem sed penitentiam desideras peccatorum: fragilitatem conditionis humane benignissime respice: ⁊ hos cineres: quos causa proferende humilitatis: atqꝫ promerende venie capitibus nostris imponi decernibus: bene ✠ dicere pro tua pietate dignare: vt qui nos cinerem esse: ⁊ ob prauitatis nostre meritum in puluerem reuersuros cognoscimus: peccatorum omnium veniam ⁊ premia penitentibus repromissa misericorditer consequi mereamur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.


Deus qui humiliatione flecteris: ⁊ satisfactione placaris: aurem tue pietatis inclina precibus nostris: ⁊ capitibus seruorum tuorum horum cinerum aspersione attactis: effunde propitius gratiam tue bene ✠ dictionis: vt eos ⁊ spiritu cōpunctionis repleas: ⁊ que iuste postulauerint: efficaciter tribuas: ⁊ cōcessa perpetua stabilitate intactos manere decernas. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: qui niniuitis in cinere ⁊ cilitio penitentibus indulgentie tue remedia prestitisti: cōcede propitius: vt sic eos imitemur habitu: quatenus venia ꝯsequamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ reg. Completa benedictione primo imponitur cinis sacerdoti celebraturo missaꝫ ab alio sacerdote si adest. Alioquin sacerdos ipse genibus flexis corā altari sibiipsi cineres imponat ⁊ cantatur statim a choro. Antiphona.






di mit te re pecca ta no stra de us no ster.
Aña. Juxta vesti bu lum ꝛ al ta re plo
ra bant sacerdo tes ꝛ le ui te ministri do/
mini ꝛ di cent parce domi ne parce populo
tu o: ꝛ ne di ssipes o ꝛa clamantium ad te
do mi ne. ℟. E mendemus
in me li us que ignoranter pec caui
mus: ne subito pre occu pa ti di e mortis quera
mus spati um pe nitentie: ꝛ invenire non pos/











Sacerdos vero dum cantant añc ⁊ rñsorium: primo ex mini/stris stantibus genibus flexis corã altari imponit cinerem dicẽs. Memento homo quia puluis es: ⁊ in puluerez reuerteris. Postea veniunt clerici bini ⁊ bini: ⁊ genibus flexis ante altare reci/piunt cineres a sacerdote: vt dictum est de ministris. Comple/ta cinerum oratione dicitur. Dominus vobiscum. Oremus.

Concede nobis dñe presidia militie christiane sctis inchoa/re ieiunijs: vt cõtra spũales nequitias pugnaturi cõtinẽtie muniamur auxilijs. Per chr. ℟. Amẽ. Postea incipit missa.

¶ De benedictione imaginis beate marie virginis. Capi vij.

Adiutorium nostrum. Notandum q in omnibus benedictio/nibus sequẽtibus sacerdos si in missa non faciat benedictio/nem: semper debet habere superpelliceũ ⁊ stollaz: ⁊ incipere per ℣. Adiutorium nostrum. ⁊ dicta benedictione aspergat rem aqua benedicta: postea dicitur antiphona. Sub tuum presidium confugi/mus sancta dei genitrix virgo: nostras deprecationes ne despicias in necessita/tibus: sed a periculis cunctis libera nos semp virgo benedicta. Psalmus.

Fundamenta eius in montib' sanctis: diligit dominus portas sion super omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab et babylonis scientium me. Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopum: hi fuerunt illic. Nunquid sion dicet homo: et homo natus est in ea: et ipse fundauit eã altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorũ: et principum hoꝝ qui fuerunt in ea. Sicut letantium: oĩum habitatio est in te. Aña. Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus: et bñdictus fructus ventris tui. Ps. Ad te leuaui. 187. dicitur totum. Interim incensat imago: postea dicit Oremus.

Deus qui virginalẽ aulam beate Marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumus vt sua nos defensione munitos iocũdos nos faciat sue interesse venerationi. Qui viuis et reg. Et sequitur antiphona. O gloriosa dei genitrix virgo semper Maria: que dominum omnium meruisti portare: et regem angelorum sola virgo lactare: nostri quesumus pie memorare: et pro nobis christum deprecare: vt tuis sanctis patrociniis fulti ad celestia regna mereamur peruenire. Ps. Magnificat anima mea dominum. fol. 165. Oratio.

Deus qui de beate marie virginis vtero: verbũ tuũ angelo nunciante carnẽ suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eã genitricẽ dei credimus: eius apud te ĩtercessionibus adiuuemur. Per eũdẽ chrm dñm nrm. R. Amẽ. Alia oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui clementie tue dispositione cuncta ex nihilo creasti: hanc imaginem in honorem piissime genitricis filii tui domini nostri iesu christi venerabiliter adaptatam bene ✠ dicere: et sancti ✠ ficare digneris: et presta misericordissime pater: per inuocationem nominis tui: atqꝫ vnigeniti filii tui domini nostri iesu christi: quem pro salute generis integritate virginis Marie seruata incarnari voluisti: quatenus precibus eiusdem sacratissime virginis: quicũqꝫ eandem misericordie reginam et gloriosissimam dominam nostram coram hac effigie suppliciter honorare studuerint: et de instantibus periculis eruantur: et in cõspectu diuine maiestatis tue de cõmissis et omissis veniam impetrent: atqꝫ mereãtur in presenti gratiam quam desiderant adipisci: et in futuro perpetua saluatione cum electis tuis valeant gratulari. Per eundem. Oremus. Oratio.

Deus qui beatissimam virginem Mariam matrē tuam: mundi dominam: cordis illuminatricem: atq; nauigantiū in fluctibus huius seculi maris stellam et ducem: scdm sacratissimū nomen suum constituisti: concede quesumus: vt qui hoc dulcissimum nomen recolendo veneramur: et eius imaginem honoramus: in cunctis actib⁹ nostris ab ipsa gubernari: illuminari: atq; dirigi mereamur. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate etc.

Postmodum imago aspergant aqua benedicta: et thurificetur.

¶ Benedictione anchonarum seu imaginū dei et scōrum. Cap. viij.

℣. Adiutorium nostrū. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus maiestatē tuam suppliciter exoramus: vt anchonam hanc: in qua gloriosissime imagines et filij tui domini nostri iesu christi et gloriose virginis marie matris eius: aliorūq; sanctorum. N. et. N. depicte sunt bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris: antequā quicūq; ob deuotionem ad ipsam adorandam se deuote inclinauerint: salutē mentis et corporis cōsequant: et a cunctis periculis liberent: et quicqd iuste petierint obtinere mereantur. Per eundem. Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui sanctorum tuorum imagines siue effigies sculpi aut pingi non repudias: vt quotiēs illas oculis corporeis intuemur: totiens eorum actus: et sanctitatē: ad imitandum: memorie oculis meditemur: hāc quesumus imaginē seu sculpturam in memoriam et honorem tui vel vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi: vel beatissime virginis marie matris eius: vel beati. N. apostoli tui: vel martyris: vel cōfessoris: aut pontificis: aut virginis: adaptatā: bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris. Et presta: vt quicūq; coram illa: te: vel filium tuum: vel beatissimam virginem: vel gloriosum apostolum: martyrem: confessorem: aut virginem: suppliciter honorare studuerit: illius precib⁹ et obtētu a te grām in pñti: et eternā gliam obtineat in futuro. Per dñm. Ultimo aspergat aqua benedicta et thurificetur.

¶ Benedictio pabuli aīaliū. s. salis: ordei: auene: et ceterorum: que in aliqb⁹ regionib⁹ fit in festo scī stephani ꝓthomartyris. Ca. ix.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Postea legatur lectio de actibus apostolorum. Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Stephanus autem plenus gratia et fortitu-

dine:faciebat prodigia:⁊ signa magna in populo. Surrexerunt autē quidam de synagoga:que appellabatur libertinorum ⁊ cyrenensium:⁊ alexandrinorum:⁊ eorum qui erant a cilicia ⁊ asia:disputātes cū stephano:⁊ nō poterant resistere sapientie ⁊ spiritui : qui loquebatur. Audientes autem hec : dissecabant cordibus suis:⁊ stridebant dentibus in eum. Cum autē esset stephanus plenus spiritu sancto:intendens in celum:vidit gloriā dei : ⁊ iesum stantem a dextris virtutis dei:⁊ ait. Ecce video celos apertos:⁊ filiū hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna:continuerunt aures suas : ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatē : lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua:secus pedes adolescētis:qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum inuocantem ⁊ dicentem. Dñe iesu accipe spiritū meum. Positis autē genibus: clamauit voce magna dicens. Dñe ne statuas illis hoc peccatū. Et cum hoc dixisset:obdormiuit in dño. Subsequatur euāgeliū.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile factum est regnum celorum homini:qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus eius : ⁊ superseminauit zizania in medio tritici:⁊ abijt. Cum autē creuisset herba:⁊ fructū fecisset:tunc apparuerūt ⁊ zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei. Dñe:nōne bonum semen seminasti in agro tuo ? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Uis imus:⁊ colligimus ea ? Et ait. Non:ne forte colligētes zizania:eradicetis cū eis simul ⁊ triticū. Sinite vtraq₃ crescere vsq₃ ad messem:⁊ in tpe messis dicam messoribus. Colligite primū zizania:⁊ alligate ea in fasciculos ad cōburēdū. Triticum autē cōgregate in horreum meum. Finito euangelio dicat sacerdos.

PEr istos sermones sancti Euangelij:indulgeat nobis dominus noster iesus christus vniuersa nostra crimina ⁊ delicta. ℞. Amen. Deinde dicit.

BEnedicat dominus hanc creaturam pabuli : salis:ordei: auene:siliginis. Amen. Psal. In conuertendo. fol.i88. Gloria pri. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster.

Aue maria. ℣ Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Et si mortiferum quid biberint. ℟. Non eis nocebit. ℣. Gustate ⁊ videte quoniam suauis est dominus. ℟. Beatus homo qui sperat in eo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine deus omnipotens creator celi ⁊ terre: rex regum: ⁊ dominus dominantium: exaudi nos famulos tuos clamantes ⁊ orantes ad te: qui omnia de nihilo creasti: ⁊ hoc pabulum cum ceteris creaturis ad vsus animaliū: ⁊ ad eoꝝ nutrimētum fecisti: que quidem animalia in adiutorium ⁊ sustentationē hominum creasti: ⁊ qui hodierna die petitionem sancti stephani prothomartyris adimplesti: te humilr̃ deprecamur: vt has creaturas: auene: salis: ⁊ cetera: que ad vsus animalium: ⁊ sanitatem eoꝝ: siue in terra: siue in aqua degentium: per inuocationē sancti nominis tui: ⁊ per intercessionem beate marie semper virginis genitricis tue: ⁊ per merita beati stephani prothomartyris tui: cuius festum hodie recolimus: ⁊ per preces omniū sanctoꝝ tuoꝝ: bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris: vt animalia que ex eis gustauerint: sanitatem integralr̃ recipiant: per te iesu christe: cuius solo verbo oīa restaurant̃: saluator mūdi rex eterne glorie. Qui in trinitate perfecta cū patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas: per oīa secula seculoꝝ. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus qui tēporibus helie prophete celum a nubibus restringendo clausisti: ⁊ rursum aperiendo te mirabilē ostēdisti: exaudi preces plebis tue: per vnigenitum tuū: quē consubstantialem ⁊ coequalē tibi in diuinitate credimus: ⁊ per spiritū sanctum paraclitum: quem ab vtroq̄ ꝓcedere cōfitemur: ⁊ per merita beatissimi ꝓthomartyris stephani: cuius hodie festū celebramus: vt bene ✠ dicas ⁊ sancti ✠ fices hoc sal: auenā: ordeū: ⁊ siliginē: vt quecūq̄ animalia ex eis gustauerint: adiutorium sanitatis ⁊ incolumitatis recipiant: per te dn̄e sancte pater: qui cū filio ⁊ spiritu sctō viuis ⁊ regnas per oīa secula seculoꝝ. Amen.

Et benedictio dei pa ✠ tris oīpotētis ⁊ fi ✠ lij ⁊ spūs ✠ sci descendat super hanc creaturā: auene: ordei: siliginis: ⁊ salis. ℟. Amen. Aspergant aqua benedicta. ¶ De benedictione vini: in festo sancti Joānis euangeliste cōtra venenū. Cap. x.

De benedictione vini contra venenum

In festo sancti Joannis apostoli et euangeliste: benedicatur vinum hoc modo. ℣. Adiutorium nostrum. Et postea legatur euangelium. Initium sancti euangelij secundum Joannem.

In principio erat verbum: et verbũ erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factum est: in ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominez venientẽ in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipsuz factus est: et mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autẽ receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in noĩe eius. Qui non ex sanguinibus: neqz ex voluntate carnis: neqz ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factũ est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie et veritatis. Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

In illo tpe. Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est autẽ iesus: et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater iesu ad eum. Vinum nõ habent. Dicit ei iesus. Quid mihi: et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quodcũqz dixerit vobis: facite. Erant autem ibi lapidee hydrie sex posite: ſm purificationez iudeorum: capientes singule metretas binas: vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas vsqz ad summum. Et dicit eis iesus. Haurite nunc: et ferte architriclino: et tulerunt. Vt autez gustauit architriclinus: aquã vinum factũ: et non sciebat vnde esset: ministri autez sciebant: qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus: et dicit ei. Omnis homo: primuz: bonũ vinum ponit: et cuz inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. Tu aũt seruasti bonum vinum vsqz adhuc. Hoc fecit initiuz signoꝝ iesus in chana galilee: et manifestauit gloriaz suã. Et crediderunt in eum discipuli eius. Dicto euangelio dicat sacerdos.

PEr istos sermones sancti euangelij: indulgeat nobis dñs noster iesus christus vniuersa nostra crimina ⁊ delicta. ℟. Amen. Benedicat dominus noster iesus christus hãc creaturaȝ vini. Amen. ps. Dominus regit. fol. 170. totus Gloria patri. Kyrieleison. Christeleison. Kyriel. Pater noster. Aue maria. ℣. Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Et si mortiferum quid biberint. ℟. Non eis nocebit. ℣. Gustate ⁊ videte quoniam suauis est dñs. ℟. Beatus homo qui sperat in eo. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus ⁊ pater domini nostri iesu christi: cuius verbo celi firmati sunt: cui omnis creatura deseruit: ⁊ ois potestas subiecta est: ⁊ metuit: ⁊ expauescit: nos te ad auxilium nostruȝ inuocamus: cuius audito nomine serpens cõquiescit: draco fugit: vipera silet: ⁊ subdola illa que dicitur rana inquieta torpescit: scorpius extinguitur: regulus vincitur: squalangus nihil noxium operatur: ⁊ omnia venenata: ⁊ adhuc ferotiora animalia noxia terrentur: tu extingue omnes diaboli fraudes: ⁊ omnes humano generi aduersantes nequitias: ⁊ hunc potum per intercessioneȝ beatissime virginis Marie: ⁊ beati Joannis apostoli ⁊ euangeliste: ⁊ omniuȝ sanctorum tuorum meritis ⁊ intercessionibus: tua virtute bene ✠ dic. Ut omnes ex eo gustãtes ab omni malo custodias: ⁊ ad regnũ glorie tue perducas. Per eundem dominũ.

DEus cuius potestate beatus Joannes euangelista potũ venenosum ⁊ toxicum digessit: bene ✠ dicere ⁊ consecrare ✠ digneris hanc creaturam vini: vt oiuȝ ex eo gustantium expulso omni gustu nociuo: infuso tue benedi ✠ ctionis mysterio: sit in terris corporis ⁊ aie remissio criminum: ⁊ in celis perpetua consolatio. Per dñm. Dñs vobiscuȝ. Benedicamus domino.

ET bñdictio dei oipotẽtis pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spũs ✠ sancti descẽdat ⁊ maneat sup hanc creaturaȝ vini. ℟. Amẽ. Aspergant aqua benedicta. ¶ De benedictiõe panis: vini: fructuũ: ⁊ seminũ: in festo sancti blasij: cõtra malũ gutturis. Cap. xj.

POstq̃ȝ sacerdos in missa peruenerit in canone ad locũ illũ Per queȝ hec omnia domine semper bona creas ⁊c. versus ad populum benedicit infrascripta hoc ordine. ¶ Benedictio panis ℣. Sit nomen domini benedictum ℟. Ex hoc nunc ⁊ vsq; in

seculum. ℣. Adiutorium nostrum. ℣. Ora pro nobis beate Blasi. ℟. Ut di-
gni efficiamur. Dñe exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

SAluator mundi deus domine iesu christe: qui hodiernum diem beatissimi blasij martyrio consecrasti: et diuersas creaturas ad salutem hominuz creasti: qui ex quinqz panibus et duobus piscibus quinqz milia hominuz saciasti: ac populuz iudaicũ in deserto miraculose pauisti: ineffabilem misericordiam tuam suppliciter exoramus et petimus: vt hos panes quos plebs fidelis tibi deuote hodie ad sctificãduz attulit: tua pietate bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris: vt qui ex eis comederint vel gustauerint: ab omni gutturis plaga: et totius corporis infirmitate: meritis et intercessione eiusdem beati Blasij martyris tui: plenã recipiant sanitatez: et nos seruos tuos ab omni corporis et anime egritudine sanos conseruet. Qui viuis et regnas cum deo patre. Postea aspergãtur aqua benedicta. ¶ Alia benedictio panis in eodem festo ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

OMnipotens et mitissime deus: qui omnium mundi rerum diuersitates solo verbo creasti: et ad hominum reformationem illud idem verbum: per quod facta sunt omnia: incarnari voluisti: qui magnus es et immensus terribilis atqz laudabilis et faciens mirabilia: pro cuius fidei confessione gloriosus martyr et pontifex Blasius diuersorum tormentorꝫ genera nõ pauescens: martyrij palmam feliciter est adeptus: quiqz eidem inter ceteras gratias hanc prerogatiuam contulisti: vt quoscunqz gutturis morbos tua virtute curaret: maiestatez tuam suppliciter exoramus: vt non inspectu nostri reatus: sed eius placatus meritis et precibus: hanc creaturam panis bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare tua venerabili pietate digneris: tuam gratiam infundendo: vt omnes qui ex eo bona fide gustauerint: a quocunqz gutturis morbo grauatos se senserint: ipsius passione et meritis liberentur: et in ecclesia sancta tua sani et hylares tibi gratiaruz referant actiones: et laudent nomen tuum gloriosum: quod est benedictũ in secula seculorum. Per eundem christum dominum nostrum. ℟. Amen. Aspergantur panes aqua benedicta. ¶ De benedictione vini fructuum et seminum in festo eiusdem sancti Blasij

episcopi ꝛ martyris ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe omnipotens eterne deus: qui vinum quod letificat cor hominis: in sacrificio in die cene offerri precepisti: ꝛ in chana galilee ex aqua vinum fecisti: tu qui es vitis vera: intercessione beati Blasij martyris tui: multiplica sup nos seruos tuos pietatis tue misericordiam: quemadmodum fecisti cum patribus nostris in tua ineffabili misericordia sperantibus pietatem: bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare tua clementia digneris hanc creaturam vini: quaꝫ ad seruoruꝫ tuoꝝ subsidium tribuisti: quatenus vbicūqꝫ fuerit fusum: vel a quibuslibet potatum: diuine bene ✠ dictionis tue repleantur dulcedine cum gratiaꝝ actione: ꝛ in eorū visceribus sanctificetur per te saluator mundi. Qui viuis ꝛ regnas cum deo patre. Aspergantur aqua benedicta.

¶ Eodem die benedictio fructuum ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe deus de deo: qui famulum tuum beatum Blasiuꝫ hodierna die martyrio ꝯsecrasti: bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare tua pietate digneris hos fructus arborum: ficus: nuces: auellanas: vuas: ꝛ alia que idigni detulimus: per tui sancti nominis inuocationem: ꝛ per intercessionem gloriosissime virginis Marie: atqꝫ eiusdem gloriosi martyris tui atqꝫ pontificis Blasij: bene ✠ dicere: ꝛ ad profectuꝫ presentis familie tue: atqꝫ omniuꝫ fidelium presentiuꝫ ꝛ absentium prouenire cōcede: vt in quocūqꝫ loco deprecati fuerint: salui: ꝛ maxie a dolore gutturis efficiantur: ꝛ omnes iniqtates siue illusiones ab eoꝝ habitaculis abscedant: ꝛ quicūqꝫ ex eis tenuerint ꝛ gustauerint: tua gr̄a ꝛ bñ ✠ dictione repleant. Qui viuis. Aspergant aqua bñdicta.

¶ Eodem die benedictio seminum. ℣. Adiutorium nostrū in nomine domini. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

CReator omniuꝫ deus: qui semina subtus terraꝫ posita fructificare ꝛ multiplicare facis: ꝛ in vsus nostros misericorditer cōcedis: intercedente beato Blasio martyre tuo supplicationes nostras placatus intēde: vt hec seminū genera bñ ✠ dicere ꝛ scī ✠ ficare tua benignitate digneris: vt ēt iumēta q̄ ex eis comederint vel gustauerint a quacūqꝫ detineant infirmitate plenā

recipiant curationē. Per dñm. Aspergant aqua bñdicta. Quo facto sacerdos conuersus ad altare dicit Per quem hec oia ꝛc.

C Bñdictiõe panis i festo scte agathe ꝯ ignis piculuʒ. Ca. xiij.

SAcerdos existens in canone misse: vt supra dictuʒ est: vertens se ad populum: benedicit panem hoc modo. Primo dicat psalmus Deus misereatur nostri. fol. 39. totũ cum Gloria patri. Kyrieleison. Christeleison. Kyrielei. Pater noster. Et ne nos inducas. ℣. Adiutorium nostrum. ℣. Sit nomen dñi benedictũ. ℟. Ex hoc nunc. ℣. Ora pro nobis beata agatha. ℟. Ut digni efficiamur. Dñe exaudi orationē meam. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui: qui es panis viuus: qui de celo descendisti. Bene ✠ dic ꝛ sancti ✠ fica hos panes: fructus: cereos: aquam: vinum: oleuʒ: ꝛ cetera. Hic posita in honorem beate agathe virginis ꝛ martyris tue deportata: ꝛ concede per intercessionem eiusdem virginis ꝛ martyris: ꝛ vbicunqʒ contra ignem comburentem missa vel posita fuerint: illico ignis euanescat: ꝛ penitus extinguatur. Qui viuis ꝛ regnas cũ deo ꝛc.

BEnedictio dei omnipotentis pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti: per intercessionē beate agathe virginis ꝛ martyris tue descēdat ꝛ maneat sup hos panes: ꝛ sup oēs ex eis gustātes. Amē. Aspergantur aqua benedicta. Per eundē dñm nrm iesum christũ filiuʒ tuũ. Per quem hec omnia dñe semper bona creas ꝛc.

C De benedictione agni ꝛ carniuʒ in die scto pasche.

SAcerdos dicta in canone cõmemoratione pro defunctis postq̃ʒ peruenerit ad illam parteʒ canonis vbi dicit Per queʒ hec omnia domine semper bona creas ꝛc. Uertit se ad populum ꝛ dicit ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

IEsu christe fili dei viui: qui es verus ꝛ imaculatus agnus: quiqʒ imaculatus in ara crucis peccata mũdi delesti: ꝛ nos ad ouile proprijs humeris reportasti: has carnes agni: quas ad vsus hominũ creasti: bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: vt omnes ex eis sumentes se sentiāt tuis beneficijs repletos: ꝛ corporis ꝛ aie sanitatem te annuente se percepisse letentur: saluator mundi: Qui viuis ꝛ regnas cum deo patre in vnitate spũssancti deus: per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

D eus

DEus vniuerse carnis: qui Noe et filijs suis de mundis et imundis aialib⁹ pcepta dedisti. Quiqȝ sicut olera herbarum humano generi quadrupedia munda edere pmisisti: qui agnũ in egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere pcepisti in figurã agni dñi nostri iesu christi cuius sanguine oia primogenita tibi de mũdo redemisti: et angelo in nocte illa omne primogenitum in egypto percutere pcepisti seruãs populum tuum agni sanguine prenotatum: dignare qs dñe deus ops bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare has ouium agnorum edorum auium et quorũcũqȝ mũdorum animalium carnes: vt quicũqȝ de tuis fidelib⁹ populis ex eis comederint omni bene ✠ dictione celesti et tua perẽni repleti gra satient. Per eundẽ christum dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Aspergant carnes aqua benedicta. Postea cõuersus ad altare dicat. Per quem hec oia etc. ¶ Benedictio ouorum in pascha. Si fuerit oua bñdicẽda aspersis carnibus aqua bñdicta dicat iterum ℣. Adiutoriũ nostrũ. Dñe exaudi orationẽ meam. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

SUbueniat quesumus domine tue bene ✠ dictionis gratia huic ouorum creature de qua pullos gallinarum procreare dignatus es: vt cibus salubris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarum actione sumẽtibus. Per christũ. Aspergantur aqua benedicta et sacerdos sequatur in missa Per quẽ hec omnia. vt supra.

¶ De bñdictiõe segetũ et seminũ in festo sci marci euãg. C.xv.

IN festo sancti marci sacerdos benedicturus segetes exiens cum clericis in agrum cum cruce et cereis: paratus cum superpellicco et stola: Incipit letaniam: sicut habet supra fol. 186. Qua finita dicit. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater nr. Aue maria. Domine exaudi orationem meam. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

PIetatem tuam quesumus oipotẽs deus: vt has primitias creature: quas aeris et pluuie tẽperamẽto nutrire dignat⁹ es: bene ✠ dictionis tue hymbre perfundas: tribuas populo tuo de tuis muneribus tibi semp gratias agere: vt a sterilitate terre esurientiũ aias bonis affluentibus repleas: vt egenus et pauper laudent nomen glorie tue. Per christum. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus arbiter throni: qui molem terre ex nihilo pendentem gubernas: et ad victum humani generis corporisqȝ sustentationẽ agros operibus excolere iussi/

sti: misericordiam tuam supplices exoramus: vt quicquid in hos agros salubrissemini satū atq3 plantatum est respectu tue clementie prospitias: ꝛ aeris temperiem moderari digneris: vt resseccato atq3 absorto omnium tribulorum spinarumq3 squalore efficias fruges fecundas: ꝛ ad maturitatem perfectam tribuas prouenire: vt nos famuli tui vberem tuorum donorum fructum cum gratiarum actione percipientes debitas atq3 acceptas nomini tuo laudes referre mereamur. Per christum. Oremus. Oratio.

TE domine petimus ac rogamus: vt hos fructus seminū frugum frumenti: siliginis: ordei: auene: ac aliorum cuiuscūq3 generis existant: tuis oculis serenis hylariq3 vultu respicere digneris. Sicut enim testatus es moysi famulo tuo in terra egypti dicens: dic filijs israel: cum ingressi fueritis terram promissionis: quam eis daturus sum: vt primitias frugum offerant sacerdotibus: ꝛ erūt benedicte fruges: ita ꝛ nos oramus te domine vt auxilium gratie tue super nos: ꝛ hos fructus ad bene ✠ dicendū proferendum concedas: vt non grando surripiat: non turbo subuertat: nec vis tempestatis detruncet: nec aeris serenitas exurat: nō inundatio pluuialis exterminet: sed incolumes ꝛ super abūdantes propter vsum hominum ad plenissimam maturitatē perducere digneris. Per christum dn̄m nostrum. Oremus. Oratio.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus mitte spiritum sanctum tuum cum angelis ꝛ archangelis tuis: ꝛ cū eis omnes sanctos ꝛ electos tuos vt defendant segetes nostras a vermibus malis: siue ab auibus: vt magnificetur nomen tuum deus in omni loco. Per dn̄m nostrum. Tunc sacerdos circueat agrū vel partē eius aspergēdo aquā benedictā. Et postea dicat.

ET benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti descendat ꝛ maneat sup has fruges. ℞. Amen.

¶ De bn̄dictiōe vue noue i festo trāsfigurationis dn̄i. Ca. xvj.

IN festo transfigurationis dn̄i sacerdos cū in canone misse peruenerit ad locū illum post factam cōmemorationē de mortuis. Per quē hec omnia. anteq̄3 dicat Per quē. dicat ℣. Adiutorium nostrū. Dn̄e exaudi. Dn̄s vobiscum. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic dn̄e hos nouos fruct⁹ vue: quos tu dn̄e rore celi ꝛ inundantia pluuiarum ꝛ tēporum serenitate atq3 trāquilita-

te ad maturitatē perducere dignat⁹ es: ⁊ dedisti eos ad vsus nostros cū grāꝝ actiōe ꝑcipere. In noīe dn̄i nostri iesu christi. Per quē hec oia ⁊c. Et aspergant vue aqua bn̄dicta. ¶ De benedictione pueroꝝ a parentibus ad ecclesiam adductoꝝ. Ca. xvij.

Solent alicubi laudabiliter ⁊ catholice pueri a parentibus ad ecclesiaꝫ adduci vt a sacerdotibus benedicantur. Cum igit pueri fuerint in ecclesia presentati: sacerdos missam celebret pro benedictione pueroꝝ in missali positam: vel saltim oratiōes dicat si magnū festum fuerit: ⁊ post missam sic apparatus: vel si missam non dixerit: cuꝫ superpelliceo ⁊ stola stans ante altare cōuersus ad pueros coraꝫ altari genuflexos dicit ℣. Adiutorium nostrum. Dn̄e exaudi orationē meā. Dn̄s vobiscum. Oremus. Oratio.

Quesumus oipotens deus pueris istis pro quibus tuā deprecamur clementiaꝫ bene ✠ dicere digneris: ⁊ per virtutem sancti spiritus corda eoꝝ corrobora: vitā sanctifica: castimonia decora: ⁊ sensus eoꝝ in bonis operibus munias: ⁊ informes: prospera tribue: pacem cōcede: salutem confer: charitateꝫ largire: ⁊ ab omnibus diabolicis atqꝫ humanis insidijs tua ꝓtectione ⁊ virtute semꝑ defende: ⁊ in finē ad requiem paradisi perducere digneris. Per dn̄m nostrū iesum christum filium tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritussancti deus: per omnia secula seculoꝝ. ℞. Amē. Postea dicat ps. Laudate pueri dominum. fol. 39. totum cum Gloria patri. Postea dicatur añа. Laudate pueri dn̄m: laudate nomen domini: quod est benedictuꝫ ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculum. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. ℣. Benedic dn̄e pueris istis: ⁊ inuocetur super eos nomen dei viui. ℞. Et benefacias eis in omni tempore domine deus noster. ℣. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ nolite ꝓhibere eos. ℞. Talium est enim regnum celoꝝ. ℣. Uidete ne cōtemnatis vnuꝫ ex his pusillis. ℞. Quia angeli eoꝝ semper vident faciem patris mei: qui in celis est. Dn̄e exaudi orationē meam. Dn̄s vobiscum. Oremus. Oratio.

Respice q̄s dn̄e ad pueroꝝ presentiuꝫ deuotionē: vt in tua grā ⁊ misericordia ꝓficiscant ⁊ crescāt: ⁊ ad finē optatū feliciter perducant. Per christuꝫ. ℞. Amen. Oremus. Oratio.

Clementissime domine suscipere digneris famuloꝝ famularūqꝫ tuaꝝ innocentiam: ⁊ parentum suoꝝ fidem ⁊ voces

omniuꝫ salutẽ hanc clamantiuꝫ: infunde sup eos spiritualiuꝫ do-
na virtutuꝫ: vt nullus inimicus humani generis eos fraude deci-
piat. Per christũ dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.
Domine iesu christe fili dei viui qui cuꝫ patre ⁊ spiritu san-
cto es deus trinus ⁊ vnus: te mundi factorem: vite aucto-
rem: ⁊ gratie largitoreꝫ humiliter deprecamur: vt tu qui es terri-
bilis pius ⁊ misericors: laudabilis: innocens: ⁊ inocentie amator:
humilis: ⁊ humilitatis assumptor: mansuetus: ⁊ mansuetudinis
habitator: qui venientibus ad te paruulis manus tue benedictio-
nis imponens: talium dixisti esse regnum celoꝝ: bene ✠ dic q̃s ⁊
hos paruulos: qui hodie in eccl'ia ad bñdicẽdum sunt presentati:
tu eis dñe da intellectũ pietatis ⁊ augmẽtum vt te sapiant: te dili-
gant: te ament: te timeant: ⁊ mandata tua custodiant: ⁊ te cõcedẽ-
te vsqꝫ ad vltimã perueniant senectutem: per te saluator mundi
deus. Qui viuis. Sacerdos finita oratione ponit manus super
caput pueroꝝ dicẽs. Complexans pueros iesus ⁊ imponẽs eis
manus benedicebat eis: ⁊ faciens signum crucis super eos dicit.
ET benedictio dei omnipotẽtis patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ spũs ✠
scti descendat sup vos: ⁊ custodiat ⁊ dirigat vos: ⁊ maneat
semp sup vos. ℟. Amen. Postea aspergat eos aqua bñdicta.
¶ Benedictio pueroꝝ quando capilli sibi primum inciduntur.
IN primis dicit ℣. Adiutorium nostrum. ps. Ecce q̃ꝫ bonuꝫ.
fol. 189. Postea ponatur crux facta ex cera in capite eoꝝ
⁊ presbyter dicit Dominus vobiscum ⁊c. Oremus. Oratio.
OMnipotens sempiterne deus qui venientibus ad te inno-
centibꝰ sacratissimas manus impositionis tue imposuisti:
quesumus bene ✠ dic hunc famuluꝫ tuum cuius capillos hodie
incidimus: da ei etatem perfectam vt te diligat: te sapiat: te auxi-
li ante tua mereatur implere mandata. Per chr̃m dñm nostruꝫ.
℟. Amen. Qua oratione finita incidantur capilli: ⁊ dum inci-
duntur presbyter dicat hanc orationem. Oremus. Oratio.
GRatias tibi agimus dñe deus oĩpotẽs: in cuius nomine fa-
muli tui. N. capillos incidimus: precamurqꝫ maiestatem
tuaꝫ: vt te auxiliante vsqꝫ ad summã senectutẽ perueniat: vitãqꝫ
ꝑcipere mereat eternã. Per christuꝫ dñm nostrum. ℟. Amen.
Et cũ fuerint incisi capilli dicat chorus. Ecce sic bñdicet homo:

qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex sion: qui fecit celũ ꝛ terrã. Gloria patri. Sicut erat. Deinde sequitur Oremus. Oratio.

D Omine iesu christe: qui es caput nostrum: ꝛ corona oĩum sctõꝝ: respice quesumus sup infantiam famuli tui: qui in tuo noĩe sua celebrat vota: vt capillis capitis sui tonsuratus: per huius bene ✠ dictionis copiaꝫ ad senilem venire mereat etatẽ: ꝛ cõgaudeat ad futurã gl'iaꝫ: dum salutẽ cõsequet eternã. Per dominũ nřm ꝛc. ℟. Amẽ. Postmoduꝫ aspergant aqua bñdicta.

De benedictione candelarum. Capi. xviij.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum. Oratio.

B Enedic domine iesu christe hanc creaturam cerei vel candelarum supplicationibus nostris: ꝛ infunde per virtuteꝫ sancte cru ✠ cis bene ✠ dictionem celestem: vt qui eum vel eas ad repellẽdas tenebras humano generi tribuisti taleꝫ signaculo sancte crucis fortitudinẽ ꝛ bene ✠ dictioneꝫ accipiat: vt in qbuscunqꝫ locis accense siue posite fuerint: discedat ꝛ contremiscat diabolus: ꝛ fugiat pauidus cum omnibus ministris suis de habitationib⁹ illis: nec presumat amplius inqetare vel illudere seruiẽtibus deo: proinde supplices quesumus te domine: vt emittas angelum tuum raphaelem: qui effugauit ꝛ repulit a sara ꝛ tobia demonem mortiferum eos infestanteꝫ: qui conterat illuꝫ ꝛ perdat de cunctis habitationibus colentium deuꝫ: de basilicis: de domibus: de angulis: de lectulis: de refectorijs: de vniuersis locis: in quibuscũqꝫ deo famulantes habitant: ꝛ requiescũt: dormiunt: vigilant: ambulant: ꝛ consistunt: nec valeat ille malignus ampli⁹ inquietare vel pauores imittere super illos quos sancti crismatis tui vnctione fecisti esse munitos. Benedico te cera in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis ꝛ fi ✠ lij eius vnigeniti ꝛ spi ✠ ritus sancti paracliti vt sis vbiqꝫ diaboli effugatio: atqꝫ omnium contubernalium suoꝝ exterminatio: adiuuante eadem sancta ꝛ indiuidua trinitate: que in vnitatis essentia viuit ꝛ regnat in secula seculoruꝫ. ℟. Amen. Postmodum aspergantur aqua bñdicta.

Alia benedictio ad idem. Capi. xix.

℣. Adiutorium nostrum. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

D Omine iesu christe: lux vera: que illuminat omneꝫ hominem venienteꝫ in hunc mundum: effunde bene ✠ dictio-

nem tuam super hos cereos ꝛ sup̱ has candellas: ꝛ sancti ✠ fica eas lumine gratie tue: ꝛ concede propitius: vt sicut hec lumina-ria igne visibili accensa nocturnas depellunt tenebras: ita corda nostra inuisibili igne: idest spiritussancti splendore illustrata: oium̄ peccatoꝝ ꝛ vitioꝝ cecitate careant: vt puro mentis oculo cerne-re semp̱ possimus: que tibi sint placita ꝛ nostre saluti vtilia: qua-tenus post huius seculi caliginosa discrimina ad lucem indeficiē-tem peruenire mereamur. Qui viuis ꝛ regnas cuꝫ deo patre in vnitate eiusdeꝫ spiritus sancti deus p̱ omnia secula seculoꝝ. ℟. Amen. Postea aspergantur aqua benedicta. ¶ Benedictio incensi ℣. Adiutorium nostrum. Dominus vobiscum. Oremus.

TUa quesumus omnipotens sempiterne deus imense maie-statis dextera hanc creaturam incensi bene ✠ dicere ꝛ san-cti ✠ ficare digneris: vt in virtute sancti nois tui oēs imundorum spirituū fantasticos incursus effugare: omnesqꝫ morbos reddita sanitate expellere: vbicūqꝫ fumus eiꝰ afflauerit mirabilr̄ possit: atqꝫ tibi oipotenti deo odore fragrantissimo perpetua suauitate reddere. Per christum. ℟. Amē. Aspergant aqua benedicta.

¶ De benedictione vidue castitatem profitentis. Capi. xx.

IN benedictione vidue sacerdos se preparat missam cele-braturus: ꝛ ipsam prosequitur ꝛ dicto Gloria in excelsis. Si fuerit dicendum dicat orationem misse: quam dicit ꝛ banc cum eadem oratione sub vno Per dominum. concludat.

DA q̄s dn̄e huic famule tue: quā viduitatis honore digna-tus es decorare: inchoati opis ꝯsumatū effectū: vt p̱fectā tibi offerat plenitudinē: ꝛ initia sua p̱ducere mereat ad finē. Per dn̄m. ℟. Amē. Et p̱seqtur missaꝫ vsqꝫ ad euāgeliuꝫ exclusiue.

TUnc vidua accedens ad altare cum cereo accenso in mani-bus genuflectit. Tunc sacerdos interrogat eā dicens Uis in sancto viduitatis proposito perseuerare: ꝛ dominū iesum chri-stum sponsum accipere? Et illa rn̄det Uolo Tunc manibꝰ iun-ctis positis inter manus sacerdotis ipse interrogat eam dicens. Promittis te perpetuo viduitatem seruaturam? Et illa rn̄det Promitto. Et ipse. Deo grās. Deinde eaꝫ interrogat dicens Uis benedici ꝛ domino iesu christo summi regis filio desp̄osari? Illa rn̄det Uolo. Quo facto prosternit se ante dexteram partē

altaris: et sacerdos dicit super illam. Oremus. Oratio.

C Onsolare domine hanc famulam tuam laboribus viduitatis constrictam: sicut consolari dignatus es sareptanam viduam per heliam prophetam: concede ergo ei pudicitie fructum: vt antiquaruz nõ meminerint voluptatũ: nesciat etiam incentiua desideria vitiorum: sed tibi soli subdat propriũ collum: quo possit pro tantis laboribus sexagesimum percipere graduz munusqz delectabile sanctitatis. Per do. Postea benedicit vestes et velum eius dicens Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

D Eus eternoruz bonorum fidelissime promissor et certissime persolutor: qui vestimentum salutis et indumentuz iocũditatis eterne fidelibus tuis promisisti: clementiam tuam suppliciter exoramus: vt hec indumenta humilitatem cordis et cõtemptum mundi significantia: quibus famula tua est visibiliter informanda: proposito propitius bene ✠ dicas: et beate castitatis habitum queз te inspirante suscipit: te protegente custodiat: et quã vestimẽtis venerãde promissionis induis tẽporalr: beata facias imortalitate vestiri. Per christuz. Et aspergat vestes aqua benedicta. Tunc sacerdos benedicit velum. Oremus. Oratio.

S Uppliciter te dñe rogamus: vt sup hoc velum capiti ancille tue imponẽdum bene ✠ dictio tua benigna descendat: et sit hoc velum benedictũ: et consecratuz: imaculatũ: et sanctuz presentis ancille tue. Per christuz dñm nostrũ. R. Amen. Aspergatur aqua benedicta. Quo facto: legatur euangelium. Interim illa in aliquo loco secreto vestes benedictas induit: et dicto euangelio et offertorio: reuertitur: et stanti genibus flexis coram altari sacerdos dicit Uis persistere in sancta viduitate: quã professa es? Et illa rñdet Uolo. Et tunc ponit velluz sup caput eius dicẽs.

A Ccipe velamen viduitatis et cõtinẽtie signũ: per quod spiritus sanct[9] supueniet in te: et virtus altissimi sit tibi vmbraculum cõtra estum malarũ tentationum: In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et spũs ✠ sancti. Amen. Deinde dicit. Oremus. Oratio.

I Ncorrupte eternitatis et inuiolabilis nature deus te suppliciter exoramus pro hac famula tua: que corpore et mente perfecte continentiam tibi seruaturam se deuouit: vt ei spiritus sancti donum largiter infundas: ac perfectaz constantiã tribuas

⁊ continentie perseuerantiaꝫ. Per dominū nostrū. ℟. Amen.
R Espice domine famule tue tibi debitam seruitutem: vt inter humane fragilitatis incerta nullis aduersitatibꝰ opprimatur: que de tua protectione confidit. Per dominum nostruꝫ.
Quo facto ipsa offerat candellam accensam sacerdoti. Secreta dicenda sub vno Per dominum. cum secreta proprie misse.
R Espice dñe ꝓpitius ad hostiā nr̄e seruitutis tuo cōspectui imolandam: vt hec famula tua viduitatis sctē ꝓpositū: qđ te insperāte suscepit te gubernāte custodiat. Per do. ℟. Amē.
P Ostq̄ꝫ sacerdos cōmunicauerit: cōmunicet eam. Oratio. dicenda post postcōmunionem misse sub vno. Per dñm.
P Urificent nos domine quesumus sacramēta que sumpsimus ⁊ famulam tuam ab omni culpa liberam esse cōcede: vt que conscientie sue reatu constringitur celestis remedij plenitudine glorietur. Per dominum. ℟. Amē. ¶ Benedictio super peregrinos exeuntes. Sacerdos suppelliceo ⁊ stola indutus dicat ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Psalmus.
D Eus in adiutorium meuꝫ intende: domine ad adiuuādū me festina. Confundantur ⁊ reuereantur: qui querunt animā meam. Auertantur retrorsum ⁊ erubescant: qui volunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge. Exultent ⁊ letentur in te omnes qui querunt te: ⁊ dicant semper magnificetur dominus: qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus ⁊ pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus ⁊ liberator meus es tu: domine ne moreris. Gloria patri.
Ps. Dominus regit me ⁊ nihil mihi deerit. fol. 170. Psalmus.
D Omine refugium factus es nobis: a generatione in generatione. Priusq̄ꝫ montes fierent aut formaretur terra ⁊ orbis: a seculo ⁊ in seculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem: ⁊ dixisti conuertimini filij hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanq̄ꝫ dies hesterna que preterijt. Et custodia in nocte que pro nihilo habentur: eorū anni erunt. Mane sicut herba transeat: mane floreat ⁊ trāseat: vespere decidat induret ⁊ arescat. Quia defecimus in ira tua: ⁊ in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniaꝫ oēs

dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Si aũt in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. Quoniam superuenit mansuetudo: et corripiemur. Quis nouit potestatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare. Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia. Conuertere domine vsquequo: et deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: exultauimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris. Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis qbus vidimus mala. Respice in seruos tuos et in opa tua: et dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opera manuum tuarum dirige super nos et opus manuũ tuarum dirige. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. Psalmus. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi. fol. 62.

Añа. In viam pacis et salutis dirige eos dñe. Kyriel. Christel. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos inducas in ten. Sed libera nos a malo.

℣. Perfice gressus meos in semitis tuis. ℟. Ut nõ moueantur vestigia mea. ℣. Mirifica misericordias tuas. ℟. Qui saluos facis sperantes in te. ℣. Cõuertere domine vsquequo. ℟. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. ℣. Mitte eis auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis non apponet nocere eis. ℣. O domine saluos eos fac. ℟. O domine bene prosperare: benedictus qui venturus es in nomine domini. ℣. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua. ℟. Et in preceptis suis: et faciat pacem in diebus nostris. ℣. Exaudiat dominus oratiões vestras. ℟. Et reconcilietur vobis. ℣. Nec vos deserat in tẽpore malo. ℟. Dominus deus noster. ℣. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et redime nos ꝓpter nomen tuũ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. Oratio super baculos et capsellas. Oremus.

Domine iesu christe mundi redemptor et conditor: qui per os beati pauli apostoli tui inotuisti: nõ habere nos hic manentem ciuitatem: sed futurã hic debere inquirere semper: quique beatis apostolis precepisti: vt euntes ad predicandum verbum dei virgas tantum sumerent: te suppliciter deprecamur vt digneris has scarsellas siue peras pro tui nominis amore ad instar bu-

milis armature lateri applicandas: ⁊ hos sustentationis baculos bene ✠ dicere: quatenus portātes eos in peregrinationis signuȝ ⁊ suoꝝ corpoꝝ sustentationē: celestis gratie plenitudinē in eis: ⁊ munimē valeant tue benedictionis percipere: quemadmodum virga aaron ad rebellium iudeorum perfidiam repellendam bene ✠ dixisti: ita ⁊ hos famulos tuos per hec insignia: que ad honorem ⁊ reuerentiam apostoloꝝ tuorum petri ⁊ pauli vel iacobi vel sancti vel sancte assumere cupiūt: de manibus nostris: ⁊ ad eorum limina veneranda portare: bene ✠ dicas: ⁊ ab omnibus peccatis absoluas: vt in die iudicij in parte mereant dextera collocari. Qui viuis ⁊ re. ¶ Benedictio sup baculos ⁊ capsellas.

SIgnaculuȝ dei pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti descēdat celitus super hos baculos ⁊ has peras: vt qui eas portauerint ab omnium inimicorum insidijs sint defensi. Per christum dominuȝ nostrum. Tunc sacerdos baculos ⁊ peras aspergat aqua benedicta: ⁊ eas peregrinis tradens dicat.

ACcipite hos baculos ⁊ has peras ⁊ pergite ad limina beatorum apostolorum petri ⁊ pauli: vel sancte Marie de loreto: vel ad limina sancti Jacobi in compostella: vel sancti Antonij de vienna. Jn nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spūs ✠ sancti. Amē. Simili modo dicatur de alijs locis ad que peregrini profecturi sunt: vt per eas mereamini in hoc seculo remissionem omnium peccatoꝝ accipere: ⁊ in futuro consortiuȝ beatoꝝ: atq3 ad limina sanctoꝝ quo pergere cupitis feliciter ꝑuenire: ⁊ peracto itinere ad nos incolumes remeare. Postea dicant antiphona.



Euntes i bant ⁊ flebant mittentes semina sua. Psal.



Jn conuertendo. fol. 188.

Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Antiphona reiteratur Kyrieleison. Christeľ. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliuȝ de sancto. ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Esto eis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie

inimici. ℟. Fiat misericordia tua dñe super nos. ℟. Queadmodum sperauimus in te. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus infinite misericordie ꝛ maiestatis immense: queꝫ nec spatia locorum nec interualla temporuꝫ ab his quos tueris abiungunt: adesto presentibus famulis tuis in te vbiqꝫ fidentibus: ꝛ per omnem per quam ituri sunt viam dux eis ꝛ comes esse digneris: nihil eis aduersitatis noceat: nihil difficultatis obsistat: cuncta eis salubria cuncta prospera sint: vt sub ope dextere tue quicquid iuste expetierint: desiderio celeri cōsequantur effectu. Per dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus humani generis reformator ꝛ auctor: qui abrahe puero tuo: vt exiret de terra natiuitatis sue: ꝛ iret in terram promissionis: quam ei te daturum promiseras: precepisti: necnon ꝛ populum israeliticum in desertum ad te adorandum multis prodigijs venire fecisti: hos quesumus peregrinos ad beatorum apostolorum petri ꝛ pauli: vel N.. vt supra limina te adorare pergentes: a periculis omnibus erue: ꝛ a peccatorum nexibus absolue. Et tu qui es via vera in te confidentibus: eoruꝫ iter bene dispone: vt inter omnes huius vie perturbationes: tuo protegantur auxilio: mitte eis domine angeluꝫ tuum quem thobie famulo tuo comitem dedisti: vt vbicūqꝫ mānserint sit illis defensor contra insidias omniuꝫ inimicoꝝ visibiliuꝫ ꝛ inuisibilium: quatenus leti ꝛ incolumes ad nos redire valeant. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum amen. Deinde aspergat eos sacerdos aqua benedicta dicens. Per aque aspersionem det vobis omnipotēs deus ad eundum ꝛ redeundum suam gratiam ꝛ benedictioneꝫ amen.

ET benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti descendat super vos ꝛ maneat semp. Amen.

Sacerdos semper dare debet licentiaꝫ peregrinantibus: vt cuicunqꝫ sacerdoti ꝛ vbiqꝫ possint confiteri peccata sua. ¶ Ordo benedictionis ad peregrinos nauigare volentes ad terrā sanctā: Sacerdos dicat ℣. Adiutorium nostrum., ps. Te decet hymnus. fol. 176. Kyrie. Chri. Kyrie. Pater nr̄. Et ne nos. Sꝫ libera.

℣. Saluos fac fideles tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis nō nocebit eis. ℣. Esto eis domine turris fortitudīs. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus qui transtulisti patres nostros per mare rubrum ad laudem tui nois decantandam: supplices te deprecamur domine: vt famulis tuis qui ad visitanda loca sancta in quibus vnigenitus filius tuus salutem nostrā operari dignatus est: proficiscuntur depulsis cunctis aduersitatibus: portum semper optabilem cursumq₃ tranquillum largiaris. Per christum. Oremus.

PRopitiare quesumus dn̄e supplicationib⁹ nostris: et mitte angelum tuum de summitate celorum: qui custodiat famulos tuos nauigantes in ꝓfundo maris: perduc eos ad loca dilectissimi filij tui dn̄i nostri iesu christi preciosissimo sanguine cōsecrata: et visitatis eisdem cū salute mentis et corporis ad ꝓpria eos perducere cū letitia gaudio et ꝓfectu digneris. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde benedicantur signacula crucis clamidibus peregrinātium affigēda añā. Adoramus te christe et benedicimus tibi. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus.

BEnedic q̄s dn̄e hec signacula sancte crucis: et presta ꝑ inuocationē sanctissimi nois tui: vt qui ea susceperint vel gustauerint: corporis et aie salutē ꝑcipiant. Per christum dn̄m nostrū amen. Tunc presbyter det eis signacula sancte crucis sic dicēs:


ACcipe signum crucis christi tam in corde q̄₃ in corpore in nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et spiritus ✠ sancti: vt sitis defensi ab omnibus insidijs inimicorum visibilium et inuisibiliū. Per christum dominū nostrum amen. Tunc dicatur hec antiphona.

O crux gloriosa: o crux adoranda: o lignum preciosum et admirabile signum: per quod diabolus est victus: et mundus christi sanguine redemptus. ℣. Omnis terra adoret te et psallat tibi. ℟. Psalmū dicat nomini tuo dn̄e. Oremus.


ADesto familie tue quesumus omnipotens deus: vt in aduersis et prosperis preces eorum exaudias: et insidias omniū aduersariorum eorum per sancte crucis auxilium digneris conterere: vt portum salutis ac tranquillitatis valeant apprehendere. Per dominū nostrū iesum christum filium tuum: qui tecum vi-

uit ꝛ regnat in vnitate spiritussancti deus per omnia secula secu-loꝝ. Amē. ¶ Ordo bn̄dictionis peregrinoꝝ domū reueniētiū.


Peregrini stent ante fores ecclesie ꝛ sacerdos indutus sup-pellicco ꝛ stola dicat ℣. Adiutoriuꝫ nostrum in nomine domini Et deinde sacerdos cum clericis cantet vel legat. Antiphona.



Auxi lium meum a domino. ps. Leuaui oculos. fol. 187.




Aña. Ecce quā bonum ꝛ quā iocun dum: habi ta-



re fratres in v num. ps. Ecce q̄ꝫ bonum. fol. 189.



Aña. Bene fac domine bonis ꝛ rectis corde. Psalmus.



Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos.

Qui confidunt. fol. 188. ℣. Benedicti qui veniunt in no-mine domini. ℟. Benedicti vos a domino: qui fecit celum ꝛ terram. ℣. Re-spice domine in seruos tuos ꝛ in opera tua. ℟. Et dirige filios eorum. ℣. Do-mine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Domi-nus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Quesumus oĩpotēs deus vt his famulis tuis quos incolu-mes de scõ itinere venire fecisti: qcqd tibi ꝑ carnis fragilitatē siue per visum vel auditū impudicū: aut ꝑ colloquia ociosa siue alijs quibuscūqꝫ modis cõtra tuā iustitiā cõmiserūt: tu sanctissime pa-ter misericorditer indulgeas ꝛ dimittas eis: ꝛ illesos ab oĩ impu-gnatione diabolica custodias: ꝛ tuis semꝑ deuote inherere man-datis concedas. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DA domine quesumus vt fideles tui quos post longas peregrinationes ⁊ moras itineris sue patrie reddidisti incolumes: in tua voluntate permaneāt: ⁊ nihil vltra hostilitatis metuant: sed te protegente secura mente tibi deseruiant. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui iustificas impium ⁊ non vis mortē peccatoris maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt hos famulos tuos de tua misericordia confidentes celesti protegas benignus auxilio ⁊ assidua protectione cōserues: vt tibi iugiter famulentur ⁊ nullis tentationibus a te separentur. Per dominū. ℟. Amē. Dominus vobiscum. Benedicamus domino. ℟. Deo grās. Benedicat vos omnipotens deus pa ✠ ter ⁊ fi ✠ lius ⁊ spūs ✠ sanctus. ℟. Amen. Tunc peregrini ecclesiam ingrediantur ⁊ deuotione sua peracta ad domū cū dei benedictione reuertant.

¶ De benedictione muneris quod offert in ecclesia. Ca. xxij.

℣. Adiutorium nostrum. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus cuius verbo ⁊ potentia facta sunt omnia: cuius dono percipimus que ad vite remediū possidemus: te supplices obnixis precibus rogamus: vt de sede maiestatis tue huic oblationi fidelium sanctificator accedas: suscipe de manu famulorum tuo℞ munus oblatum: quod a tua clementia benedictum in vsus huius sanctuarij maneat consecratum: sint hec in cōspectu tuo libēter accepta sicut condam abel alumni tui vel melchisedech tibi munera placuerunt oblata. Et quia ad honorem tui amoris ecclesiā tuam summis nituntur decorare obsequijs: tu eis domine magna pro paruis recompensa: ⁊ deuotionem eorū accipias: peccata dimittas: fide eos repleas: indulgētia foueas: misericordia protegas: aduersa destruas: prospera cōcedas: habeant in hoc seculo actionis bone documentum: charitatis studium: sancti amoris affectū: ⁊ in futuro cum sanctis angelis adipiscantur perpetuum regnum. Per dominū nr̄m. ℟. Amen.

Postea aspergatur aqua benedicta. ¶ Ordo ad ponderādā personam per votum obligatam dare de aliqua re quantum ponderat corpus eius sicut triticū: oleum: ceram: vinū: vel alia.

SAcerdos dicit ℣. Adiutorium nostrum. Quo dicto ponit personam ponderandam super lancem vel tabulam more

solito ꝛ dicat antiphona. Benedicimus deum celi: ꝛ coram omnibus viuentibus ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Et intonet.

Te deum laudamus: te dñm confitemur. Te eternum patrem omnis terra veneratur. Tibi omnes angeli: tibi celi ꝛ vniuerse potestates. Tibi cherubin ꝛ seraphin: incessabili voce proclamãt. Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi ꝛ terra: maiestatis glorie tue. Te gloriosus apostoloꝝ chorus. Te prophetarum laudabilis numerus. Te martyrũ candidatus: laudat exercitus. Te per orbeʒ terraruʒ sancta confitetur ecclesia. Patrem imense maiestatis. Venerandum tuum verum: ꝛ vnicum filium. Sanctũ quoqʒ paraclitum spiritum. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberandum suscepturus hominem: nõ horruisti virginis vterum. Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum. Tu ad dextram dei sedes in gloria patris. Iudex crederis esse venturus. Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos precioso sanguine redemisti. Eterna fac cum sanctis tuis: gloria munerari. Saluum fac populum tuum domine: ꝛ benedic hereditati tue. Et rege eos: ꝛ extolle illos vsqʒ in eternum. Per singulos dies benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in seculum: ꝛ in seculuʒ seculi. Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine: miserere nostri. Fiat misericordia tua domine super nos: quẽadmoduʒ sperauimus in te. In te domine speraui: nõ confundar in eternum. Quo finito dicat ℣. Saluum fac seruũ tuum vel ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere euʒ. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. Deinde sequitur ps. Laudate pueri. folio. 39. totus cum Gloria patri ꝛ filio ꝛ spũi sctõ. Sicut erat in princi. Domine exaudi orationem meam. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Suscipe sancte pater omnipotens eterne deus tuoruʒ preces ꝛ supplicum vota: ꝛ per sanctissime filij tui domini nostri iesu christi genitricis marie ꝛ sancti tui. N. intercessioneʒ presta nobis ita beneficia tua cognoscere: vt in gratiarum semper actione maneamus. Ut dum fideles tui pro quacunqʒ petitione ad te vota emittunt: protinus tua largiente clementia eius po-


stulata concedens: te miserationum dominum fateri ⁊ laudare mereamur. Per eundem christum dominum nostrum. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Et aspergantur omnes aqua benedicta. ¶ De benedictione solennis panis in diebus dominicis ⁊ magnis festiuitatibus. Cap. xxiij.

Sacerdos cū pcessione ⁊ cruce ante missam indutus omnibus paramentis excepta planeta accedit ad locum vbi panis est benedicendus ⁊ dicit ℣. Adiutorium nostrum. Postea legit euangelium. Sequentia sancti Euangelij secūdum Joānem.

In illo tempore. Abijt iesus trans mare galilee: quod est tyberiadis: ⁊ sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa que faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem iesus: ⁊ ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum. Cum subleuasset ergo oculos iesus: ⁊ vidisset: quia multitudo magna venit ad eum: dicit ad philippuz. Unde ememus panes vt māducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denarioruz panes non sufficiunt eis: vt vnusquisqz modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater simonis petri. Est puer vnus hic: qui habet quinqz panes ordeaceos: ⁊ duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinqz milia. Accepit ergo iesus panes: ⁊ cum gratias egisset: distribuit discumbentibus. Similiter ⁊ ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinqz panibus ordeaceis que superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cūm vidissent quod fecerat iesus signum dicebant. Quia hic est vere ꝓpheta: qui venturus est in mundum. Antiphona.



De quinqz panibus ⁊ duobus piscibus saciauit dominus quinqz milia



℣. Dispersit dedit pauperibus. ℟. Justitia eius manet in seculum seculi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum ꝛ pauperem. ℟. In die mala liberauit eũ dominus. ℣. Nunquid panem poterit dare. ℟. Aut parare mensam in deserto. ℣. Pluuit illis manna ad manducandum. ℟. Et panem celi dedit eis. ℣. Cibauit eos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle saturauit eos. ℣. Manducauerunt ꝛ saturati sunt nimis. ℟. Et desiderium eoꝛu3 attulit eis. ℣. Panem angeloꝛum manducauit homo. ℟. Misit eis cibaria in abundantia. Domine exaudi oꝛationem meam. Dominus vobiscum. Oꝛemus.

Domine iesu chꝛiste panis angeloꝛu3: panis viuus eterne vite: bene ✠ dicere dignare panem istum sicut benedixisti qnq3 panes in deserto: vt oẽs ex eo digne gustãtes inde coꝛpoꝛis ꝛ aĩe ꝑcipiant sanitatem. Qui vi. ℟. Amen. Oꝛemus. Oꝛatio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus bene ✠ dicere digneris hunc panem tua sancta bene ✠ dictiõne: vt sit omnibus sumentibus salus mentis ꝛ coꝛpoꝛis: atq3 cõtra oẽs moꝛbos ꝛ vniuersas inimicoꝛum insidias tutamen. Per dominum nostrum iesum chꝛistum filium tuum pane3 vite: qui de celo descendit: ꝛ dat vitam ꝛ salutem mundo: ꝛ tecum ꝛ cum spiritu sancto viuit ꝛ regnat deus per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amẽ.
Ultimo aspergãtur aqua benedicta. ¶ Benedictio panis pro infirmantibus ℣. Adiutoꝛium. Dñs vobiscum. Oꝛemus. Oꝛatio.

Domine deus omnipotẽs descendat bene ✠ dictio pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti super hanc creatura3 panis: vt quicunq3 ex ea sumpserit accipiat sanitatem mentis: pꝛotectionem coꝛpoꝛis: tutelam salutis: integritatem charitatis: consolationem spei: roboꝛationem fidei: virtute3 constantie: ꝛ visitationem spũssancti. Per eunde3: in vnitate eiusdem. ℟. Amen.
Aspergant aqua bñdicta. ¶ De bñdictiõe aque pro infirmis.
℣. Adiutoꝛium nostrum. Dominus vobiscum. Oꝛemus. Oꝛatio.

Domine iesu chꝛiste qui benedixisti quinq3 panes ꝛ duos pisces in deserto: vnde saciata sunt qnq3 milia hominu3: te supplices exoꝛamus: vt benedicere digneris hanc aquam: vt quicũq3 infirmus ex ea gustauerit: accipiat sanitatẽ mẽtis: pꝛotectionẽ coꝛpoꝛis: tutela3 salutis: securitatẽ spei: coꝛroboꝛationem

fidei ⁊ charitatē spūssancti. Qui viuis ⁊ regnas cū deo prē in vni/tate eiusdē spūssancti deus: per oia secula seculorum. ℟. Amē. Aspergat aqua bñdicta. ¶ Ad bñdicēdu₃ prandiū charitatis.

PRimo omnes cibi ⁊ potus aspergantur aqua benedicta ⁊ dicatur ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ⁊ postea in/cipiatur aña. Asperges me domine isopo. cum ℣. ⁊ Gloria patri ⁊ filio. Domine exaudi orationē meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe q in deserto cora₃ discipulis tuis qnq₃ panes ⁊ pisciculos paucos tuis sanctissimis manibꝰ mul/tiplicando bene ✠ dixisti: ⁊ bene ✠ dicendo multiplicasti: te hu/militer deprecamur: vt hec charitatis dona ad vsum pauperu₃ erroganda multiplicādo multiplices: ⁊ bene ✠ dicendo bene ✠ dicas: vt inde famuli tui refecti laudes ⁊ preces tuo nomini com/petentes persoluant: ⁊ illi pro quibus hec deuote ⁊ fidelr̃ erro/gantur remissionem cunctorum percipiant delictorum: ⁊ famu/los ⁊ famulas tuas nobis hec dona prestantes ab omni aduersi/tate custodi. Qui cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus respice super famulos ⁊ fa/mulas tuas: qui in pauperes tuos misericorditer operant: ⁊ eos tua virtute custodi: potestate tuearis: vt per multa anno/rum curricula leti tibi in pauperes tuos misericorditer operent. Per christum dominum nostrū. Aspergantur omnia aqua be/nedicta dicendo In nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ liĳ ⁊ spiritus ✠ san/cti. ℟. Amen. ¶ Benedictio contra aereas tēpestates.

QUam primo videtur aura: seu ventus ⁊ tempus nebulosu₃ seu tempestuosum leuari moderate: sacerdos cu₃ superpelliceo ⁊ stolla benedicat aquam ⁊ sal in hunc modū. ✠ In nomine dñi nostri iesu ✠ christi. ℣. Adiutorium nostrum. Exorcismus aque.

EXorcizo te creatura salis ⁊ aque in nomine domini nostri Je ✠ su christi nazareni filiĳ dei viui: vt sis purgatio ⁊ puri/ficatio in his locis in quibus aspersa fueris: ad effugādos imun/dos ⁊ eraticos spiritus: Omnēq₃ nefariam vim diaboli pellen/dam: ⁊ omnes figuras ⁊ minas fantasmatis sathane extermināt/das: ⁊ fulgura ⁊ sydera que mitti videntur in hanc domum: arbo/rem: agrum possessionē: turrim: vel quācūq₃ habitationē: nō ho

minibus aut peccoribus: aut frugib⁹ noceant: sed abscedant ꝛ fugiant ꝑ inuocationē nōis dñi nostri iesu christi: Qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum ꝑ ignē. ℟. Amē. Et mox aspgat cōtra tēpestatē aquā bñdictā. Postea cū clero ꝛ populo ante altare procūbit dicens septē psalmos sequentes: videlicet.

Beatus vir qui nō abijt in concilio impioꝝ: ꝛ in via peccatoꝝ non stetit: ꝛ in cathedra pestilentie non sedit. Sed in lege domini voluntas eius: ꝛ in lege eius meditabit̄ die ac nocte. Et erit tanq̄ʒ lignum quod plantatū est secus decursus aquarum: qđ fructuʒ suum dabit in tempore suo. Et folium eius nō defluet: ꝛ omnia quecūqʒ faciet ꝓsperabunt̄. Non sic impij nō sic: sed tanq̄ʒ puluis quē proijcit ventus a facie terre. Ideo nō resurgunt impij in iudicio: neqʒ peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit dominus viam iustoꝝ: ꝛ iter impioruʒ peribit.

Domine qs habitabit in tabernaculo tuo: aut qs reqescet in monte sctō tuo? Qui ingredit̄ sine macula: ꝛ operatur iustitiaʒ. Qui loquit̄ veritatē in corde suo: qui nō egit dolum in lingua sua. Nec fecit ꝓximo suo malum: ꝛ opprobriuʒ nō accepit aduersus ꝓximos suos. Ad nihilum deductus est in cōspectu eius malign⁹: timētes aūt dñm glorificat. Qui iurat ꝓximo suo ꝛ nō decipit: q pecuniā suā nō dedit ad vsuram: ꝛ munera sup inocēteʒ nō accepit. Qui facit hec: nō mouebit̄ i eternū. Psal. Deus in nomine tuo saluum me fac: ꝛ in virtute tua. folio. 201. Deus in adiutoriuʒ meum intende: domine ad adiu. folio. 212. Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit domi. folio. 204.

Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem ꝛ precinxit se. Etenim firmauit orbeʒ terre: qui nō commouebitur. Parata sedes tua extunc a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerūt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multaruʒ. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domū tuam decet sanctitudo in longitudine dierū. Psal. Beati omnes qui timent dominum qui ambulant in. fol. 188. Canticum. Benedicite. fol. 92. ꝛ ad singulos ℣. fiat crucis signum cū cruce cōtra tēpestatē: ꝛ si videbit̄ addant̄ psalmis graduales: supra fo. 188.

Quo facto stans dicit ℣. Adiutorium nostrum. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmoduz sperauimus in te. ℣. Saluum fac populum tuum domine. ℟. Et benedic hereditati tue. ℣. Vox domini super aquas multas. ℟. Deus maiestatis intonuit. ℣. Viderunt te aque deus. ℟. Viderunt te aque ꝛ timuerunt. ℣. Quid est tibi mare ꝙ fugisti. ℟. Et tu iordanis quia cõuersus es retrorsuz. ℣. Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. ℟. Dñe deus virtutũ beatus homo qui sperat in te. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus parce metuẽtibus ꝛ propitiare supplicibus: vt post noxios ignes nubium ꝛ vim procellarum in misericordiam transeat laudis cõminatio tempestatis. Per christum dñm nostrum. Oremus. Oratio.

Rex eterni imperij oṗs deus: qui das escaz oi carni: q opis celuz nubib⁹: ꝛ paras terre pluuiaz: qui mãdas nubibus desup: ꝛ ianuas celi aperis: qui trãsfers austrũ de celo: ꝛ inducis in virtute tua africum: qui rigas montes de superiorib⁹ suis: ꝛ de fructu operũ tuoꝝ saciať terra: qui angelo precepisti ne terre mari neqꝫ arboribus noceret: parce dñe metuentib⁹: ꝛ ꝓpitiare supplicãtibus: te enim dñe supplices exoramus: vt ꝓcul abscedat incursio turbinũ: calamitas tempestatũ: fragor grãdinũ: ꝑcussio fulminũ: ꝛ quelibet insidie inimici: tẽperenť infesta tonitrua: noxie pluuie: ventoꝝ flãma fiat moderate suspensa: ois quoqꝫ spũs ꝓcellaꝝ ꝛ aeree ptãtes dextera tue ꝓsternanť virtutis: descẽdat q̃s domine desuper spũssanctus: ꝛ sicut samueli cornigero agnũ in holocaustum tuũ mactante fragor aurarũ turbaz repullit aduersantẽ: ita fugatis oibus cõtrarie ptãtis virtutib⁹ fruges mentes ꝛ corpora fidelium manus seruet angelica ꝓtectione superna: ꝛ post sopitos nubiuz impetus in laudis ꝛ deuotionis ac spiritualis amoris augmentũ transeat cõminatio potestatis. Per dñm. ℟. Amẽ.

Postea dicatur Pater nr̃. Aue maria. Credo in deuz. fol. 25. Symbolum. Quicũqꝫ. supra fol 130. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Domine iesu christe qui fecisti celum ꝛ terrã mare ꝛ omnia

que in eis sunt: quiq3 flumini iordani benedixisti: atq3 in eo baptizari voluisti: ⁊ tuas sanctissimas manus ⁊ brachia sacratissima in cruce extendisti: quibus aerez sanctificasti: obsecramus imensam pietatis ⁊ bonitatis tue abundantiam: quatenus digneris has nubes: quas ante me ⁊ post me ⁊ supra ⁊ a dextris ⁊ a sinistris video aerem perturbare: dissoluere ⁊ annihilare digneris: vt alligata potestas demonum in ipsis deseuiens deficiat: ⁊ turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis: ⁊ omnipotētissime maiestatis tue. Qui viuis ⁊ reg. Postea si expediens visum fuerit sacerdos accipiat reuerenter corpus domini in vase debito ⁊ ecclesiam exiens nubes in moduz crucis cū dicto vase signet dicēs.

Christus ✠ vincit: chr̄s ✠ regnat: chr̄s ✠ imperat vobis nubes ⁊ tēpestates: vt dissoluamini sine alicuius hoīs vel aīalis aut fructus terre arboris loci vel domus dāno vel lesione. Circūdet te nubes de⁹ pa ✠ ter: circūdet te deus fi ✠ lius: circūdet te de⁹ spūs ✠ sctūs: destruat te deus pa ✠ ter: destruat te de⁹ fi ✠ lius: destruat te deus spiritus ✠ sanctus. Amē. Adiuratio.

Sanctus mattheus ✠ sanctus marcus ✠ sanctus lucas ✠ sanctus ioānes euāgeliste: qui christi euāgeliuz per quatuor mundi partes diuulgauerunt: ipsi suis meritis ⁊ precib⁹ hāc tempestatē ab oībus christianoꝝ finibus: ab eodem domino nr̄o iesu christo obtineāt effugari ⁊ depelli. Et ego peccator ⁊ christi sacerdos licet indignus auctoritate ⁊ virtute eiusdem dei ⁊ domini nostri iesu christi summi imperatoris non mea potētia inixus ⁊ confisus vobis precipio imundissimi spiritus qui has nebulas cōcitatis in virtute eiusdem dei ⁊ dn̄i nostri iesu ✠ christi: ⁊ ꝑ tremenduz eius iudiciuz: ⁊ per sanctissimā crucez suam ✠ quā cōtra vos facio: ⁊ per merita intemerate semperq3 virginis beatissime Marie dei genitricis: ⁊ ꝑ merita oīum sanctoꝝ: vt exeatis ab eis ⁊ eas dispergatis in locis syluestribus quatenus nocere nō possint homini vel iumēto aut volucri fructibus aut quibuscūq3 rebus humano vsui deputatis. Per eundem dn̄m nostrum iesum christum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignē. Amen. ✠ Ipse vobis imperat demones qui has nubes cōmouetis qui de nube lucida dixit. ✠ Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui. ✠ Ipse vobis imperat qui

principem vestrum deuicit ꝛ ligauit. ✠ Ipse vobis imperat qui sua sacratissima cruce ꝛ corporis sui sanctissimi in ea extensione aerem purgauit. ✠ Ipse vobis imperat qui in inferno spoliato resurgẽs a mortuis post quadraginta dies a nube suscept⁹ ascẽdit in celuꝫ. ✠ Ipse vobis imperat qui vos eterne gehẽne mãcipauit ignib⁹. Qui ṽturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ sclꝫ ꝑ ignẽ. Postea ostẽdat cruceꝫ in aere a quatuor lateribus dicens.

Ecce ✠ signum sanctissime crucis: fugite partes aduerse: ✠ vicit enim vos ꝛ mundum dominus noster iesus ✠ christus filius dei summus imperator qui est leo de tribu iuda radix dauid. Postea aspergat aquam benedictam in modum crucis per quatuor latera. Et si adhuc ꝑseuerauerit tẽpus tẽpestuosuꝫ dicende sunt letanie. Postea sacerdos benedicat nubes dicens.

Benedictio dei oĩpotẽtis pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spũs ✠ sctĩ descẽdat suꝑ has nubes: ꝛ oẽm viꝫ inimici ab eis repellere dignet. ℟. Amẽ. ¶ De benedictiõe loci vel domus. Ca. xxv.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Oremus. Oratio.

Benedic dñe deus omnipotens locum istum vel domum istam: vt sit in eo vel in ea sanitas: castitas: victoria: virt⁹: pax: charitas: humilitas: bonitas: mansuetudo: plenitudo legis: ꝛ gratiaꝝ actio patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto: ꝛ hec benedictio maneat suꝑ hunc locum vel domũ istam: ꝛ suꝑ habitantes in eo vel in ea. Per christum. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus noue: vel a demonio vexate. Ca. xxvj.

℣. Adiutorium. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui sacerdotibus tuis pre ceteris tantã gratiaꝫ cõtulisti: vt qcqd in tuo nomine digne perfecteqꝫ ab eis agitur: a te fieri credat: quesumus imensaꝫ clementiaꝫ tuam: vt qđ modo visitaturi sumus: visites: ꝛ qcquid benedicturi: bene ✠ dicas: ꝛ ad ea que acturi sumus: dexterã tue potentie extẽdas: sintqꝫ ad nostre humilitatis ingressuꝫ ꝛ introitum: sanctoꝝ tuorum meritis fuga demonum: ꝛ angeli pacis ingressus. Per chrĩm. ℟. Amen. Deinde sacerdos incipiat psalmus graduales fol. 188. ꝛ prosequatur quinque primos aquaꝫ benedictam aspergendo per loca domus: quibus finitis dicat Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater nr̃. Et ne nos.

Domine exaudi orationem meam. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Domum tuam domine clementer ingredere: ꝛ in tuorum tibi corda fidelium perpetuam construe mansionẽ: ꝛ presta vt in hac domo nulla malignoꝝ spirituum dominet nequitia. Per christum. ℟. Amen. Deinde incipiat psalmus. Qui cõfidunt. cum alijs quatuor gradualibus sequentibus. folio. 188. cum Gloria patri. ꝛ vt prius aspergat aquam benedictam per domũ. Quibus finitis dicat Kyrieleison. ꝛ Pater nr̃. vt supra. Dñe exaudi orationẽ meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui in omni loco dominationis tue tot⁹ assistis: totus operaris: adesto supplicationib⁹ nostris: vt huius domus edificate sis protector: ꝛ nulla hic nequitia contrarie potestatis obsistat: sed virtute spiritus sancti ꝛ operatione fiat tibi hic primum seruitium: ꝛ deuota libertas existat. Per christũ. ℟. Amen. Postmodum incipiat psalmus. De profundis. Et prosequatur ipsuꝫ: ꝛ alios graduales sequentes supra fol. 188. ꝛ interim aspergat domũ aqua benedicta. Quibus completis dicat Kyrieleison. Pater nr̃. ꝛ cetera vt supra. Domine exaudi orationẽ meam. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

Deus qui in omni loco dominationis tue dedicator assistis: exaudi nos quesumus: vt inuiolabilis huius domus ꝑmaneat bene✠dictio: ꝛ beneficia tui muneris vnuersitas que supplicat mereatur. Per christum. ¶ Postea in principaliori loco domus legat sequens Euangelium. Dominus vobiscum. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Ingressus iesus perambulabat hierico. Et ecce vir nomine zacheus: ꝛ hic erat princeps publicanoruꝫ: ꝛ ipse diues. Et querebat iesum videre quis esset: ꝛ non poterat pre turba: quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborẽ sicomoꝝ vt videret illuꝫ: qa inde erat transiturus. Et cuꝫ venissent ad locũ: suspiciẽs iesus vidit illũ: ꝛ dixit ad euꝫ: Zachee festinans descẽde: qa hodie in domo tua oportet me manere. Et festinãs descendit: ꝛ suscepit illuꝫ gaudens. Et cuꝫ viderent oẽs murmurabant dicentes: ꝙ ad hominem peccatorem diuertisset. Stans aũt zacheus dixit ad dñm, Ecce dimidiuꝫ bonoꝝ meoꝝ dñe do pauperib⁹: ꝛ si qd aliquẽ defraudaui: reddo quadrupluꝫ.

Ait iesus ad eū: quia hodie domui huic salus adeo facta est: eo ꝙ ꝛ ipse sit filius abrahe. Uenit enī fili⁹ hoīs querere ꝛ saluum facere quod perierat. Deinde benedicitur incensū isto modo.

PEr intercessionem beati michaelis archangeli stantis a dextris altaris incensi: ꝛ omniū sanctoꝝ angeloꝝ incensū istud digneris domine bene ✠ dicere: ꝛ in odorē suauitatis accipere. Per christum. ℟. Amen. Postea sacerdos ponat incensum super ignem in thurribulo ꝛ incenset domum dicendo.

INcensum a te benedictum ascendat ad te dñe. ℟. Et descendat super nos misericordia tua. Domine exaudi ora. Oremus. Oratio.

TE deum patrem omnipotentē suppliciter exoramus: pro hac domo ꝛ pro habitatoribus eius: vt eam bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: vt sint promptuaria eoꝝ plena eructātia ex hoc in illud: tribue etiam eis de rore celi abundantiam: ꝛ de pinguedine terre vite subsidium: ꝛ desideria eorum ad effectum tue miserationis perducas: ꝛ ad introitum nostrum hanc domū bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: sicut benedicere dignatus es habraam isaac ꝛ iacob: vt intra parietes domus huius ꝛ angulos eius inhabites. Per christum. Oremus. Oratio.

VIsita q̄s domine habitationē istam: ꝛ oēs insidias inimici ab ea longe repelle: ꝛ angeli tui sancti habitent in ea: qui nos in pace custodiant: ꝛ bñdictio tua sit sup eā semper. In noīe pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spūs ✠ sci. ℟. Amē. Postea domū ꝛ oēs habitantes in ea benedicat dicens. Et benedictio dei omnipotētis pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spūs ✠ sancti descendat super hanc domum ꝛ omnes habitantes in ea: ꝛ maneat semper. ℟. Amen.

¶ Bñño thalami vel camere ℣. Adiuto. Dñe ex. Oremus. Oño.

BEne ✠ dic dñe thalamū hunc: ꝛ oēs habitantes in eo: vt in tua pace consistant: ꝛ in tua voluntate ꝑmaneant ꝛ senescant: ꝛ multiplicentur in longitudinē dieꝝ: ꝛ ad regna celorum perueniant. Per christū. Aspergat postea illud aqua bñdicta.

¶ De benedictione nauis noue. Capi. xxvij.

SAcerdos nauem benedicturus accepto superpelliceo ꝛ stolla nauem ingreditur: ꝛ stans in pupi eius dicit versus.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Psalmus.

SAcrificent sacrificium laudis: ꝛ annuncient opera eius in

exultatione. Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini: et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsque ad celos: descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. Gloria patri.

Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

REspice in nos omnipotens deus de celo sancto tuo: et dignare bene ✠ dictione celesti huic bene ✠ dicere naui: in qua sancto comitante angelo tuo ambulantes itinere recto et prospero dirigere: et ab omni tristitia et infortunio eripere digneris: vt ad patriam et ad portum salutis reuersi: te cum alacritate mentis exultantes laudent creatorem vniuersorum. Qui cum filio tuo benedicto domino nostro iesu christo: et cum spiritu sancto viuis et regnas deus: in secula seculorum. Amen. Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore. Una die cum sero esset factum: dixit iesus discipulis suis. Transeamus contra. Et dimittentes turbam: assumunt eum ita vt erat in nauim: et alie naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti: et fluctus mittebant in nauim: ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Et excitant eum: et dicunt illi. Magister non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens comminatus est vento: et dixit mari. Tace: obmutesce. Et cessauit ventus: et facta est tranquillitas magna. Et ait illis: quid timidi estis? Necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: et dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste. Quia mare et venti obediunt ei. Oremus. Oratio.

BEnedic domine hanc nauim sicut bene ✠ dixisti filijs israel de egypto per manum moysi exeuntibus: et per mare rubrum transeuntibus: sic nauim istam et famulos tuos in ea nauigantes bene ✠ dicere: et ad destinatum locum perducere digneris.

Per dominum nostrum. ps. Afferte domino. fol. 194. Dum sacerdos dicit psalmus: hunc aspergit totā pupim aqua benedicta: ꝛ postea ꝓcedit ad mediam nauis ꝛ dicit. Dominus vobiscū.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore. Jussit iesus discipulos suos ascendere in nauiculam: ꝛ precedere eum transfretum: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montē solus orare. Uespere autem facto solus erat ibi: nauicula vero in medio mari iactabat fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Uidentes autē eum ambulantem supra mare turbati sunt dicentes. Quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimq; iesus locutus est eis dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Rñdens autē petrus dixit. Domine si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam: vt veniret ad iesum. Uidens vero ventum validum timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine saluum me fac. Et cōtinuo iesus extendens manū apprehendit eum: ꝛ ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cū ascēdisset in nauiculā cessauit ventus. Qui aūt in nauicula erant venerunt ꝛ adorauerūt eū dicētes. Uere filius dei es. Oremus. Oratio.

Domine deus noster qui gubernasti noe super vndas diluuij: ꝛ manum petro extendisti: porrige dexteram tuam super hāc nauim: ꝛ super nauclerum ꝛ nautas eius: ꝛ dona ipsis famulis tuis sanitatē anime ꝛ corporis: ꝛ ad portum salutis eos perducere digneris illesos. Qui viuis ꝛ regnas. Psalmus.

Uoce mea ad dñm clamaui: voce mea ad deum ꝛ intendit mihi. In die tribulationis mee deū exquisiui manibus meis nocte cōtra eum: ꝛ nō sum deceptus. Renuit cōsolari aīa mea: memor fui dei ꝛ delectatus sum: ꝛ exercitatus sū: ꝛ defecit spūs meus. Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbat⁹ sum ꝛ nō sū locutus. Cogitaui dies antiquos: ꝛ annos eternos in mēte habui. Et meditatus sum nocte cū corde meo: ꝛ exercitabar ꝛ scopebam spūm meū. Nunquid in eternū ꝓijciet deus: aut nō apponet vt cōplacitior sit adhuc. Aut in finē misericordiā suā abscidet: in generatione ꝛ generationē. Aut obliuiscet misereri

deus:aut continebit in ira sua misericordias suas. Et dixi:nunc cepi:hec mutatio dextere celsi. Memor fui operũ domini:quia memor ero ab initio mirabiliuz tuoꝝ. Et meditabor in omnib⁹ operibus tuis:ꝛ in adinuentionib⁹ tuis exercebor. Deus in sctõ via tua:qs deus magnus sicut deus noster:tu es de⁹ qui facis mirabilia. Notã fecisti in populis virtutẽ tuã:redemisti in brachio tuo pplm tuum:filios iacob ꝛ ioseph. Viderunt te aque deus: viderunt te aque ꝛ timuerunt:ꝛ turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquaꝝ:vocem dederũt nubes. Etenim sagitte tue trãseunt:vox tonitrui tui in rota. Illuxerũt coruscatiões tue orbi terre:cõmota est ꝛ contremuit terra. In mari via tua:ꝛ semite tue in aqs multis:ꝛ vestigia tua nõ cognoscent. Deduxisti sicut oues populuz tuũ:in manu moysi ꝛ aaron. Dum dicit hic ps sacerdos aspgit nauim in medio ex oi pte:ꝛ postea pcedit ad prorã nauis ꝛ dicit Dñs vobiscũ. Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucam.

In illo tpe. Cum turbe irruerent in iesum : vt audirent verbum dei:ꝛ ipse stabat secus stagnum genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ:piscatores autez descẽderant: ꝛ lauabant rhetia. Ascendens aũt in vnaz nauim que erat simonis:rogauit eũ vt a terra reduceret pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autẽ loqui dixit ad simonẽ. Duc in altum:ꝛ laxate rhetia vestra in capturã. Et respõdens simon dixit illi. Preceptor per totam noctem laborãtes nihil cepimus: in verbo autẽ tuo laxabo rhete. Et cum hoc fecissent cõcluserũt pisciuz multitudinẽ copiosaz. Rumpebat aũt rhetẽ eoꝝ. Et annuerunt socijs:qui erãt in alia naui:vt venirent ꝛ adiuuarẽt eos. Et venerunt ꝛ ipleuerunt ambas nauiculas. Oremus. Oratio.

Domine iesu chr̃e qui in siĩtudinẽ nauis eccl̃ie noe archaz fieri voluisti:vt inundãte diluuio soli q in ea inuenti essent saluarent:suppliciter exoram⁹ clemẽtiã tuã:vt huic naui saluberrimũ pfectionis cursuz passiz iugiterqȝ cõcedas. Qui vi. Psal.

Deus noster refugium ꝛ virtus adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra:ꝛ transferẽtur montes in cor maris. Sonuerunt ꝛ turbate sunt aque eorum : conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei:sancti-

ficauit tabernaculuz suũ altissimus. Deus in medio eius nõ cõ/
mouebit: adiuuabit eaz deus mane diluculo. Conturbate sunt
gentes: ꝛ inclinata sunt regna: dedit vocẽ suam ꝛ mota est terra.
Dominus virtutũ nobiscũ: susceptor noster deus iacob. Ue/
nite ꝛ videte opera dñi que posuit prodigia sup terram: auferẽs
bella vsqz ad finẽ terre. Arcum cõteret ꝛ cõfringet arma: ꝛ scu
ta cõburret igni. Uacate ꝛ videte qm̃ ego sum deus: exaltabor
in gẽtibus ꝛ exaltabor in terra. Dñs virtutũ nobiscũ: susceptor
noster deus iacob. Dum hic ps̃ dr̃ sacerdos aspergit totã prorã
ab oĩ parte aqua benedicta: ꝛ postea reuertit̃ ad mediuz nauis ꝛ
dicit Dñs vobiscum. Sequentia sancti euangelij sm̃ Joannem.

In illo tpe. Cum cognouisset iesus qa venturi essent vt ra/
perent eũ: ꝛ facerẽt eũ regez: fugit iterũ in montẽ ipse solus.
Ut aũt sero factum est: descenderunt discipuli eius ad mare. Et
cuz ascendissent nauim: venerunt trans mare in capharneũ. Et
tenebre iam facte erant: ꝛ non venerat ad eos iesus. Mare au/
tem vento magno flante exurgebat. Cum remigassent ergo sta/
dia quasi vigintiquinque aut triginta: vident iesum ambulantez
supra mare ꝛ ꝓximũ naui fieri ꝛ timuerũt. Ille aũt dicit eis. Ego
suz nolite timere. Uoluerũt ergo eũ accipe in nauim: ꝛ statim na/
uis fuit ad terrã ad quã ibant. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

Deus cuius in mari vie ꝛ semite in aqs multis: intẽde sup/
plicãtiuz preces: ꝛ famulos tuos in hac naui cõstitutos ma
ris semitas peragrãtes: quos sacramẽtoꝝ tuoꝝ perfudit grã: po
tentie tue dextera ꝓtectos regas: ꝛ in fluctibꝰ gubernes aduersus
oẽs formidines atqz infortunia: oĩbusqz in hac naui cõtẽtis sub/
stantijs atqz ipositis bñdicas: ✠ eorũqz lucra multiplices: ac cõ
tra cuncta terraꝝ ꝛ maris discrimina eos ꝓpitiꝰ defensare digne/
ris. Per dñm. Kyriel'. Chri. Kyrie. Pater noster. Aue maria.
Credo in deũ. fol. 25. Cuz dr̃ Pr̃ nr̃. ꝛ reliqua sacerdos asp/
gat aquam benedictã per totã nauim. Postea cõpleto Credo.
dicat ℣. In mari vie tue ꝛ semite tue in aquis multis: ꝛ vestigia tua nõ co/
gnoscentur. ℟. Deduxisti sicut oues populuz tuum in manu moysi ꝛ aaron.
Dñe exaudi orationẽ meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne deus:
ꝛ mittere dignare sanctum angelum tuum de celis: qui cu/

stodiat: foueat: protegat: visitet: ꝛ defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui beatum petruꝫ aposto lum tuum super mare ambulantem ad te venire iussisti: ꝛ coapostoluꝫ eius paulum tertio naufragantē de profundo pela gi liberasti: bene ✠ dicere digneris hanc nauim: ꝛ famulis tuis in ea nauigantibus in tua misericordia confidentibus adesse digne/ ris: vt ope misericordie tue adiuti: ad loca destinata: ꝛ ad portum salutis sine impedimento sani ꝛ incolumes valeant peruenire. Qui viuis ꝛ regnas in vnitate spiritussancti deus per omnia ꝛc.

BEnedictio dei omnipotentis pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spūs ✠ sancti descendat sup hanc nauim: ꝛ nauigātes in ea: ꝛ ma/ neat semper. Amen. Dñs vobiscuꝫ. Initium sancti euāgelij sm Joannem. In principio erat verbuꝫ. supra fol. 115. Añ. Salue regina. cuꝫ orone Concede. ¶ De bñone seu aspersione aque bñdicte per officinas canonice vel domus ꝑprie. Capi. xxviij.

QUm clerici volunt aspergere aquā benedictaꝫ ꝑ officinas canonice vel domus: vadat aliqs sacerdos cū socio vel so ciis ꝛ aspergens aquā benedictā incipiat in sacristia Psalmum. Memento dñe dauid. supra fol. 298. Aña. Domum istam protege domine: ꝛ angeli tui sancti custodiant muros eius. ℣. Domine dilexi decoreꝫ domus tue. ℟. Et locum habitationis glorie tue. Oremus. Oratio.

OMnipotēs ꝛ misericors deus: qui sacerdotū ministerio ad tibi seruiēdum ꝛ supplicādum dignaris: quesumus imēsaꝫ clemētiaꝫ tuā: vt qcqd modo visitamus: visites: qcqd bene ✠ di/ cimus: bene ✠ dicas: sitqꝫ ad nostre humilitatis introitū: sanctoꝝ tuoꝝ meritis: fuga demonū angeli pacis ingressus. Per chr̄m. Postea procedat ad dormitorium: ꝛ ibi dicat psalmuꝫ. Leuaui oculos. fol. 187. Aña. Salua nos dñe vigilātes custo. nos dor. vt vi. cū chr̄o ꝛ req. ℣. In pace in idipsuꝫ. ℟. Dormiā ꝛ requiescā. Oremꝰ. Oro.

BEne ✠ dic dñe hoc dormitoriū famuloꝝ tuoꝝ: qui nō dor/ mis neqꝫ dormitas custodiēs israel: ꝛ famulos tuos in hac domo quiescētes post laborē custodi ab illusionibus fantasma/ ticis sathane: vt vigilantes in ꝑceptis tuis meditent: ꝛ dormiētes te per soporē sentiant: ꝛ hic ꝛ vbiqꝫ defensionis tue muniantur auxilio. Per christuꝫ. In infirmaria dicat psalmum. Domine

ne in furore tuo arguas me. j. fol. 60. Añ. Aspice dñe de sede sancta tua: et cogita de nobis: inclina deus meus aurem tuã: et audi aperi oculos tuos: et vide tribulationem nostram. ℣. Miserere mei dñe quoniam infirmus sum. ℟. Sana me dñe quoniam cõturbata sunt ossa mea. Oremus. Oratio.

OMnipotens et misericors deus: quesumus imensam pietatem tuam: vt ad intuitu humilitatis nostre hunc locũ infirmitorij: et hunc famulum tuum vel famulos tuos in eo fessum vel fessos iacentem vel iacentes salutifere visitare digneris: et sicut visitasti domine thobiam: socrum petri: puerumque centurionis: ita et iste vel isti pristina sanitate anime corporisque recepta gratiarum tibi in ecclesia tua referat vel referant actionem. Per christum dominum nostrum. In refectorio dicat psalmũ. Beati omnes qui timent dominum. fol. 188. Aña. Oculi omnium in te sperant domine: et tu das illis escas in tẽpore opportuno: aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. ℣. Edent pauperes et saturabunt. ℟. Et laudabunt dominum qui requirunt eum. Oremus Oratio.

OMnipotẽs et misericors deus: q famulos tuos in hac domo alis refectione carnali: vt cibũ vel potum te bene ✠ dicente cum gratiarum actione percipiant: presta quesumus: vt hic et in eternum per te salui esse mereant. Per christũ. In coquina dicat psalmũ. Dominus regit me: et nihil mihi. fol. 170. Aña. In loco pascue ibi me collocauit. ℣. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. ℟. Qui habitare facis vnanimes in domo. Oremus. Oratio.

DEus eterne ante cuius conspectum assistunt angeli: et cuius nutu reguntur vniuersa: qui etiam necessarijs humane fragilitatis tua pietate consulere non desinis: te humiliter imploramus: vt habitaculum istius officine illa bene ✠ dictiõe perfundas: qua per manus helisei pphete in olla eremitica gustus amarissimos dulcorasti: et semper hic tue benedictionis copia redundante laudes tibi referant serui tui: qui das escã omni carni: et imples oẽ animal bene ✠ dictione saluator nr̃. Qui viuis et regnas per oia secula seculorum. Amen. In celario dicat psalmum.

BEnedictus dominus deus meus: qui docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad bellum. Misericordia mea et refugium meum: susceptor meus et liberator meus. Protector meus: et in ipso speraui: qui subdit populum meũ sub me. Do-

mine quid est homo quia inotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum? Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereũt. Domine inclina celos tuos ꝛ descẽde: tange montes ꝛ fumigabunt. Fulgura corruscationem ꝛ dissipabis eos: emitte sagittas tuas ꝛ conturbabis eos. Emitte manũ tuã de alto: eripe me ꝛ libera me de aquis multis: ꝛ de manu filiorũ alienorum. Quorum os locutum est vanitatem: ꝛ dextera eorũ dextera iniquitatis. Deus canticum nouũ cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Qui das salutem regibus: qui redemisti dauid seruum tuum: de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum: quorum os locutum est vanitatem: ꝛ dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouelle plantationes: in iuuentute sua. Filie eorum composite: circũornate vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena: eructuantia ex hoc in illud. Oues eorum fetose abũdantes in egressibus suis: boues eorum crasse. Non est ruina macerie: neqꝫ transitus: neqꝫ clamor: in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius. Antiphona. Ecce ego mittam vobis frumentum ꝛ vinum ꝛ oleum: ꝛ replebimini in eis: dicit dominus: ideoqꝫ exultate ꝛ letamini in domino deo vestro. ℣. Emittet dominus benedictionem super celaria tua. ℟. Et super opera manuum tuarum. Oremus. Oratio.

Omnipotens ꝛ misericors deus: qui vbiqꝫ presens es maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt huic promptuario gratia tua adesse dignetur: que cuncta aduersa ab eo repellat: ꝛ abundantiam bene ✠ dictionis tue largiter infundat. Per christum dominum nostrum. In claustro dicat psalmum.

Quam dilecta tabernacala tua domine virtutum: concupiscit ꝛ deficit anima mea in atria domini. Cor meũ ꝛ caro mea: exultauerunt in deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domũ: ꝛ turtur niduꝫ: vbi reponat pullos suos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus ꝛ deus meus. Beati qui habitãt in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir cuius est auxiliuꝫ abs te: ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum: in loco quẽ posuit. Etenim benedictionẽ dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deoruꝫ in syon.

Domine deus virtutum exaudi orationē meam: auribus pcipe deus iacob. Protector noster aspice deus: ꝛ respice in faciem christi tui. Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis ꝙ̄ habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam ꝛ veritatem diligit deus: gratiam ꝛ gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in īnocētia: domine virtutū beatus homo qui sperat in te. Aña. Congregauit nos in vnū christi amor: timeamus ꝛ amemus christum deum: vbi charitas ꝛ amor ibi deus. ℣. Ecce quam bonū ꝛ quam iocundum. ℟. Habitare fratres in vnum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos singulari prerogatiua grē in hoc religionis claustro misericorditer cōgregasti: da nobis famulis tuis ita in eodem laudabil'r tibi seruire: ꝛ in fraternitatis amore ꝛ sincera dilectiōe ac mutua pace conuiuere: vt tandē ad illā patriā in qua oīa secura firma trāquilla ꝛ stabilia sunt te largiente peruenire valeamus. Per christū dominū nostrum. ℟. Amen. Ad portam principalem dicat psalmum.

Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuum syon. Quoniam confortauit seras portarū tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: ꝛ adipe frumenti satiat te. Qui emit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbum suum ꝛ liquefaciet ea: flabit spiritus eius ꝛ fluent aque. Qui annunciat verbum suum iacob: iustitias ꝛ iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: ꝛ iudicia sua non manifestauit eis. Antiphona. Confortauit dominus seras portarum nostrarum: ꝛ benedixit nobis. ℣. Hec est porta domini. ℟. Et iusti intrabunt in eam. Oremus. Oratio.

Domine iesu christe: qui in introitu portarum hierusalem valuas sanctificasti: dum splendore gemmarum duodecim: totidem apostolorꝫ nomina presignasti: ꝛ qui per organum propheticum predixisti. Lauda hierusalem dn̄m: quia confortauit seras portarꝫ tuarꝫ: ꝛ benedixit filijs tuis in te: te q̄s: vt ponas oēs fines domus istius pacem: vt velociter currens interius sermo tuus adipe frumenti satiet eos: spūssanctus defendat illos: vt nunꝙ̄ nocere

nocere eis preualeat inimicus: sed oẽs habitantes in ea interius voce corde ⁊ opere decãtent dicẽtes. Magnus dñs deus noster iesus chrs: ⁊ magna virtus eius: ⁊ sapiẽtie eius nõ est numerus. Qui cũ deo patre in vnitate eiusdẽ spũs sancti in trinitate pfecta viuis ⁊ regnas deus. Per oia secula scl'oꝝ. Amẽ. Dñs vobiscũ. Sequentia sctí euãgelij ſm Lucã. In illo tpe. Ingressus iesus perambulabat hierico. fol. 220. Añ. Beata gens cuius est dñs deus eoꝝ populus electus in hereditatẽ sibi. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. ℣. Custodi nos dñe vt pupillaz oculi. ℟. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege nos. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

Deus qui in oĩ loco dñationis tue dedicator semp assistis: exaudi nos q̃s: vt iuiolabilis huius dom⁹ pmaneat bñdictio: ⁊ bñficia tui muneris vniuersitas q̃ supplicat mereat. Oĩo.

Visita quesumus domine habitationẽ istam: ⁊ omnes insidias inimici ab ea longe repelle: ⁊ angeli tui sancti habitent in ea: qui nos in pace custodiant: ⁊ benedictio tua sit sup nos semper. Per christum dñm nostruz. ℟. Amẽ. Postea addat orationes de beata virgine ⁊ alijs sanctis ad libitum. In reditu ad ecclesiam dicere poterit psalmum. Qui habitat in adiutorio. fo. 62. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. ℣. Memor esto cõgregationis tue. ℟. Quam possedisti ab initio. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus dirige actus nr̃os in bñplacito tuo: vt in noĩe dei ⁊ domini nostri iesu christi filij tui dilectissimi mereamur semper bonis operibus abundare. Per eũ.

¶ Benedictio ad initium alicuius operis boni. Capi. xxix.

℣. Adiutorium nostrum. ps. Ad te domine leuaui animaz. fol. 171. ℣. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus a quo omne bonum sumit initium: ⁊ semper ad potiora progrediẽs percipit incrementũ: cõcede quesumus supplicãtibus nobis: vt qđ ad laudem nois tui inchoare aggredimur: eterno tue paterne sapientie munere perducatur ad terminum. Per christum. ¶ De benedictione ignis. Capi. xxx.

℣. Adiutorium nostrũ. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Domine de⁹ noster pr̃ oĩs: lumẽ indeficiẽs: cõditor oĩum luminũ: exaudi nos famulos tuos: ⁊ bene ✠ dic hũc ignẽ: qui tua scĩficatiõe atq3 bñ ✠ dictione ꝯsecret: tu q̃ illuminas oẽm

hoiez venientē in hūc mundū: illumina tenebras cordis nři ⁊ cō/
sciētias nřas igne tue charitatis: vt tuo lumine igniti: tuo lumine
illuminati: expulsis a cordib⁹ nostris pctōꝝ tenebris: ad vitam te
illustrāte ꝑuenire mereamur. Per chřz dñm. Oremus. Oratio.

DOmine sancte př oīps eterne deus in noie tuo ⁊ filij tui dñi
nostri iesu chři ⁊ spūs scti bene ✠ dicim⁹ ignē: ⁊ sci ✠ fica/
mus creaturaz hāc ignis: tu quoqꝫ eā tua virtute corrobora: ⁊ ad
nostrā salutē ꝑuenire cōcede. Per christum. Postea aspergat
aqua bñdicta. ¶ De bñone dom⁹ ne cōburat ab igne. C.xxxi.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Oratio.

DEfende quesumus dñe locū istum vel domū istam: a ma
ioribus vsqꝫ ad minimos: cū pecoribus ⁊ rebus suis ab igne: ab
infirmitate: a tēpestate: ab ira ventura: ab oibus tribulationibus
diaboli: ⁊ ab insidijs inimici: vt sit deus habitator ⁊ custos: ⁊ eā ab
omni igne custodiat. Per christum do. ℟. Amen. Aspergatur
aqua benedicta. ¶ De benedictione noui putei. Capi.xxxij.

℣. Adiutorium. Domine exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

SUpplices deprecamur dñe clemētiaz pietatis tue: vt aquā
putei huius celesti bene ✠ dictione sancti ✠ fices: ⁊ ad cō/
munem vite vsum concedas esse salubrem: ⁊ ita ex eo fugare di/
gneris omnem diabolice tentationis incursum: vt quicūqꝫ ex eo
hauserint: vel biberint: vel in quibuscūqꝫ necessarijs vsibus hau
sta aqua vsus fuerit: totius virtutis ac sanitatis dulcedine per/
fruatur: vt tibi sanctificatori ⁊ saluatori omniuꝫ domino gratias
agere mereantur. Per christum dominum. Oremus. Oratio.

DOmine deus oīps qui in huius putei altitudinē: per crepi/
dinem fistularū: copiaz aquaꝝ manare iussisti: presta vt te
iubēte atqꝫ bene ✠ dicēte: per nostre officium functionis repul/
sis hinc fantasmatibus calliditatibus atqꝫ insidijs diabolicis pu/
rificatus atqꝫ emundatus semper hic puteus perseueret. Per
christum dominuꝫ nostrum. Postea aspergat aqua benedicta.

¶ De benedictione noue aree. Capi.xxxiij.

PRimo sacerdos totam aream aspergat aqua benedicta di
cens aña. Asperges me domine isopo. ⁊ tot ℣. Psal. Mise/
rere mei. fol. 61. quot fuerint necessarij semper interserēdo añ.
Asperges me domine. post singulos ℣. psalmi. Post Gloria při.

repetatur aña. Asperges me domine. ℣. Adiutorium nostrum in nomi/ne domini. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

MUltiplica q̄s dñe in hac area frumēti dona: et sicut fidelib⁹ tuis tricenariū atq3 sexagenariū vel centesimū fructu3 donare cōsueuisti: ita et famulis tuis p̄senti tp̄e vberius tue liberalitatis dona largire: et sup eā virtutē tue benedictionis infunde. Per chr̄m. ℟. Amē. ¶ De bñdictione ad vasa noua. Cap. xxxiiij.

℣. Adiutorium. Domine exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

PRotector fidelium deus et subditoꝝ pectorum habitator: quesumus vt serenis oculis tue pietatis hec vascula ita illustrare digneris: vt super ea descendat gratie tue larga benedictio: vt cum salubritate vtentes eis: per gratia3 tuam mereantur vasa effici munda. Per christu3. Aspergantur aqua benedicta.

¶ De benedictione noui panis. Capi. xxxv.

℣. Adiutorium nostrum. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

BEnedic dñe creaturā istam panis: sicut benedixisti quinq3 panes in deserto: vt sit donū eiusde3 in annuū alimentu3: gustātesq3 ex eo accipiant tam corporis q̄3 anime salutem. Per chr̄m. ℟. Amen. ¶ De benedictione vini noui. Capi. xxxvj.

℣. Adiutorium nostrū. Dñe exaudi. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

Completo R. cum versu & replica duo sacerdotes apparati cum stollis vt supra stantes ante sacramentum versis vultibus ad populum cantent versum. Quia. Popule meus. omnibus aliis preter eum qui facit officium ge-


nuflexis ⁊ versis vultibꝰ ad sacramētuz.



Dicto versu predicto chorus genuflexus vt supra cantet Sanctus deus.

Hoc dicto sacerdos ponat corpus domini reuerēter in feretro: quod portabunt quatuor sacerdotes predicti: vel duo vbi paucitas sacerdotū est: in albis parati: capitibus amicto coopertis: ⁊ incepto ℟. Recessit pastor. procedit processio isto ordine: primo acoliti cum cereis accensis ⁊ cruce: postea clerici iunioribus precedentibus: vltimo duo sacerdotes parati: qui cantauerunt Popule meus. post ipsos sequitur feretrum cuz corpore domini: portatum a quatuor: vel duobus vt supra: ⁊ super sacramentuz baldachinum nigrum portetur ab aliquibus personis magis dignis. Ex latere sint duo acoliti cum thuribulis: qui cōtinue sacramentum incensabunt: circum circa sint luminaria ⁊ intortitia. Post feretrum sequitur sacerdos cuz pluuiali ⁊ diaconus ⁊ sub-

diaconus. Et vltimo seculares maioribus precedentibus. Pro/cessione isto modo ordinata procedunt cum deuotione quousq3 dicta fuerit replica post ℣. responsorij. Quē versum dicent duo clerici. Et idem seruet in alijs responsorijs sequentibus. ℟.



tenti as diabo li. Nam ꝛ

Finita replica post ℣. firmetur processio: ꝛ omnes flectant genua: exceptis illis qui portant feretrum: ꝛ duobus sacerdotibus qui cantauerint **Popule meus.** qui stantes versis vultibus ad populum: omnibus alijs genuflexis: habentibus vultus suos ad feretrum conuersos cantent versus. **Quia eduxi te.** Et hoc quidem seruetur in omnibus sequentibus stationibus. ℣.

Quia e du xi te per deser tum qua draginta annis ꝛ man na ci ba ui te ꝛ in trodu xi in terram sa tis o ptimam pa ra sti crucem sal ua to ri tu o.

Chorus. Sanctus de us.

vt supra. Quo dicto surgāt omnes ꝛ incipiat responsorium. **Ecce vidimus eum.** ꝛ procedatur ad secundam stationem cantādo responsorium totum vsqꝫ in finem cum ℣. ꝛ replica Responsorium.

Ecce vi di mus e um non ba bentez speciem neqꝫ de co rem a spe ctus


e ius in e o non est: hic
pecca ta nostra porta uit z pro nobis
do lens: ipse au tem vulnera tus
est propter iniqui ta tes no stras. Cuius li
uo re sa na ti su mus. ℣. Ve re
langores nostros ipse tu lit z dolores nostros
ip se porta uit. Cuius.
Omnibus genuflexis duo sacerdotes stantes vt primus dicant ℣.
Quid vl tra de bu i fa ce re ti bi z non fe
ci: e go qui dem planta ui te vi ne am meam spe




Totum dicitur vt ſupra. Surgentibus omnibus incipiatur ℟. Hieruſalem luge. ⁊ procedat ad tertiam ſtationem vt ſupra. ℟.






Totum ut supra. Quo dicto omnes surgant ꝛ incipiatur R. Calligauerunt oculi mei. ꝛ procedat processio ad quartam statione͂ que fiat circa ingressuz ecclesie redeundo ante sepulchrū. R.






Omnibus vt prius genuflexis duo sacerdotes predicti stãtes cantent ℣. vt supra.







Finito versu chorus cãtet Sanctus. totũ vt supra.



Dicto Miserere nobis. sacerdos cũ reuerentia accipiat corpus domini de feretro: ⁊ illud in manibus eleuatũ teneat conuersus ad populum: ⁊ versis

renibus ad sepulchrum. Tunc duo clerici genuflexi cantent ℟. Cum autem venissent ad locum. & reliquos infra notatos.



1 ℟. Cuz vo venissent ad locũ vbi sepeliẽdus erat filius meus: statuerũt euz ĩ medio mulierꝝ: & syndone ĩuoluẽtes sepulcrũ dimiserũt corpus scĩssimũ.

2 ℟. O vos omnes qui transitis per viam: venite & videte si est dolor sicut meus: desolata sum nimis: non est qui consoletur me: salus mea infirmata est: vita occiditur: & a me tollitur.

3 ℟. O nimis triste spectaculum: o crudele supplicium impensuz filio: o felix



rex tam indecenti morte coronatus: pontifices iniquitatis tantum ne in vestrum exardescitis deum.

4 ℟. Attendite vos o populi ⁊ vniuerse plebes dolorem maximum: morte turpissima mactauerunt filium meum: vos optime sorores flete vna mecum: de filio conqueramur.

5 ℟. Cum vero deposuissent corpus Jesu de cruce: statuerunt illud in gremio matris sue: in medio mulierum amarissime flentium: mestissima matre filium nimis deplorante.

Cantatis p̄dictis v̄sibus: vel corpte: sacerdos eleuatis ma/nib⁹ cū corpe chr̄i in modū crucis bn̄dicat p̄p̄lm: ⁊ cū reuerentia illud ponat in sepulchro: ⁊ ip̄m claudat: ⁊ sigillo suo signet. R̄.




Finito responsorio predicto duo clerici dicant V̄. In pace fa/ctus est locus eius. R̄. Et in syon habitatio eius. Et sacerdos sine Do/minus vobiscum. vel Oremus. Dicat absolute orationem.

Respice q̄s dn̄e sup hanc familiā tuam: pro qua dn̄s noster iesus chr̄s nō dubitauit manibus tradi nocentium: ⁊ crucis subire tormentū. Et non dicat Qui tecum. Nec r̄ndeat Amē. ⁊ sic terminet processio. Si p̄cessio debet fieri plixior ⁊ in ea plures mansiones seu stationes fieri oporteat: finito R̄. Calliga/uerunt. cum versu ⁊ aliis que sequūtur: repetat aliqd R̄. de pre/dictis cū suo versu ⁊ aliis que sequunt: ita q̄ R̄. Sepulto. vltimo

loco reseruetur: quando corpus domini ponitur in sepulchro.





¶ Supra posita pcessio: more veneto fit infra/scripto ordine.

Paratis oib⁹ vt supra in pcedēti pcessione notatū est: loco. ℟. Plange. incipit a duob⁹ clericis genuflexis aña. Uenite & ploremus. in cantu: vt inferius notatū est. Postmodū tot⁹ chorus surgens dicat ℣. Popule. vt supra. Quo finito illi duo clerici q cantauerūt Uenite & plo. Cantāt ℣. Quia edu. & chor⁹ repetit ℣. Popule. Itē duo clerici dicant ℣. Et ppter te. & chorus repetit ℣. Popule. Et sic alternatī dicant iproperia put supra signatū est in adoratiōe crucis fol. 245. Uel ipsa iproperia cātant i sexto tono psalmoꝝ. Et cū in dicta pcessione fieri oꝫ aliq̄ statio seu mansio: oēs genu/flectāt: & illi duo cantēt aña. Uenite. vt. s. qua dicta: surgāt oēs & se/quant pcessionē cātādo ℣. Popule. & iproperia vt. s. Cū āt peruenerint ad sepulchrū faciant oia vt supra in precedenti pcessione.



¶ Sabbato sancto cantatis lectionibus ante missam & dicta oratione. **Omnipotens sempiterne deus spes vnica.** fit processio ad benedicendum fontes: precedentibus acolitis cum cereis & cruce: & alio qui defert cereum paschalem benedictum: subsequentibus clericis: iunioribus precedentibus: vltimo sacerdos cum pluuiali & diaconus & subdiaconus sacris vestibꝰ induti: & vadunt ad fontem cantando. Tractum.





Deinde dicat Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus reſpice pꝛopitius ad deuo/tionem populi renaſcentis: qui ſicut ceruus aquarum ex/petit fontē: ⁊ concede pꝛopitius vt fidei ipſius ſitis baptiſmatis

myſterio animam corpuſqʒ ſanctificet. Per dominum noſtruʒ ieſum chriſtum. Deinde ſacerdos dicat media voce.


PAter noſter qui es in celis: ſanctificetur nomen tuū. Adueniat regnum tuū: fiat voluntas tua: ſicut in celo ⁊ in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationeʒ. ℟. Sed libera nos a malo. Deinde ſymbolum.

CRedo in deum patrem omnipotentem: creatorem celi ⁊ terre: ⁊ in ieſum chriſtum filius eius vnicum dominuʒ noſtrum: qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex Maria virgine. Paſſus ſub pontio pilato: crucifixus mortuus ⁊ ſepultus: deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum ⁊ ſanctam eccleſiam catholicam: ſanctorum communionem: remiſſionem peccatorum: carnis reſurrectionem: vitam eternaʒ. Amen. Poſtea ℣. Quoniam apud te eſt fons vite. ℟. Et in lumine tuo videbimus lumen. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: adeſto magne pietatis tue myſterijs: adeſto ſacramentis: ⁊ ad creandum nouos populos: quos tibi fons baptiſmatis parturit: ſpirituʒ adoptionis emitte: vt quod noſtre humilitatis gerendum eſt myſterio: tue virtutis impleatur effectu. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdeʒ ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

¶ In vigilia pentecoſtes dicitur ſequens oratio.

COncede queſumus omnipotens deus: vt qui ſolennitatem doni ſpiritus ſancti colimus: celeſtibus deſiderijs accenſi: fontem vite ſitiamus. Per dominum noſtrum ieſuʒ chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdeʒ ſpiritus ſancti deus. Hic exaltet vocem in modum prefationis.



Dominus vobiscum. ℟. Et cuȝ spiritu tu o. ℟. Sursuȝ
corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus do/
mino de o nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.

Sequens prefatio cum suo cantu dicitur ad benedictionez fon/
tium in die sabbati sancti: ⁊ in vigilia pentecostes.

VEre dignū ⁊ iustum est equum ⁊ salu tare nos
ti bi semper ⁊ v biqȝ gratias a gere: domine san
cte pater omnipo tens: e terne deus. Qui inuisibi/
li potenti a sacramentorum tuorum mi ra bi li ter
operaris effectum. Et licet nos tantis mysterijs exe/


quendis ſi mus indigni: tu tamen grati e tue dona
non deſerens: e ti am ad preces noſtras aures tu e
pietatis inclina. Deus cuius ſpiri tus ſuper a quas
inter i pſa mundi primordi a ferebatur: vt iam tunc
virtutem ſancti fi ca ti o nis a quarum natura conci-
peret. Deus qui nocentis mundi crimina per aquas
abluens: regenerati o nis ſpeciem in ipſa diluuij ef-
fuſi o ne ſi gnaſti: vt v nius e iuſdemqꝫ e lemen ti
myſterio: ⁊ fi nis eſſet viti o: ⁊ o ri go virtutibus.

RR


Reſpice domine in faciem eccleſi e tu e ⁊ multi/
plica in e a regenerati o nes tuas: qui grati e tu e
affluentis impetu le ti ficas ci ui tatem tuam fontéq;
ba ptiſmatis a peris toto oꝛ be terrarum gen ti/
bus inouandis: vt tu e maieſtatis impe ri o: ſumat
v nigeni ti tu i grati am de ſpiri tu ſancto. Qui hác
a quam regeneran dis hominibus
Hic manu tã gat ⁊ diuidat aquam in mo dum crucis.
pꝛeparatam: archana ſu i numinis admixtione fecun/
det: vt ſanctifi cati o ne concepta ab immaculato di


ui ni fontis v tero: in nouam renatamqȝ cre a turaȝ
progeni es celestis e mergat. Et quos aut sexus in
corpore: aut e tas discernit in tempore: omnes in v
nam pari at grati a mater infantiam. Procul ergo
hinc iubente te domine: omnis spiri tus immundus
abscedat: procul tota nequiti a diaboli ce fraudis ab
si stat. Nihil hic loci habeat contrarie virtutis ad
mixti o: non insi diando circũuolet: non latendo sur
repat: non in fi ci endo corrumpat.
Hic a
quam
manu
Sit


hec ✠ sancta ⁊ inocens cre atura liberaqꝫ ab omni im
pugnatoris ingressu: ⁊ totius neq̄ti ē purgata discessu.
proice de aq̄ i modū istius signi.
Sit fons ✠ viuus: aqua ✠ regenerans.
vnda ✠ purificans: vt omnes hoc lauacro saluti fe
ro diluendi: operante in eis spiritu sancto: perfe
cte purgati o nis indulgenti am cōsequent.
Hic faciat crucē supra fontem di/cendo.
Unde bene ✠ di co te cre a tura aque per deum ✠
viuum:per deum ✠ verum: per deuz ✠ sanctū: per
deū q̄ te in princi pi o verbo se parauit ab a rida: cu/



ius ſpiri tus ſup te ferebat. Hic diuidat ⁊ effundat a/quam in qua tuoꝛ partes.

Qui te de paradi ſi fonte manare fecit: ⁊ in q̃tuoꝛ flu

minib⁹ diuidẽs: Hic tãge aquã ⁊ pice in modũ iſti⁹ ſigni. ✕ totã terrã ri gare p̃ce

pit. Qui te eti am in deſerto a maram ſu a virtute


inclyta fecit eſſe potabilem: ⁊ ſi tienti populo de pe

tra produxit. Be ✠ nedico te per ieſum chꝛiſtum fi/


li um e ius v nicum dominum noſtrum: qui in chana

gali le e ſi gno admirabili: ſu a potenti a conuertit


in vinum. Qui pedi bus ſuis ſuper te ambulauit: ⁊ a




ioanne in iordane in te baptizatus est. Qui te vna




cum sanguine de latere su o produxit: ⁊ discipulis su



is iussit: vt credentes baptizarētur in te dicens. Ite



docete omnes gentes: baptizantes e os in nomine pa/



tris ⁊ fi li i: ⁊ spiri tus sancti.

Hic mutat vocem quasi lectionem legens.


HEc nobis precepta seruantibus tu deus omnipotens cle/mens adesto: tu benignus aspira: tu has simplices aquas tuo ore benedicito: tu preter naturalē emūdationē quā lauādis possunt adhibere corporib⁹: sint ⁊ purificādis mētib⁹ efficaces.

Hic ponat cereum in aquā ⁊ in tono prefationis ter eleuando vocem dicat ter ex suflādo in eā hoc mō.

℣




DEscēdat i hāc ple




nitudinē fontis virt⁹ spirit⁹ sancti:

Fac predi/ctum signū in aq̄

℣



totāq̄



huius a que substantiam re generandi fecundet effe/



Per dominũ nostrum iesum christum filium tuũ: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Hic de ipsa aqua benedicta aspergatur super populum: ⁊ interim quispiaz clericus hauriat de aqua illa benedicta ex fonte ad aspergendas domos ⁊ quelibet loca. ¶ Postea sacerdos infundat chrisma in modum crucis in fonte super ipsam aquaz dicens legendo. Sanctificetur ⁊ fecundetur fons iste hoc salutifero chrismate in nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti. Tunc misceat chrisma antedictum cum eadez aqua: ⁊ aspergat cum manu per totum fontem. Completa fontis benedictione redeuntibus omnibus clericis a duobus letanie incipiant ⁊ cantentur. Quibus finitis inchoetur missa per Kyrieleyson.

¶ De pcessione in nocte pasche ante matu. ad sepulchrū chri.

Die sancto resurrectionis cū fuerit pulsatum ad matutinum anteq̄ populus intret ecclesiā: sacerdos cum cruce ⁊ thurribulo apparatus superpelliceo stolla ⁊ pluuiali: precedentibus cereis accensis: ⁊ sequente toto clero: cum reuerētia aperto sepulchro: accipiat corpus domini: ⁊ portet illud ī loco sacrarij: vbi sacrosanctum sacramentū seruari cōsueuit. Et interim chorus cantet sequentes psalmi: vel aliquem eorū. Psalmus.


Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt anime mee: nō est salus ipsi in deo eius. Tu autē domine susceptor meus es: glia mea: ⁊ exaltans caput meū. Voce mea ad dominū clamaui: ⁊ exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui ⁊ soporatus sum: ⁊ exurrexi q̄a dn̄s suscepit me. Non timebo milia populi circundantis me: exurge domine saluum me fac deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorū cōtriuisti. Domini est salus: ⁊ super populū tuum benedictio tua. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Ps.

Domine probasti me ⁊ cognouisti me. supra fol. 150. Psal.

Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo ad deū altissimū: deum qui bene fecit mihi. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriū conculcantes me. Misit deus misericordiam suam ⁊ veritatem suam: ⁊ eripuit animā meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus. Filij hominum dentes eorū arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eorum gladius acutus. Exaltare super celos deus: ⁊ super omnem terram gloria tua. Laqueum parauerunt pedibus meis: ⁊ incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueam: ⁊ inciderunt in eam. Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo ⁊ psalmum dicam. Exurge gloria mea exurge psalterium ⁊ cythara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: ⁊ psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est vsq̄ ad celos misericor-

dia tua: ꝛ vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: ꝛ super omnem terram gloria tua. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio. Finitis psalmis sacerdos precedentibus cereis ꝛ thuribulo corpus domini portet ad sanctuarium suum: sequente clero ꝛ cantante ℟. Surrexit pastor. ꝛ sepulchrū patenter dimittatur apertum. Responsorium.





Tunc sacerdos faciens officiū stans cum sacerdotibus in choro dicit ℣. Surrexit dominus vere alleluia. ℟. Et apparuit simoni alleluia. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui hac sacratissima nocte cum potentia tue maiestatis resurgens portas inferni cō/

fregisti: et omnibus ibi detentis dexteram tue misericordie porrexisti: scilicet miserando diutius penis estuantis gehenne cruciatis: quos dudum ad imaginem tuam creasti: te quesumus nos indigni et vltima pars creature tue: vt per gratiam tue miserationis: ac per sancte resurrectionis tue amorem: necnon omnium sanctarum animarũ: quas hac sacratissima nocte de penis inferni ad celestia regna perduxisti: simulq; per omne mysterium: quod in resurrectione tua celebrasti: nobis indignis ac fragilibus: omnium peccatorum nostrorum indulgentiam largiri digneris: atq; iram: et furorem: et indignationem tue vindicte a nobis repellas: et auxilium consolationem ac protectionem in omnibus peccatis: periculis ac infirmitatibus animarum et corporum nobis cõcedas: et sicut corpus tue humanitatis: quod ad tempus pro nostra salute exuisti: post triduum tue maiestatis potentia resuscitasti: ita corpora et corda nostra ab omnibus vitijs emundari: et animas nostras in futura resurrectione beatorum spirituum cetibus facias aggregari. Qui cum patre et spiritu sancto viuis etc.

In memoriam et laudem gloriose resurrectionis tue hymnum dicat tibi omnis creatura tua domine: et nos quãuis peccatores et delinquentes hymnum dicimus: et gratias agimus: venerãdamq; crucem tuam adoramus: sanctamq; resurrectionem tuam laudamus et glorificamus: quoniam per te redempti sumus: ideoq; crucifixum dominum laudamus: et sepultum propter nos magnificamus: resurgentemq; a mortuis adoramus: et petimus: vt per te et sanctam resurrectionem tuam nos a morte animarum nostrarum resuscitare digneris. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas in vnitate.

Oratio.

Domine iesu christe propter hoc gaudium: quod tu cũ sanctissima anima tua et corpore: in tua sancta resurrectione voluisti habere cum omnibus fidelibus tuis: iustis et peccatoribus: viuentibus et mortuis: miserere nobis: sicut vis: et scis necessitates animarum et corporum: et da nobis spacium penitentie: et veram compunctionem: emendationem omnium peccatorum nostrorum: et presta nobis Jesu christe: vt precium corporis et sanguinis tui: cũ quo nos in sancta cruce redemisti: percipiamus ad salutem animarum nostrarum in nouissima hora: et per spirita-

lem vnctionem spiritalis olei ꝛ salutaris cum omni affectu cor/
dium ꝛ corporuz percipiamus. Qui cum patre ꝛ spiritu sancto
viuis ac regnas in vnitate ꝛc. Orationibus finitis sacerdos cor/
pus domini reuerenter thurificet. Dum predicte orationes di/
cuntur: duo diaconi parentur cum dalmaticis albis: ꝛ in eccle/
sia remaneant. Sacerdos autem paratus vt supra: cum toto
clero exeat per portam ecclesie minorez: maiori porta clausa re/
licta: ꝛ veniant ad portā maiorez ecclesie cantando respōsoriuz.
Dum transisset sabbatum. ꝛ cuz illuc peruenerint:
sacerdos accedit ad portam clausam: clerus
circunstat eum. Responsorium.



to iam so le. Et veni en tes. Glori a

patri ⁊ fi li o ⁊ spi ri tu i san cto.

Al le.

Et dum peruenerint ad fores ecclesie completo ℟. cum ℣. ⁊ replica plebanus vel sacerdos paratus pulsat ad ostium manu: vel cum cruce: dicens sonora voce in tono lectionis. Attollite portas principes vestras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. Et pro ista prima pulsatione: illi deintus nihil respondent. Et facto modico interuallo: sacerdos iterum vehementius pulsat ad ostiuz: dicens voce altiori in tono lectionis. Attollite portas p̄ncipes vestras: ⁊ eleuamini porte eternales ⁊c. Et illi deintus nihil respondent. Et tunc sacerdos modico interuallo facto: iterum in eodez tono: sed altius q̃ secundo: pulsans fortiter ostium ecclesie dicit. Attollite portas principes vestras.

Tunc illi diaconi deintus statiz cantando respõdent.


Quem que ri tis in sepulchro chri sti co le:

Et illi deforis respondent.


Iesum nazare num cruci fi xum o ce li co le.


Et iteruz illi deint⁹ respondeant.

Non est hic surrexit si cut predixerat i te nunti a te quia sur




Hoc finito qui deintus sunt aperiant portam ecclesie ₇ omnes ingrediantur. Et iterum dicant qui deintus erant.







Et cum fuerint portaz ingressi firment se oēs ₇ diuidant per choros. Tūc plebanus vadat ad sepulchruz ₇ ponat caput in fenestra sepulchri: ₇ postea conuersus ad populum dicat voce mediocri.




Chorus respondeat.




Quo dicto plebanus procedat aliquantulum versus populum: ₇ exaltet vocem altius quam primum ₇ dicat.




Chorus respondeat.



Iterum tertio plebanus procedat versus populum aliquantulum: ₇ exaltata voce adhuc altius q̄z secundo fecerat: ₇ dicat.



Chorus respondeat.



Quo facto omnes procedant ad sepulchrum: ₇ faciant choros hinc ₇ inde. Tunc plebanus vadit ad ostium sepulchri: ₇ statim retrocedat versus chorum: ₇ det pacem primo sacerdoti: seu clerico: vel domino terre: si ibi fuerit: ₇ dicat voce submissa. Surrexit dominus. ₇ ille respōdeat. Deo gratias. Deinde omnes sibi mutuo dent pacē dicentes. Surrexit dominus. Et ille cui pax

datur. Respõdeat. **Deo gratias.** Postmodum vadant oẽs ad altare beate virginis processionaliter: et coram altari genuflexi sacerdote incipiente añ. **Regina celi.** eam totam cantent pro gaudio resurrectionis filij sui domini nostri. Antiphona.



℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix alleluia. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Alleluia. Oremus. Oratio.

Deus qui per vnigeniti filij tui domini nostri Jesu christi resurrectionem: familiam tuam letificare dignatus es: presta quesumus: vt per eius venerabilem genitricem virginem mariam perpetue capiamus gaudia vite. Per eundem christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciante christi filij tui incarnationẽ cognouimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem christum dominum nostrum.

¶ His finitis reuertantur ad chorum: et cantent matutinas.

¶ In die sancto pasche fit processio ad fontes post vesperas. Dicta oratione post magnificat ordinetur ꝓcessio ad fontes cum cruce cereis ⁊ cereo paschali ⁊ thurribulo ⁊ cantetur antiphona. Pre timore. ⁊ dicatur tota antiphona psalmum.


PRe ti more autem e ius exte ri ti sunt custodes ⁊ fa cti sunt velut mortui al le lu ia. ps. Laudate pue ri.

Hic psal. dicat totus cũ Gloria pr̃i. ⁊ dũ psalm⁹ cantatur procedunt ad fontes processionaliter. Completo psalmo repetatur antiphona. Postea dicatur responsorium Christus resurgens ex mortuis. Et dum responsorium cantat sacerdos incensetur fontes circunquaq;. Responsorium.

Christus re surgens ex mor tu is iam non mori tur: mors illi vl tra nõ do mina bi tur. Quod e nim vivit vi vit de o. Al le lu ia al le lu ia.


Duo clerici dicant V.






Completa repetitione post V. R. dicat V. In resurrectione tua christe alleluia. R. Celi et terra letētur alleluia. Postmodū fine Dñs vobiscū. Sacerdos dicat. Oremus. Oratio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt qui resurrectionis dominice solēnia colimus: ereptionis nostre suscipere leticia mereamur. Per eundem christum dominum nostrum. R. Amen. Tunc incipiatur añ. Respondens autem angelus. Et tota dicatur añ. psalmū. Antiphona







Completa aña incipiatur ps. In exitu. totus dicitur cum




Gloria patri. Psal. In exitu israel.


Et dum psalmus dicitur, processio reuertatur ad chorum: et dicto psalmo aña repetitur. Finita aña dicitur ℣. Dicite in nationibus alleluia. ℟. Quia dñs regnauit a ligno alleluia. Oremus. Oratio.


DEus qui oẽs in christo renatos genus regium et sacerdotale fecisti: da nobis et velle et posse que pcepis: vt populo ad eternitatẽ vocato: vna sit fides mentium et pietas actionum.

PResta quesumus omnipotens deus: vt qui gratiam dominice resurrectionis agnouimus: ipsi p amorẽ spiritus a morte anime resurgamus. Per eundem dominum nostrum. Postmodum vt in plerisq3 ecclesijs dicitur antiphona de beata virgine pro gaudio resurrectionis. Regina celi. ℣. Ora pro nobis. vt supra folio. 263. Oratio. Gratiam tuã quesumus dñe. 263.

¶ In die Epyphanie cantato euangelio diaconus pronuntiat futuru3 pascha in hunc modum.










cti o ne annunciamus vo bis vniuer sale
gau di um. Qūa propter a stanti bus vobis fra
tres charis si mi annunci a mus vobis di es san
ctuz ac sacratis simum pa scha quod e rit
di e N. mensis N. Caput vero quadrage
si me quod e rit die N. mensis se
brua ri j. vel mensis mar ti j: ⁊ nos
cuz fi de ⁊ prosperi tate se u al la crita te
ad il lum diem sanctum ⁊ sacratissimum peruenire






¶ De pcessione faciẽda in letania maiori. s. in festo sancti marci euangeliste.

EX legenda beati gregorij pape primi. Duz pestis que inguinaria dicebatur, vrbem Romam acriter vastaret: beatus gregorius papa miseratus populi continue pereuntis: instituit letaniam maiorez: ⁊ pcessionem septiformem ordinauit totam romanã vrbem in septem choros seu septem partes diuidendo: quatenus plebis sue deus misereret. In primo choro posuit totum cleruz. In secundo choro oẽs abbates cuz monachis suis. In tertio choro oẽs abbatissas cum suis congregationibus. In quarto omnes infantes seu pueros. In qnto omnes laicos. In sexto omnes viduas. In septimo omnes mulieres coniugatas. Misertus est autem dominus populi sui: ⁊ vrbem a tali peste liberauit. Et ex hoc statutum fuit: vt singulis annis per vniuersum orbez: tali die fieret processio. s. vij. cal. Maij: in festo videlicet scti marci euãgeliste. ¶ Ex cõcilio moguntiẽ. Capi. vj.

Placuit nobis vt letania maior sit obseruanda a cunctis christianis vno die. vij. cal. Maij: sicut in romana ecclesia constitutum reperimus: ⁊ sicut sancti patres cõstituerunt: non equitando: nõ preciosis vestibus imbuti: cinere respersi: ⁊ cilitio induti: nisi infirmitas impedierit. ¶ Preparatis igitur clericis ⁊ populo in ecclesia: hora conuenienti cum ad processionez exire debuerint: omnes flectentes genua: cantent sequentem antiphonam ex integro: flexis genibus. Antiphona.


Re mus di le ctiſ ſimi no
bis deum patrem omnipoten tem: vt cun
ctis mun dum pur get er ro ribus morbos
aufe rat famem depellat a pe ri at car ce res
vnda diſſol uat: peregrinanti bus re ditum infir/
mantibus ſa ni ta tem: naui ganti bus portum ſa
lu tis indulge at: ⁊ pacem tri buat in di e/
bus no ſtris: inſurgenteſq; de pellat i nimi
cos: ⁊ de manu inferni li be ret nos propter no/






Completa antiphona precedenti: incipiatur an. Exurge domine. & oes surgant: & eam prosequantur Antiphona.






Repetita antiphona incipiat letania. fol. 185. a duobus clericis ante altare genuflexis: & a choro prosequatur: omnibus astantibus genuflexis: usq3 dum dicetur: **Sancte petre: ora pro nobis.** Et tunc egrediatur processio: precedentibus accolitis cum cereis & cruce: & subsequentibus clericis: iunioribus precedentibus: ultimo sequatur sacerdos cum pluuiali: & diacono & subdiacono cum dalmaticis: & procedant cantando letaniam: quousq3 ad aliquam ecclesiam peruenerint. Quam ingressi: dimissa letania: incipiant antiphonam sequentem: & eam cantent. Antiphona.










Qua cantata: dicat sacerdos ℣. Propiti⁹ esto peccatis nostris domine: propter nomen tuum. ℟. Ne quãdo dicant gentes vbi est deus eoꝝ. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus qui iuste irasceris: ꝛ clemẽter ignoscis: afflicti populi lachrymas respice: ꝛ iram tue indignationis: quã iuste meremur: ꝑpitiatus auerte. Per christũ. Postea cantetur añ. cum ℣. ꝛ oratione de sancto vel sancta: in cuius honore ecclesia illa est titulata. Quibus finitis resumpta letania in loco vbi dimissa fuerat: vel si fuerit cõpleta letania incepto aliquo hymno procedant ad ꝓcessionẽ. Et cum ad aliã ecclesiam peruenerint: dimissa letania vel hymno: cantent sequentem antiphonam.







℣. Exurge domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Oremus. Oratio.

MIserere quesumus domine familie tue: ꝛ intercedentibus omnibus sanctis tuis munera compunctionis aperi: ꝛ largitate pietatis exaudi. Per christum dominum nostrum. Postea dicantur añ. ℣. ꝛ oratio de sancto vel sancta: cuius est ecclesia.


Postea resumpta letania: vel hymno: vbi fuerant pretermissi: processionem prosequantur. Et cum peruenerint ad aliam ecclesiam preter missis letania: vel hymno: cātent aña.

D omine deus noster: qui cum pa tribus nostris mira bi li a ma gna fe ci sti no stris quoqȝ glo ri fi care tempori bus qui mi si sti manum tu am de al to: ⁊ li berasti nos salua tor no ster.

℣. Si ambulauerimus in medio tribulationis: viuificabis nos dñe. ℟. Et nomen tuum inuocabimus. Oremus. Oratio.

Deus qui culpas delinquētiuȝ districte feriendo percutis: fletus quoqȝ lugentium nō recusas: presta quesumus: vt qui pondus tue animaduersionis cognouimus: etiā pietatis grā tiam sentiamus. Per. Postmoduȝ fiat memoria de sancto vel sancta: in cuius nomine illa ecclesia titulata est: per añ. ℣. ⁊ orationem. Et reassumat letania vbi fuerat dimissa: vel hymnus: ⁊ ad processionem procedatur: vsqȝ ad aliam ecclesiam: ad quam processio vadit: ⁊ ibi dimissa letania vel hymno: cantetur Aña.

M ul ta sunt domine peccata nostra que ti bi pec ca ui mus pati enti a i sraeli: li bera nos do mi ne in




tempo re angu sti e no stre de us noster.


℣. Domine non s*m* peccata nostra facias nobis. ℟. Neq*z* s*m* iniquitates nostras retribuas nobis. Oremus. Oratio.

DEus qui culpas nostras pijs verberib*us* flagellas: vt a nostris iniq*ui*tatibus emundes: da nobis: *et* de verbere tuo *pro*ficere: *et* de tua citius consolatione gaudere. Per dominum no.

Postea de sancto vel sancta: in cuius honore fundata est ecclesia per añ. *et* ℣si. *et* orationem fiat commemoratio. Et resumpta letania vel hymno: vbi fuerant dimissa: procedatur ad aliam ecclesiam. Quam ingressi cantent. Antiphona.



Par ce domine parce popu lo tu o. quem re de misti



san guine tu o: vt non in e ternum i rascaris nobis.

℣. Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos. Oremus. Oratio.

PArce domine parce populo tuo: vt nullis ia*m* patiaris aduersitatibus fatigari: quos precioso filij tui domini nostri iesu christi sanguine redemisti. Qui tecum. Postea fiat memoria de sancto vel sancta illius ecclesie: per añ. ℣. *et* orationez. Et resumpta letania vel hymno *pro*cedatur ad processionem versus ecclesiam: vbi *pro*cessio debet terminari. Quā ingressi clerici *et* religiosi si affuerint: collocent se hinc *et* inde: nec recedant donec oīa fuerint cōpleta. Et hoc etiam in alijs processionibus obseruet. Ingressi igitur ecclesiam cantent Antiphonam.



Pec ca ui mus domine *et* tu i ratus es nobis: *et*



Kyrieleison. Christel'. Kyriel'. Pater noster. Et ne nos. ℣. Saluos fac seruos tuos ꝛ ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Tribulatiões cordis nostri multiplicate sunt. ℟. De necessitatibus nostris libera nos dñe. ℣. Peccauimus cuȝ patribus nostris. ℟. Iniuste egimus iniquitatē fecimus. ℣. Miserere nostri domine miserere nostri. ℟. Quia multum repleti sumus despectione. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodū sperauimus in te. ℣. Deus ne elongeris a nobis. ℟. Deus in auxilium nostrum respice. ℣. Memor esto cõgregationis tue. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Domine exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Clamātiuȝ ad te dñe p̄ces dignāter exaudi: vt sicut niniuitis in afflictiõe positis pepercisti: ita ꝛ nobis i p̄nti tribulatiõe succurrere digneris. Per chr̄ȝ. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

Da nobis quesumus domine de tribulatiõe letitiaȝ: vt qui diu pro nostris peccatis affligimur: in tua misericordia respiremus. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Succurre q̄s dñe pp̄lo tuo supplicāti: ꝛ opē tuā tribue benignus infirmis: vt sincera tibi mēte deuot⁹: ꝛ p̄ntis vite remedijs gaudeat ꝛ futuris. Per. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

Deus qui peccantium animas nõ vis perire: sed culpas: cõtine quā meremur iraȝ: ꝛ quā p̄camur sup nos effunde clemētiaȝ: vt de merore gaudiū tue misericordie cõsequi mereamur. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Aures tue pietatis quesumus domine precibus nostris inclina: vt qui peccatorum nostrorum flagellis percutimur:

intercedentibus beatissima virgine dei genitrice maria ⁊ beatis apostolis petro ⁊ paulo: beato marco euangelista: ⁊ beato gregorio confessore tuo atq; pontifice: miserationis tue gratia liberemur. Per christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: ⁊ sperantes in tua misericordia: intercedentibus omnibus sanctis tuis celesti protegas benignus auxilio. Per christum dñm.


Postea fiat memoria de patrono ecclesie illius: per añ. ℣. ⁊ orationem. Et terminetur oratio per Per dominum nostrũ ⁊c. In fine cantetur. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. Et hoc modo terminant oẽs pcessiones sequẽtes. ¶ Si fuerint plures ecclesie visitande: repetat de suprapositis añ. ℣. ⁊ orationibus. Si fuerint pauciores dimittantur de añ. ℣. ⁊ orationibus medium ẜm ꝙ necessaria fuerit. ¶ Ubi autem tali die solent benedici sata ⁊ vinee: egrediat pcessio extra ciuitatem: vel opidum: aut villam: ⁊ dicantur seu cantentur benedictiões: que supra posite sunt in scđa parte huius libri profesto sancti marci: fol. Et postea compleatur processio: sicut in hoc loco notatur.

¶ Ritus ⁊ modus huius processionis obseruetur in omnibus processionibus sequentibus: nisi vbi aliud fuerit signatum.

¶ Antiphone dicende in ecclesiis: per quas processio transit secundum earum titulos.

¶ De sanctissima trinitate. Antiphona.





Duo clerici dicãt ℣. Quod etiam in sequẽtibus obseruetur ℣. Benedicamus patrem ⁊ filium cũ sancto spiritu. ℟. Laudedemus ⁊ superaltemus eum in secula. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatez: quesumus vt eiusdem fidei firmitate: ab omnibus semper muniamur aduersis. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De sacratissimo corpore christi antiphona.






℣. Panē celi dedit eis. ℟. Panē angelorum mādducauit hō. Oremus. Oro.

Deus qui nobis sunt sacramēto mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue q̄s ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et regnas per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

¶ De sancta cruce. Antiphona.







℣. Adoramus te christe ꝛ bñdicimus tibi. ℟. Quia per crucē tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui precioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificari voluisti: concede quesumus eos qui eiusdez sancte crucis gaudent honore: tua quoqz vbiqz protectione gaudere. Per eundem christum dñm nrm. ℟. Amē.

¶ De beata virgine. Antiphona.







℣. Ora pro nobis scā dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oremus. Oratio.

COncede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis ꝛ corporis sanitate gaudere: ꝛ gloriosa beate marie semper virginis intercessione: a presenti liberari tristitia: ꝛ eterna perfrui letitia. Per christum dominum nostrū. ℟. Amen.

¶ De angelis. Antiphona.









℣. In ꝯspectu angeloꝝ psallā tibi deus meus. ℟. Adorabo ad téplū sanctū tuū ꝛ ꝯfitebor noī tuo. Oremus. Oratio.

DEus qui miro ordine angelorum ministeria hominumqz dispensas: concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur: per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De sancto ioanne baptista antiphona.



Inter na tos muli e rum non sur




rexit maior ioanne baptista.

℣. Fuit homo missus a deo.
℟. Cui nomen erat ioannes.


Oremus. Oratio.

PResta quesumus omnipotēs deus: vt familia tua per viā salutis incedat: et beati ioannis precursoris ortamenta sectando: ad eum quem predixit secura perueniat. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Dum processio pcedit per ecclesias: si habetur aña et oratio propria de sancto illius ecclesie patrono: a clericis ipsius ecclesie preparent et cantētur. Alias dicantur aña. et orationes de cōmuni sanctorum sm eorum qualitates.

¶ De apostolis. Antiphona.



Estote fortes in bel lo et pugnate cum anti



quo serpente et ac ci pi e tis regnū e ternum al le luia.

℣. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Si fuerit vnius apostoli ecclesia. Oremus. Oratio.


BEati N. apostoli tui domine precibus adiuuemur: vt qđ possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Si fuerint plures apostoli. Oremus. Oratio.

DEus qui nos per beatos apostolos tuos N. et N. ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum

gloriam sempiternaʒ ꝛ proficiendo celebrare: ꝛ celebrando proficere. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De vno martyre. Antiphona.






℣. Gloria ꝛ honore coronasti euʒ domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

INfirmitatē nostrā respice oīpotens deus: ꝛ quia pondus proprie actionis grauat: beati N. martyris tui atqꝫ pontificis intercessio gloriosa nos ꝓtegat. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Si fuerit solum martyr. Oremus. Oratio.

PResta quesumus oīpotēs deus: vt interueniēte beato N. martyre tuo: ꝛ a cunctis aduersitatibꝰ liberemur in corpore: ꝛ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per christuʒ dñm nostrū. ℟. Amē. ¶ De pluribus marty. Aña.





℣. Letamini in domino ꝛ exultate iusti
℟. Et gloriamini omnes recti corde.
Si fuerint pontifices.


Oremus. Oratio.

Beatorum martyrum pariterqȝ pontificum N. ꝛ N. nos quesumus domine merita tueantur: ꝛ eorum commendet oratio veneranda. Per christum dominū nostrum. ℟. Amen.

Si fuerint solum martyres. Oremus. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt qui gloriosos martyres N. ꝛ N. fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per christū dominū nostrum. ℟. Amen.

De vno confessore. Antiphona.



℣. Amauit eum dominus: ꝛ ornauit eum. ℟. Stolla glorie induit eum.

Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio.


Exaudi nos quesumꝰ domine preces nostras: quas in beati N. confessoris tui atqȝ pontificis cōmemoratiōe deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari: eius intercedentibꝰ meritis: ab oibus nos absoluas pctis. Per christum dominū nostrū. ℟. Amen. Si non fuerit pontifex: Oremus. Oratio.


Adesto domine supplicationibus nostris: quas in beati N. confessoris tui veneratione deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus: eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerit abbas. Oremus. Oratio.

Intercessio nos quesumus domine beati N. abbatis commendet: vt quod nostris meritis nō valemus: eius patrocinio assequamur. Per christum dominuȝ nostrum. ℟. Amen.

¶ De vna virgine antiphona.





℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternũ. Si fuerit virgo ꝛ martyr. Oremus. Oratio.

Indulgentiaz nobis domine beata N. virgo ꝛ martyr imploret: que tibi grata semper extitit: ꝛ merito castitatis: ꝛ tue professione virtutis. Per christuz dñm nostrũ. ℟. Amen.


Si fuerit virgo ꝛ non martyr. Oremus. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis tue commemoratione gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur effectu. Per christum dominũ nostruz. ℟. Amen.

Si non fuerit nec virgo nec martyr. Oremus. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. cõmemoratione gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De pluribus virginibus. Antiphona.





℣. Adducentur regi virgines post eam. ℟. Proxime eius offerentur tibi. Oremus. Oratio.

Da nobis quesumus domine deus noster sanctarum virginum ꝛ martyrũ tuarum N. ꝛ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ possumus celebrare: humilibus saltem frequẽtemus obsequijs. Per christuz dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De processionibus faciendis in tribus diebus Rogationum. Ex cõcilio Aurelianensi. Cap. vj.

Quam exigentibus peccatis galliarum: plurimi luporuz rabie acriter interimerentur: nec huius flagelli aliquod remedium

medium inueniri posset: congregati traduntur galliarū episcopi apud viennam vrbem: atq3 in cōmune statuerunt: vt triduanum ieiunium facerent. Cunq3 dominus peste3 misericorditer abstulisset: hi dies in consuetudine annue celebritatis venerunt: vt per galliaru3 prouincias ante ascensionis domini diem celebrarent. Agamus ⁊ nos hos dies cū summa reuerētia ⁊ deuotione: cum abstinētia carnis: ⁊ humilitate cordis: vt inuisibiliū idest spirituū imundoꝝ tentamēta vincere valeamus. Nullus aūt his diebus vestimētis preciosis induat: qa in sacco ⁊ cinere lugere debemꝰ. Prohibeantur ebrietates ⁊ cōmessationes: que sunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare presumat: sed discalciatis pedibꝰ oēs incedant. Nequaq3 muliercule choros ducāt: sed omnes in cōe Kyrieleison decantent: ⁊ cum cōtritione cordis: dei misericordiā exorent. Pro peccatis: pro pace: pro peste: pro cōseruatiōe frugum: ⁊ pro ceteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentie nō letitie. ¶ Ex concilio arelianensi. de ꝯse. dist. iij. c. Rogationes.

Rogationes: idest letanias ante ascensionē domini placuit celebrari: ita vt p̄missum triduanū ieiuniū dominice ascēsionis solennitate soluat. Per hoc triduum serui ⁊ ancille ab opere relaxentur: quo magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant: etiam quadragesimalibus cibis vtant. ¶ De processione in tribus rogationum: in quibus fiunt letanie minores.

Feria. ij. iij. ⁊. iiij. in rogationibus conuenientes clerici ad ecclesiam hora conuenienti omnibus p̄paratis incipiant aīa. Oremus dilectissimi. 266. qua cantata icipiat antiphona. Exurge dn̄e. 266. ⁊ cantent letaniam: ⁊ procedant: ⁊ omnia cantetur sicut notatum est in letanijs maioribus. s. in festo sancti Marci euangeliste. In aliquibus ecclesijs solent portari dracones ⁊ lupi sup perticas ad denotandum causam: quare instituta fuerit hec processio in tribus diebus rogationum. Ubi autem consueuit ꝙ processio egrediatur ad campos ⁊ agros: sacerdos aspergat aquā benedictam per agros ⁊ vineas: ⁊ interim clerici cantent Aīa. Rigans montes de superioribus suis. ⁊ Psalmus. Benedic anima mea domino. Ñ. que antiphona tota dicatur ante psalmum: ⁊

Hora post psalmum repetatur Añã.



minis. ps. Benedic anima. ij. E u o u a e. ps.

BEnedic anima mea domino: domine deus meus magnifi-catus es vehementer. Confessionem ⁊ decoreꝫ induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendens celum sicut pel-lem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascēsuꝫ tuum: qui ambulas super pennas ventorū. Qui facis angelos tuos spiritus: ⁊ ministros tuos ignem vrentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum se-culi. Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes ⁊ descendunt campi: in locū quem fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredien-tur: neqꝫ conuertent operire terram. Qui emittis fontes in cō-uallibus: inter mediuꝫ montium pertransibunt aque. Potabūt omnes bestie agri: ⁊ expectabūt onagri in siti sua. Super ea vo-lucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. Ri-gans montes de superioribus suis: de fructu operum tuoruꝫ sa-

diabitur terra. Producens fenum iumentis: et herbam seruituti hominum. Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis. Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis cõfirmet. Saturabuntur ligna campi: et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux est eorũ montes excelsi ceruis: petra refugiũ herinatijs. Fecit lunã in tempore: sol cognouit occasũ suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie sylue. Catuli leonum rugientes vt rapiant: et querant a deo escam sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suam vsq; ad vesperã. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnũ et spaciosum manibus: illic reptilia quorũ nõ est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt det illis escam in tempore. Dante te illis colligent: aperiẽte te manum tuam: omnia implebuntur bonitate. Auertente autẽ te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient: et in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum et creabũtur: et renouabis faciem terre. Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram et faciat eam tremere: qui tangit montes et fumigãt. Cantabo domino in vita mea: psallã deo meo quãdiu sum. Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino. Deficiant peccatores a terra: et iniquitas vt non sint: benedic anima mea dño.

Repetita post psal. aña dicatur Kyrieleyson. Christeleyson. Kyriele. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. ℣. Dominus dabit benignitatem. ℟. Et terra nostra dabit fructum suum. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dicat nos deus deus noster: et terre nostre fructus vberes multiplicet: vt seminãtes in gaudio seminẽt: et metentes in exultatione colligant manipulos: et te semper benedicant. Per christum dñm. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Quesumus: omnipotens deus misericordiã tuã: vt bene

dicere ⁊ multiplicare digneris fines ⁊ fruges famulorū tuorum: sicut multiplicasti fruges patriarcharuȝ habraam isaac ⁊ iacob: vt sit seruis tuis abundantia: ⁊ egenus ⁊ pauper laudent nomen glorie tue. Per christum dn̄m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.


CLementiam tuam omnipotens deus supplices depreca‑mur: vt benedicere ⁊ visitare ⁊ irrigare digneris fruges ⁊ fines seruorum tuorum: ⁊ vt defendas ab omni infestatione ini‑mici: vt abundantia benedictionis tue repleas eoruȝ inopiam: ⁊ tibi semper laudes referant qui das escas omni carni. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus celi terreqȝ dominator te supplices exoramus: vt angeluȝ tuū mittere digneris: qui custodiat ⁊ defendat fi‑nes ⁊ fruges famulorum tuorum ab omni incursione inimici: vt abundantia benedictionis tue repleas eoꝝ inopiam: ⁊ tibi sem‑per laudes referant: vt hic ⁊ in eternuȝ per te salui esse merean‑tur. Per dominum nostrum iesum christuȝ. ℟. Amen. Finitis predictis orationibus in agris: procedant ad ecclesiam vbi finiri debet processio: ⁊ cantent omnia sicut supra signatum est in leta‑niis maioribus. Completa processione ⁊ dicto Benedicamus domino. ⁊ Deo gratias. Sacerdos deposito pluuiali accipiat planetam: ⁊ cantent missa ferialis vt in missali.

¶ Processio in festo ascensionis domini.

IN festo ascensionis domini fit processio in ali‑quibus ecclesiis: circa ecclesiam: vel plateam ipsius: hoc ordine. Dicta tertia sacerdos cum pluuiali: ⁊ ministri sacris vestibus suorum ordi‑num induti: precedentibus accolitis cum cruce cereis: ⁊ thuribulo: ⁊ aqua benedicta: ⁊ cleri‑cis sequentibus: iunioribus precedentibus: ⁊ vltimo sacerdos cuȝ ministris veniant ad cho‑rum. Qui ad inchoationem processionis genuflexus. Incipiat hymnum de ascensione domini: vt infra in hymnis notatus est: ⁊ clericis prosequētibus procedant circa ecclesiam vel plateam ipsius. Completo primo hymno: incipiat secundum. Ad portā vero ecclesie sacerdos incipiat añā. O rex glorie. ⁊ omnes eā pro‑sequuntur procedendo ad chorum. Antiphona.





Finita aña: duo clerici cantent ℣. Ascendit deus in iubilatione alleluia. ℟. Et dominus in voce tube. Alleluia. Et sacerdos. Oremus. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in alta celorũ potenter ascendẽs: captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuam tribue quesumus: vt dona que suis participibus contulit: largiatur ⁊ nobis iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit ⁊ regnat per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

¶ De processione in festo pentecostes.

In die sancto pentecostes: in aliquibus ecclesijs fit talis pcessio: finita tertia sacerdos cum ministris paratus accedit ante altare maius: ⁊ genuflexis oibus: sacerdos incipit Hymnus. Veni creator spiritus. ⁊ reliqui prosequuntur. Et dicto primo versu: surgunt omnes: ⁊ precedentibus acolitis cũ cereis: cruce: ⁊ thuribulo: iunioribus precedentib⁹: ⁊ psequentes hymnũ predictum: circueunt plateam ecclesie. Et facta processione: intrant ecclesiam: ⁊ firmant se clerici hinc ⁊ inde: ⁊ sacerdos in medio: donec terminetur hymnus. Tunc incipitur introitus misse: ⁊ cantatur vsq; ad Gloria patri. Interim aliqui clerici in eminenti loco positi proijciunt folia rosarum ⁊ aliorũ florum: pau-

latine super sacerdotem. Dicto ℣. post introituz sacerdos dicit in cantu **Gloria patri.** ⁊ clerici prosequētes vadunt ad chorum: ⁊ sacerdos cum ministris ad altare: ⁊ missam prosequūtur. Et alicubi fit talis processio etiam duobus diebus sequentibus.

¶ De processione in festo corporis christi.

Quia in plerisq3 huius partis locis de ciclo mẽtio facta est: ideo de ciclo aliqua dicamus. Notandũ est ergo q̃ ciclus est spacium aliquoꝝ annoꝝ in se rediens s̃m aliquos numeros: ⁊ dicitur quasi circulus per duplicem syncopam. Est eni3 ciclus vocatus: eo q̃ in orbem digestus sit: ⁊ quasi in circulum depositũ ordinem complectat̃ annoꝝ: sine varietate ⁊ sine arte: sunt aute3 sex cicli. Primus solaris incipiẽs in. vj. cal̃. martij in festo Mathie constãs ex. xxviij. annis continens cõcurrentes ⁊ regulares solares ⁊ dominicales ⁊ annos bisextiles ⁊ cõmunes. Secũdus ciclus est decẽnouẽnalis constans ex. xix. annis: ⁊ incipit a ianuario cõtinens in se aureum numeru3 ⁊ claues terminoꝝ. Tertius est ciclus lunaris: incipiẽs similiter a ianuario habẽs. xix. annos: incipit autem quarto anno cicli decẽnouẽnalis: hunc inuenerunt romani vt scirent qua hora luna a sole accenderetur: sed q̃a processu tẽporis hec inuentio falsificata est: nihil operamur s̃m hũc ciclum. Quartus est epactalis: incipiens. v. cal̃. septembris: habens similiter annos. xix. cõtinens in se regulares lunares ⁊ epactas: ⁊ annos ⁊ cõmunes ⁊ embolismales. Quint⁹ est ciclus magnus constans ex quingentis. xxxij. annis: vel s̃m alios q̃ngentis triginta annis: s̃m que3 format̃ tabula Dionysij. Sextus est ciclus indictionalis: cõstans ex. xv. annis ⁊ cõtinẽs indictiões. Romani enim quia difficile erat de remotis mundi partibus venire singulis annis romam ad soluẽda tributa per eos prouincijs indicta: statuerunt q̃ saltem singulis quinquẽnijs soluerentur: ita q̃ primo quinquẽnio apportarent pro tributo ferrum pro fabricandis armis. In sc̃do quinquẽnio argentum pro stipendijs militibus erogandis. In tertio aurum pro simulacris fabricandis: ⁊ sic semper post auru3 quod in anno quintodecimo ferebatur: incipiebat quinquẽnium quo ferrum iterum soluebat̃: ⁊ sic erat quasi quidam circulus temporis: quia ergo romani sic fieri indixerũt ideo illi anni indictio nũcupati sunt de quo dictũ est supra. Premissum autẽ spacium quinq3 annoꝝ vocatũ est lustrũ: quia venientibus nuncijs prouinciarum cum tributo: cum cereis ⁊ cũ alijs preciosis sumptibus vrbem lustrabant.

¶ Explicit tractatus de computo ecclesiastico.



Cōpēdiū musice.

PRoprietas in musica est deriuatio plurium vocū: ab vno eodēq; principio. Existentibus igitur modis siue proprietatibus tribus totius cant⁹: pro ipsarū notitia būda cuilibet vnica est littera assignata. Nam proprietati nature data est littera C: b molli F: & ♮ quadro G: quibus vocū principiū proprietatū conceditur: scilicet vox Vt: q̄ cetere sibi ordinate voces videlicet Re: Mi: Fa: Sol: La: per eandem proprietatem sequuntur. Vt enim vox in C locata cum suis ordinatis vocibus. s. Re Mi Fa Sol La per proprietatē nature in graui vel acuto cantat: In F per b molle: In G p ♮ quadrum. Unde versus. Nature modū per C cantare solemus. F b molle notat: sed G quadrū ostēdit. ¶ Nota q̄ signa siue claues (vt vulgo dicitur) demonstr[illegible]s sedem totius cantus vniuersalr̄ vsitate: sunt due: vz F gr[illegible] loco cuius lr̄e: talis figura ponitur [sign]. Et ♮ acutū: pro [sign] quo tale signum. Per ipsaȝ autē discretam repositionē per lineas: pōt oīs cantus cuiuscūq; sit toni rationabiliter collocari. Distant enī ab in-


ulcem p diapente: naz F in grauib⁹: C in acutis cõstituta sunt.

Versus.

Re.la. vult primus: re.fa. retinetq3 secundus.
Per sextam mi.fa. terno: quarto dato mi.la.
Fa.fa. fert quintus: fa.la. prebet tibi sextus.
Ut.sol. septenus: vt.fa. captatq3 supremus.

De intonatione psalmoꝝ dantur hi versus: vz.

Primus cum sexto: fa.sol.la. semper habeto.
Tertius ꝛ octauus: vt.re.fa. atq3 secundus.
La.sol.la. quartus: vt.mi.sol. sit tibi quintus.
Septimus fa.mi.fa.sol. sic omnes esse recordor.



Cõpẽdiuz musice.

Quisqs ad canẽdi sciẽtiã erudiẽdus accedis: dispositionẽ: vim: ꝛ ordinez litterarũ per quas oĩs cantus habet discretionem) cordi memoriter īprimas: videlicet ꝙ ponuntur ꝛ sunt in ordine manus seu palme viginti littere: que diuiduntur in subgrauibus: grauib⁹: acutis: ꝛ superacutis. At vero ipse littere in ordine manus non sunt nisi septem: voce ꝛ forma differẽtes: scilz A. B. C. D. E. F. G. Subgrauis vna est dũtaxat littera greca omniuz prima

in principio pollicis manus sinistre a latinis philosophis addi/ta: quam quidam eorū vocabulo γ. Gamma dicunt. Nos vō latini G appellamus: in qua nostre musice omnis sumit ordo principium: ꝛ ipsius Gamma nostra manus ornata: initio se a grecis profitetur exordiū sumpsisse. Graues littere sunt septē: scilicet A. B. C. D. E. F. G. Et graues dicuntur: quia in inferiori loco ꝑmitus sunt formate: hoc est in voce pectoris. Habentq3 principium in prima iunctura pollicis: ꝛ finem in se/cunda iunctura auricularis. Acute similiter sunt septem: scilicet A. B. C. D. E. F. G. que non sunt a primis grauibus noīe differentes: sed forma dūtaxat. Ideoq3 acute dicunt: eo ꝙ acu/tum reddant sonum respectu grauium predictarū. Formantur enim in superiori loco: idest in voce gutturis. Et habent princi/pium in tertia iunctura auricularis: finem vō in scđa iunctura in/dicis. Superacute sunt qnq3. s. AA. BB. CC. DD. EE. ꝛ ideo supacute dicunt eo ꝙ sup ꝑdictas acutas acutiorē reddāt sonum. Et rō est: quia formant in superiori loco: scilicet in voce capitis: ꝛ habent principium in secūda iunctura mediĳ: finem vō in tertia iunctura eiusdem a tergo: vt manum intuenti patet.

Ut autē ordo lrāꝝ naturaliter positarū ibi breuiter pa/teat: ꝛ que in spacio: que vel lrē sint in linea cognoscas: inferius perpēde dispositas Gāma in linea A. in spacio B. in linea C. in spacio D. in linea E. in spacio F. in linea G. in spacio A. in linea B. in spacio C. in linea D. in spacio E. in linea F. in spacio G. in linea AA. in spacio BB. in linea CC. in spacio DD. in linea EE. in spacio. Uide qa lrē q̄ in grauib9 in linea notant: in acutis in spacio demonstrant: ꝛ que in acutis in spacio sunt notate: in supacutis in linea sunt scripte.


PReterea sciendum est b rotundum in dispositione litte/rarum non debet proprie lineam aut spacium occupare: nec locum naturaliter habere: quia non est de computo septem litterarum musicalium: si enim esset aliqua de septē per dupla/rem consonantiam alicui grauium vel superacutarum respon/deret. Grauibus quippe per duplarem respondere non potest consonantiam: quia minus esset semitonium. Superacutis vō per diapason nequaq̄ consonat: qa semitonium superabundat.

Vocatur enim apud grecos b rotundum siue menon: hoc est accidens vel accidentale: quod enim est accidentale non est proprium: ⁊ quod non est proprium non est naturale. Inuentum est autem b rotundum ad temperanduȝ tritonum: qui super .f. naturaliter inuenitur: vbi enim cantus asperior sonat b rotunduȝ loco ♮ quadri: ad temperandaȝ tritoni duritiaȝ furtim interponitur. Sed vbi cantus ad suam naturaȝ recurrerit: statim debet auferri. Igitur quia b rotundum est accidens vel accidentale: ⁊ accidens potest adesse vel abesse sine corruptiõe subiecti: vbi necessarium fuerit apponatur. ¶ Nec id te lateat ꝙ predictis septem litteris voce ⁊ forma differentibus associate sunt notule seu voces sex: scilicet vt: re: mi: fa: sol: la: que ex duabus primis proprietatibus: scilicet ♮ quadri: ⁊ nature quinquies repetite ponuntur: ⁊ ex tertia: scilicet b rotundi ꝓprietate bis interponi noscuntur. ¶ Sunt ergo note omnes in manu numero quadragintadue numerate: videlicet a Gamma ad EE vltimũ viginti sedibus collocate. ¶ Et nota ꝙ syllaba: vt: semper est caput ⁊ principium aliarum sibi succedentium syllabaꝝ: scilicet: re: mi: fa: sol: la. Harum enim omnium sex syllabarum aggregatio dicitur in cantu deductio: quia deducit modulantium voces ex grauitate in acumen: ⁊ ex acumine in grauitatem. ¶ Et quia illa nota siue syllaba: vt: septies in manu reperitur: ideo dicimus ꝙ septem sunt deductiones manus seu palme: vnde prima deductio habet principium in G sub graui: ⁊ finem in E graui: ⁊ cantatꝛ per ♮ quadrũ graue. ¶ Secunda habet principium in G graui: ⁊ finem in A acuto: ⁊ cantatur per naturam grauem. ¶ Tertia habet principium in F graui: finem vero in D acuto: ⁊ cantatur per b molle graue. ¶ Quarta habet principium in G graui: in fineȝ in E acuto: ⁊ cantatur per ♮ quadrum acutum. ¶ Quinta habet principium in C acuto: finem vero in AA superacuto: ⁊ cantatur per naturam acutam. ¶ Sexta habet principium in F acuto: ⁊ fineȝ in DD superacuto: ⁊ cantatur per b molle acutum. ¶ Septima habet principium in G superacuto: finem vero in EE superacuto: ⁊ cantatur per ♮♮ quadrum superacutum.

¶ Breuis et vtilis regula pro fiendis mutationibus.


Mutatio est alicuius vocis vel note vnius proprietatis in alteram eiusdem soni atqz loci varietate acceptio. Fit nāqz mutatio vel fieri potest in quolibet loco vbi due vel tres voces siue note nomine sunt diuise: que quidem sub vna sola littera includuntur. Itaqz ad mutationem faciendam requiritur q ibi sint due voces vnisonum facientes: et q proprietates per quas fit mutatio iungantur adinuicē in vna voce: vnde vbi sola vox est: non potest fieri mutatio: etiam si sint due voces: et non sint equales in sono: nō fit mutatio: vt sunt iste due voces de b. fa. ♮. mi. que differunt sono per semitoniuz maius: quod est inter fa. et mi. ¶ Preterea notare debemus vocū variandarum finem: quaruz si terminatio fiat in Ut: vel in Re: vel in Mi: tunc ascendendo facimus mutationez. Si vero vocum variādaruz terminatio fit in Fa: vel in Sol: vel in La: tunc descendendo mutamus. Patent ista in subscriptis mutationuz exemplis: vbi Ut: Re: Mi: adinuicez variamus: quia tunc semper ascendendo mutamus. Fa: Sol: La: semper descendendo variamus: vnde versus: Ut Re Mi scandimus: si variare volemus. Sed descendemus: si Fa Sol La variamus. ¶ Item nota q non debet fieri mutatio: nisi necessitate cogente. Unde duplex est necessitas. Prima est quādo proprietas vna nō sufficit ad ascensum vel descensum cantus: et tunc oportet mutationē fieri proprietatis ipsius in aliam cantui magis deseruientem. Et qūdiu per vnam proprietatez potest cantari: nō debet fieri alterius ꝓprietatis mutatio: sed vitari. Secūda necessitas est: q licet vna proprietas per ascensum vel descensum canti deseruiret: tñ de necessitate mutatur in aliam ad cantum magis armoniacuz faciendum: vt sepe fit de b molle in b duro et econuerso: et tunc totaliter non debet vitari mutatio.

¶ Primus mutationis locus ♮ quadri ⁊ nature.




C graue ⁊ primum.

¶ Secundus mutationis locus ♮ quadri ⁊ nature.




D graue ⁊ primum.

¶ Tertius mutationis locus ♮ quadri ⁊ nature.



E graue ⁊ primum.


¶ Quartus mutationis locus nature ⁊ b mollis.



F graue ⁊ primum.

¶ Quintus mutationis locus.


Locus nature ⁊ b mollis. Locus nature ⁊ ♮ quadri.



G acutum ⁊ secundum. G acutum ⁊ secundum.


¶ Quintus mutationis locus.
Locus b mollis ⁊ ♮ quadri.

¶ Sextus mutationis locus.
Locus nature ⁊ b mollis.



G. acutum ⁊ secundum. A acutum ⁊ secundum.

¶ Sextus mutationis locus.
Locus nature ⁊ ♮ quadri. Locus b mollis ⁊ ♮ quadri.



A acutum ⁊ secundum. A acutum ⁊ secundum.


¶ Sequitur de septimo mutationis loco.

¶ Septimus mutationis locus.
Locus b mollis ⁊ ♮ quadri. Locus b mollis ⁊ nature acute.



C acutum ⁊ secundum. C acutum ⁊ secundum.

¶ Septimus mutationis locus ♮ quadri ⁊ nature acute.



C acutum ⁊ secundum.


¶ Octauus mutationis locus b mollis ⁊ ♮ quadri.



D acutum ⁊ secundum.


¶ Octauus mutationis locus.

Locus b mollis ⁊ nature acute. Locus ♮ quadri ⁊ nature acute.




D acutum ⁊ secundum. D acutum ⁊ secundum.

¶ Nonus mutationis locus ♮ quadri ⁊ nature acute.



E acutum ⁊ secundum.


¶ Decimus mutationis locus nature ⁊ b mollis.



F acutum ⁊ secundum.


¶ Undecimus mutationis locus.

Locus nature acute ⁊ b mollis acute. Locus nature acute ⁊ ♮ quadri superacuti.



G superacutum ⁊ tertium. G superacutum ⁊ tertium.

¶ Undecimus mutationis locus.




G superacutum ⁊ tertium.

¶ Duodecimus

Duodecimus mutationis locus.

Locus nature acute & b mollis.




AA superacutum & tertium.

Locus nature & ♮ quadri superacuti.

AA superacutum & tertium.

Duodecimus mutationis locus b mollis & ♮ quadri superacuti.




AA superacutum & tertium.

Tertiusdecimus mutationis locus.



CC superacutum & tertium.

Quartusdecimus mutationis locus.



DD superacutum & tertium.

Notato ordine litterarum per lineas & spacia positarum ac vocum deductionibus. Ad dispositionem coniunctionum & consonantiarum veniamus.

SS

¶ De coniunctionibus vocum que sunt.

C Oniunctio in musica est dispositio siue ordinatio sonorum siue vocũ adinuicem in syllabis et dictionibus. ¶ Tonus igitur semitonium: ditonus et semiditonus cõiunctiões vocantur: que consonantiarũ membra proprie nuncupãtur. Unde Isidorus: Toni: semitoni: ditoni: semiditoni: sunt particule consonantiarum: per quas voces vocibus et cantibus cantus iunguntur. ¶ Tonus a tono nõ differt in aliquo: nec semitonium a semitonio: similiter autem ditonus a ditono nõ vllo modo discrepat: nec semiditonus a semiditono. Licet enim tonus: semitonium: ditonus: semiditonus pluribus in locis in manu reperiantur: idem tñ semper sunt qđ superius esse diffiniunt. ¶ Quisquis igitur bene naturaliter et perfecte cantare desideras: habeas coniunctiones per manus articulos determinatas. Insuper si menti memoriter insertas cum adiunctis consonãtijs tenueris: peritus cantor si adsit possibilitas vocis facile eẽ poteris: quoniam qđ ore decãtas tentabis auditu: et corde intelligere preualebis. Sed iam primo videamus quid sit tonus. ¶ De tono.

T Onus qui omnium prima et integra dicitur esse coniunctio: est duorum sonorum inequalium per spacium integrum immediate iunctorum acceptio. ¶ Dicitur autem tonus a tonando: idest perfecte et integre pronunciando: quia vtrũque sonum plene et integre pronunciare debemus. Et est tonus inter G. et A. et econuerso: et ab A. et B. et econuerso inter C. et D. et ecõuerso et a D. ad E. et econuerso: et ab F. et G. et econuerso in grauibus acutis et superacutis: vt hic patet exemplo.

Tonus. Tonus. Tonus. Tonus. Tonus.




A B C D D E F G G A.

¶ De semitonio.

S Emitonium minus est duorum sonorum inequalium per spacium imperfectũ et nõ integrum immediate iunctorum acceptio. Et dicitur semitonium a semi qđ est imperfectũ: vel incõpletum vel nõ integrnm: et tonus quasi imperfectus et non integer


tonus. Et ideo sicut tonus pfecte cõplete ⁊ integre pronunciat: ita semitoniu3 qd duaꝝ partiũ toni minoꝛ pars est impfecte incõplete ⁊ nõ integre pronunciari debet: qd manifeste intelligẽtium prolatione ⁊ in monachoꝛdo patet. Et est semitoniu3 inter B. ⁊ C. ⁊ econuerso E. ⁊ F. ⁊ ecõuerso A. ⁊ b rotundum: ⁊ econuerso in grauibus acutis ⁊ superacutis: vt hic patet exemplo.

Semitonium. Semitonium. Semitonium. Semitonium.




Ditonus est duoꝝ sonoꝝ seu vocum per duo spacia plena ĩtegra atq3 perfecta iunctoꝝ acceptio. Habet ergo ditonus duos tonos: voces tres ⁊ interualla duo: ⁊ q̃a ex tonis compositio debet esse perfecta plena ⁊ integra eius pronunciatio. Dicitur autem ditonus a dia quod est duo: ⁊ tonus: quia ex duobus iungitur tonis: vt hic patet exemplo.

¶ Ditonus. ¶ Ditonus. ¶ Ditonus.



Semiditonus est trium vocum seu sonoꝛu3 per spacium vnum: plenum integrum atq3 perfectum: ⁊ aliud non integrum atq3 imperfectum iunctoꝝ acceptio. Et dicitur semiditonus a semi quod est non plenum ⁊ non perfectum: ⁊ ditonus quasi imperfectus tonus cum perfecto ⁊ completo tono. Perfectam quippe habere non potest semiditonus pronunciationem sicut ditonus: quia ex maioꝛis semitonij deperditione ad perfecta spacia non attingit: idcirco toni perfectam ⁊ semitonij imperfectam habent pꝛolationem: vt hic sequitur.

¶ Semiditonus. ¶ Semiditonus. ¶ Semiditonus.



¶ De diatessaron. ¶ Prima consonantia.

Diatessaron cōsonātia fit ex quatuor sonis ꝯstituētibus duos tonos ꝛ vnū semitoniū minus. ¶ Dicta est enim a dia qđ est de: ꝛ tessaron quatuor: quasi ex quatuor vocib⁹ facta. Igitur qm̄ diatessaron ꝯsonātia quatuor retinet voces: tres tm̄ necesse est habeat differentes spēs. Omnis nāqȝ consonātia vnam semper minus habet speciem: q̄ȝ fuerint eius voces. ¶ Prima nāqȝ eius species formatur ex tono semitonio: ꝛ tono in eleuatione. Incipitur enim in. A. re. prima corda grecoꝝ: ꝛ ꝓcedit ad quartā lrāȝ. s. D. his syllabis. Re. mi. fa. sol. ꝛ vbicūqȝ reperiuntur similes voces: semper fit prima diatessaron species. ¶ Secunda species diatessaron eleuatur semitonio ꝛ duobus tonis incipiendo in. B. mi. hisqȝ quatuor syllabis procedit. Mi. fa. sol. la. ꝛ vbicūqȝ similis vocum cōmixtio reperitur: semper fit secunda species diatessaron. ¶ Tertia v̄o species diatessaron eleuatur duobus tonis ꝛ semitonio in formatione: incipiturqȝ in. C. fa. vt. ꝛ ꝓcedit per has voces. Ut. re. mi. fa. ac vbicunqȝ reperitur similis vocum aggregatio: semper fit tertia diatessaron species: vt hic patet inferius.

¶ Prima species diatessaron ¶ Secunda species diatessaron. ¶ Tertia species diatessaron.




A D B F C F.

¶ Diapente. ¶ Secunda consonantia.

Diapente est ꝯsonātia quinqȝ sonos: tres tonos: vnūqȝ semitonium minus continentibus facta. ¶ Dicta est enim a dia qđ est de: ꝛ penta quinqȝ quasi consonantia ex quinqȝ vocibus mixta. ¶ Fit equidem diapente ex diatessaron ꝛ tono supaddito: que cum quinqȝ tm̄ habeat voces: quatuor necesse est retineat species. ¶ Prima nāqȝ diapente species formatur ex prima specie diatessaron ex tono in acuto repente superaddito ꝓcedens his syllabis. re. mi. fa. sol. la. intensiue: ꝛ vbicūqȝ fuerit similium cōiunctio vocum: semper fit prima species diapente. ¶ Scđa species diapente formatur ex scđa


specie diatessaron: vt supra: ꝓcedit nāqʒ per has syllabas. mi. fa. sol. la. mi. ¶ Tertia diapente species formatur ex tritono ⁊ semitonio: hisqʒ procedit syllabis. fa. vt. re. mi. fa. ⁊ vbicūqʒ fuerit similium cōnexio vocū: semꝑ fit tertia spēs diapēte. ¶ Quarta vero spēs diapente formatur ex tertia specie diatessaron: ⁊ tono in acutiori parte superaddito procedens his syllabis. vt. re. mi. fa. sol. ⁊ vbicunqʒ fuerit similium sonorum cōmixtio fit semper quarta species diapente vt hoc monstratur exemplo.

¶ Prima species diapente. ¶ Scđa species diapente.



D A E B.

¶ Tertia species diapente. ¶ Quarta species diapente.



F C G D.

¶ De consonantia diapason.

Diapason consonantia fit ex octo sonis constituentibus quinqʒ tonos ⁊ duo semitonia minora. Dicitur enim a dia qđ est de: ⁊ pason omne: quasi consonātia cōsistens ex oibus sonis. Omnes quideʒ soni sunt septeʒ in tota musice disciplina: qbus cuʒ primo replicato hec ꝑfecta diapason simphonia perficit. ¶ Septeʒ sunt differētes diapason spēs: quaꝝ prima fit ab. A. graui ad. A. acutuʒ. Scđa a. B. graui ad B. acutū. Tertia a. C. graui ad. C. acutuʒ. Quarta a. D. graui ad. D. acutuʒ. Quinta ab. E. graui ad. E. acutū. Sexta ab. F. graui ad. F. acutum. Septima a. G. graui ad. G. acutum.

¶ De tropi seu toni descriptione.

Tropus tonus siue modus est q̄ʒplurium vocū ex diapēte ac diatessaron ordinatiōe speciei debite coniunctarum in acumine ⁊ grauitate distantium per ascensuʒ ⁊ descēsum cōgrua neumarū forma cōstitutaruʒ cōueniens constitutio. ¶ Et ideo greci (a qbus hec musica primitus est exorta) quatuor tropos. s. tropum: deuterū: tritum: ⁊ tetrarduʒ: sub quatuor


vocum cognitionē.f.re.mi.fa.sol.ac.d.e.f.g.primaꝝ lr̄aꝝ finaliū terminatiōe statuere notandos: vt ex huiusmodi finalium lr̄aruꝫ atqꝫ vocum effectus notitia in ipsoꝝ tropoꝝ pfectionis ⁊ nature notitiam veniremus. Prothus nāqꝫ tropus qui prim⁹ est in voce: re. ⁊. d. prima sibi coniuncta littera cum suo subiugali finitur. Deuterus qui secūdus est tropus in. mi. voce: ⁊. e. prima lr̄a cuꝫ suo subiugali finalem sedem acquirit. Tritus vō qui tertius tropus est eiusqꝫ subiugalis in voce. fa. atqꝫ. f. pria est terminatus. Sed tetrardus tropus quartus in voce. sol. G. que prima cum suo subiugali est conflatus. He quidem voces ⁊ littere graues sunt: ⁊ in eis tropoꝝ termini statuūtur: vt auctenticoꝝ perfectionibus atqꝫ plagalium eorūqꝫ formationib⁹ satisfiat. Sunt ergo octo tropi siue toni numero differentes: quorum quilibet suam formam ordinem atqꝫ modum habent: vt patebit exemplo.

¶ Quō predicti tropi modi seu toni ex supra noīatis specieb⁹: scilꝫ diatessaron: diapente: ac diapason cōstituant ac formentur.

Prothus tropus siue tonus qui in ordine primus est suaꝫ formā ⁊ esse a diapente ⁊ diatessaron recipit: qm̄ ex ipsorum primis speciebus formatur. s. re. la. prima diapente specie: ⁊ ex. re. sol. prima diatessaron ipsi prime diapēte supaddita speciei. Producunt enim diapason he coniuncte species que sunt. re. la. ⁊ re. sol. in. D. pri͂o termino inferiori fundate: ⁊ in. D. scd̄o termino superiori terminate. Forma igitur huius primi tropi seu toni auctentici constat ex prima diapente specie. re. la. ⁊ ex prima diatessaron superius adiuncta. re. sol. cuius forme demōstratio inferius patebit. ¶ Forma subiugalis prothi tropi siue toni est in. D. primo cum suo. re. prima diapente species incboata. s. re. la. ⁊ ab eiusdem prima diatessaron deorsuꝫ tendens species ordinata. s. sol. re. qui forma a sui auctentici specieruꝫ auctētice non deficit: q̄ꝛ in diatessaron positione ab auctentici forma distet: vtriusqꝫ tamen finis idem est. ¶ Forma igitur plagalis huius est ex diapente specie prima. re. la. ⁊ est diatessaron etiam prima diapente ipsi coniuncta inferius. sol. re. vt inferius patet exemplo.

¶ Demonstratio prothi perfecti.

¶ Demonstratio plagalis prothi perfecti.




Diapason ex diapẽte ⁊ diatessaron cõnexa superius.

Diapason ex diapẽte ⁊ diatessaron cõnexa inferius.


Deuterus tropus seu tonus qui auctẽticoꝝ secũdus: sed in tropoꝝ ordine tertius ẽ: ex diapẽte ac diatessaron recipit formã suã ⁊ eẽ. Ex scđa eniꝫ diapẽte specie in. E. pũo ⁊ voce sua. mi. inchoante: ⁊ in scđo. B. ⁊ sua voce. mi. terminãte: ac etiã ex scđa diatessaron specie in eodeꝫ. B. cuꝫ voce sua. mi. initiuꝫ habẽte: ⁊ ad. E. scđm ⁊ suã vocẽ. la. terminãte format. Pñtis igit tropi seu toni formatio ex. mi. mi. specie diapẽte scđa: ⁊ ex. mi. la. etiã diatessaron scđa ipsi diapẽte supaddita speciei cõficit: ex qb⁹ hic tropus reddit oĩno pfect⁹ vt inferius patebit. Forma subiugalis deuteri ab ipsius deuteri forma nisi in diatessaron positiõe nõ distat: qñ ex diapẽte ⁊ diatessaron specieb⁹ recipit suã formã: ⁊ vtriusqꝫ finis ideꝫ est. Igit hec forma in. E. primo suaqꝫ voce. mi. fundata ex scđa vt diximus specie cõponit diapẽte ad. B. scđm: eiusqꝫ. mi. voce supius ascẽdente ⁊ ab eodẽ. E. atqꝫ voce cuꝫ cõiuncta diapente ex scđa diatessaron specie descendente: que forma est ex. mi. diapente scđa: ⁊ ex. la. mi. diatessaron inferius secunda specie: vt patet.

Demonstratio deuteri perfecti.



Diapason ex diapente: ⁊ diatessaron coniuncta superius.

Demonstratio plagalis deuteri perfecti.




Diapasson ex diapente: ⁊ diatessaron coniuncta inferius.

Tritus tropus siue tonus qui auctenticorum tertius: sed in tropoꝝ ordine quintus est: ex diapente ⁊ diatessaron con/


sonantijs suaz formā acqrit ꝛ esse: nam forma hec in tertia diapē te tertiaqꝫ diatessaron specie iunctis conficitur: ex eius nāqꝫ fine atqꝫ fundamēto qđ. F. primuꝫ dicit tertia diapente species exor‑ ta. s. fa. fa. in scđa. C. terminata cuꝫ cōiuncta sibi specie tertia dia tessaron. s. vt fa. i. ad scđm. F. progressa finit: que ipsaꝫ diapason consonātiam perfecte cōstituunt. Recta igit forma triti ex fa. fa. tertia diapente: ꝛ vt. fa. tertia diatessaron est cōiuncta: vt pꝫ infe‑ rius. ¶ Forma subiugalis triti ex sui triti auctentici speciebus qm̄ ipsius nature est: acquirit esse ꝛ eius materie cum ipso dicitur esse forma. ¶ Uerum quia (vt de ceteris dictū est plagalibus) diatessaron consonātia pro hmōi forma infra diapente cōiungit: que pro auctentici forma supra diapente cōnectit: nō videt dista re a ceteris: ꝛ vtriusqꝫ idem est fundamentū ꝛ finis. ¶ Huius igit forma plagalis ꝛ supius specie diapēte tertia fit a fine fa. fa. ꝛ sub ipso coniuncta tertia diatessaron. fa. vt. vt patet hic inferius.

¶ Demonstratio Triti perfecti.



¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron coniuncta superius.

¶ Demonstratio plagalis Triti perfecti.



¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron coniuncta inferius.

Tetrardus tropus siue tonus auctenticoꝝ vltimus: qui in ordine tonoꝝ sepius ex diapente ac diatessaron tanq̄ꝫ ex causis efficientibus suam formā ꝛ esse accipit ꝛ acquirit. Omnes nāqꝫ tropos he cōsonantie suis speciebus efficiunt: vt clare constat ex supradictis. ¶ Hanc etenim tetrardi formam quarta species diapente producit: que in. G. primo fundata ad D. scđm cum. vt. sol. terminanda producitur. Et ab eodem. D. cum prima diatessaron. re. sol. ad. G. scđm vlterius procedendo finitur. Et ideo in eo. C. primo. vt. sol. quarta diapente fundata cum. re. sol. diatessaron prima coniuncta huius tetrardi tropi di‑

citur esse forma ⁊ pfectio: vt inferius ↄstat exemplo. ¶ Forma plagalis tetrardi qui in ordine omniū vltimus ⁊ octauꝰ est a forma ipsius auctētici tetrardi sumit: qui quarta diapente ⁊ a prima diatessaron spēbꝰ format. Sola qppe diatessaron spēi positio inter eos dr̄iaȝ facit: que in auctētico supra diapēte cōponit: sȝ in hoc plagali supponit vt in ceteris plagalibꝰ lex ipsa seruat. G. quoqȝ pmū vtriusqȝ fundamētuȝ ⁊ finis est. Istius igit plagalis forma ex diapēte specie quarta supra: ⁊ ex diatessaron prima cōponit infra. f. vt. sol. ⁊ sol. re. vt inferius patet exemplo.

¶ Demonstratio Tetrardi perfecti.



¶ Diapason ex diapente cui adiungitur superius diatessaron.

¶ Demonstratio plagalis Tetrardi perfecti.



¶ Diapason ex diapente cui infra adiungitur diatessaron.


Potest igit pfectus tonus seu tropus tali declaratiōe describi: Tropus seu tonus pfectꝰ auctēticus siue plagalis est: qui ex ordinatis ex diapēte ac diatessaron speciebus in acumine ⁊ grauitate cōiunctis debita neumaruȝ posita dispositiōe rite diapason retinet pfectā formā. Illa igitur ascensu cōtrario erit ipfectio tropi: que diapason pfectā formaȝ nō retinebit. ¶ Iperfectā diapason formā nō retinere: est a totali eius ascēsu deficere: ⁊ ideo ille tropus nuncupabit impfectus si auctēticus est: qui a fine suo in dicto diapason ascensu deficiet: vt si ad quintā sextā vel septimā tm̄ attingit a fine: ⁊ tanto magis est impfectꝰ q̄to magis a pfecta diapason distat. Plagalis autē iudicabit impfectus si a fine supra a diapente deficiat: vel infra si diatesseron nō descendat: ⁊ in ea est impfectus parte in qua deficiens inuenitur: ⁊ si in vtraqȝ deficiat: in vtraqȝ cōtinet imperfectionem: ⁊ dicitur in vtraqȝ imperfectus: vt patet exemplo.

¶ Demonstratio prothi imperfecti.




¶ Diapason ex tono deficiens superioris toni continet imperfectionem.

¶ Demonstratio plagalis prothi imperfecti.




¶ Diapason in vtroqꝫ termino tono deficiens: plagalem imperfectum reddit.

¶ Demonstratio deutri imperfecti.




¶ Diapason qui in tono superius deficit tropum imperfectum reddit.

¶ Demonstratio plagalis deutri imperfecti.



¶ Diapason a. B. primo ad secundum est in tono inferius deficiens.

¶ Demonstratio Triti imperfecti.




¶ Diapason in inferiori tono deficiens: tropi continet imperfectionem.

¶ Demonstratio plagalis Triti imperfecti.




¶ Diapason supra ꝛ infra deficiens tonis: tropo tribuit imperfectionem.

¶ Demonstratio Tetrardi imperfecti.



¶ Diapason cui tonus superius abest: ea in parte imperfectiorem facit tonum.

¶ Demonstratio plagalis Tetrardi imperfecti.




¶ Diapason supra ꝛ infra duobus deficiens tonis: tropum facit a perfectione distare.

Hos autem qui supra diapason aliquid vident addere: eo ꝙ perfectam seruant formam: ꝛ aliquid plus adijciunt: plus q̃ perfectos in auctenticis merito nominamus. Quos autem in plagalibus infra fines vbi eorum vltimus ex diapason perficitur terminus: tonum vel semitonium ꝛc. contingit deponere etiam dicimus plus q̃ perfectos.


¶ Supra igit̃ auctẽticus dicit̃ plus q̃ ꝑfectus: sed infra plagalis ꝛ nõ supra: q̃a in ea parte mixtus appellat̃: vt nunc dicetur.

¶ Demonstratio auctentici plus q̃ perfecti.



¶ Diapason in superiori termino adiuncta cum tono.


¶ Demonstratio plagalis auctentici plus ꝙ̄ perfecti.



¶ Diapason in inferiori termino adiuncta cum tono.


Qui autem auctentici infra tonum semitonum vel ditonum ꝛc. deponunt eo ꝙ cum suo plagali miscentur: appellantur mixti. Plagalibus vero quoꝝ ascensui vel diapente aliquid supponitur: eo ꝙ cum suo auctentico mixturam faciunt etiam mixtoꝝ nomina tribuimus. Inferius igitur est mixtus auctenticus: cuius nomen plagalis superius tenet: ad horum differentiam mixtorum: quorum species cū alioꝝ speciebus commisceri videntur: nempe appellantur commixti. Potest enim vniuscuiusq; tropi cum alterius cuiusq; specie vnaqueq; species commisceri: eoꝝ demonstrationes vt clare videantur que dicta sunt hic infraponemus: vt vniūs demōstratione singulorum notitia habeatur.

¶ Demonstratio auctentici mixti.



¶ Diapason in termino inferiori adiuncta ditono.

¶ Demonstratio plagalis mixti.



¶ Diapason in inferiori termino adiuncta semitono.

De cōmixtis autem speciebus in tropis hoc notandum accepimus: ꝙ tropi sic adinuicem sunt cōmixti: ꝙ vix vnus reperiri contingat: qui proprijs dūtaxat speciebus sit formatus. ¶ Ad cognoscenduꝫ cuius toni sint antiphone: que ascensum seu descensum sui tropi nō complent:

inspicere debes finem antiphone et principium de seculorum: et de hoc dantur hi versus.
Re.la.vult primus:re.fa.retinetqz secundus.
Per sextam mi.fa.terno:quarto dato mi.la.
Fa.fa.fert quintus:fa.la.prebet tibi sextus.
Ut.sol.septenus:vt.fa.captatqz supremus.

¶ De cantibus qui propter eorum ascensum non sunt auctentici: et propter eorum descensum non sunt plagales.

¶ Notandum est quod inueniuntur multi cantus:qui propter suas breuitates et compositiones non possunt iudicari auctentici nec plagales: quia non habent ascensum vt auctentici: nec descensum vt plagales: vnde huiusmodi cantus sunt iudicādi per eorum cordas tali modo: quod si habent plures notulas in numero supra ipsam cordam: quam sub eadem corda: tales cantus sunt auctentici. Si vero plures notule fuerint inferius: quam superius: erunt plagales. Aduertendum tamen est quod note: que situate sunt in corda: non debent computari in numero cum illis: que sunt superius vel inferius. ¶ Et nota quod corda primi et secundi toni: est in manu in digito auriculari. F. fa. vt. graui et in linea. Corda tertij et quarti toni est in G.sol.re.vt.graui et in spacio. Corda quinti et sexti toni est in A.la.mi.re. acuto et in linea. Corda septimi et octaui toni est in B.fa.♮.mi. acuto et in spacio.

¶ Explicit compendium musice.

¶ Sancta Brigida.

¶ Clericorum cantus non sit remissus:non fractus:non dissolutus:sed honestus:et grauis:et vniformis:et per omnia humilis. Psalmodia plus redoleat suauitatem mentis:humilitatemqz et deuotionem:quam aliquam ostentationem. Nam non vacat a culpa animus:quando cantantem plus delectat nota:quam res que canitur:omninoqz abhominabile est deo: quando vocis eleuatio plus fit propter audientes:quam propter deum.

¶ Hic modus cantandi reuelatus fuit a domino Jesu christo sancte Brigide vidue: vt habetur in suo volumine et in libro extrauaganti capi.iiij.

¶ Exorcismi contra demoniacos diuersorum sanctoꝝ approbati ⁊ magne efficacie incipiunt.

Quia etiam ad officium sacerdotũ spectat ⁊ pertinet vexatis a demonibus per sibi ab ecclesia traditam potestatem: quãtum in se est: per diuinã gratiam manus imponere: ⁊ demones taz christianos baptizatos: ꝙ cathecuminos vexantes: adiurare: exorcizare: ⁊ expellere de eoꝝ corporibus: subsequenter ponunt̃ in calce huius operis exorcismi sanctoꝝ: quos cũ puritate ꝯsciẽtie ⁊ magna humilitate legere debẽt: nihil sibi sed oia dei virtuti ⁊ ecclesiastice potestati attribuendo.

¶ Instructio Exorciste volentis expellere demones a maleficiatis vel demoniacis. Rubrica.

Nota ꝙ exorcista ordinatus volens expellere demones vel adiurare per potestatem sibi traditam: primo debet seipsum mundare per humilem ⁊ legitimã cõfessionez suoꝝ peccatoꝝ. Põt autẽ exorcizare quilibet sacerdos ⁊ maxime parrochialis: ⁊ qlibet diaconus si sibi fuerit cõmissum per epm vel presbyteruz. Hoc etiaz potest quilibet purus exorcista de cõmissione vt supra. Melius est autem exorcizare in ecclesia: ꝙ extra. Si sacerdos vel diaconus exorcizant: debent habere super albam vel super pelliceum stolam: si vero subdiaconus manipulum: si accolitus vel exorcista superpelliceum. i. cotam tantũ. Dum vero exorcismus legitur semper habeantur reliquie sanctoꝝ: ⁊ teneantur ante eos demoniaci vel maleficiati.

¶ Exorcizaturus igitur facta diligenti cõfessione ⁊ habita absolutione indutus sacris vestibus pro sui ordinis qualitate seipsum corde humilians: ⁊ peccatorem reputans: nec in suis: sed domini potentia confidens: deuote attente constanter fidenter ⁊ intrepide faciens sibi signum crucis in sua fronte ter: ⁊ dicens. In nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti. ℟. Amẽ. ponat manum suam super caput demoniaci: ⁊ eam continue tenẽs humiliter dicat non solum verbotenus ⁊ superficialiter: sed cuz bona fide sequentes exorcismos. Sed anteꝙ deueniatur ad exorcismum: pro informatione exorcizantis notanda sunt quedam preambula valde oportuna: que sunt sequentia: videlicet.

¶ De modo quem tenet diabolus ad intrandum in humana corpora. Cap. j.

Diabolus ingredit̃ in humana corpora propter desperationem: aut ꝓpter aliud peccatum: aut aliquando ꝑmittit̃ ad exercitationẽ. ¶ Primi duo modi sunt ad vindictaz domini dei: ſm sanctum Hieronymũ super Joelem: vt habetur xxiij. q. v. Non solum. ¶ Tertius modus est ad salutez anime: sicut legitur de aliquibus sanctis: qui fuerunt vexati a demonibus vsqz ad finem vite eoꝝ. Anteq̃ ergo diabolus humana corpora igrediat̃: quasi semꝑ: primo apparet eis in effigie alicuius hoīs: qui mala morte est defunctus: aut repñtat aliquẽ suum consanguineũ: aut apparet illi in effigie alicuius aīalis terribilis vel horribilis. Et sibi videt̃ q̄ subito disparet: sed ingredit̃ subito in eũ. Et hoc vt plurimuz accidit in nocte et in locis opacis et obscuris. Et in talibus oppressis apparent signa: que infra dicemus. Aliqui etiã intrant per os aut aures in modum venti: aut in moduz vnius muris: sicut narrauerunt talia patientes. Aliquibus etiam dormientibus

demones tale somnium induxerunt: q vz eis videbat q demon post eos currebat: qui euigilantes inuenti sunt cuz talibus signis demoniacoꝝ: vz q diabolus erat in eis vt postmodū clare apparuit. Aliquando etiam ingrediuntur percutiendo colluz aut alia membra ipsorum.

¶ De maleficijs. Capi. ij.

IN oibus autez maleficijs est pactū: aut manifestuz: aut secretū: qd hz diabolus cū malefico: s̄m q currit sigillum maleficij: qd quasi semp est res vana. Facto maleficio subito diabolus aut presentialr̄ aut potestatiue ingredit in illā personā: supra quā factum est dictū maleficium. Et hoc est ob aliquod occultū dei iudicium. Uerum si esset aliqua persona sancta ꝛ pura: sicut erat beata iustina: nihil possent demones contra ipsam. De his autē longius ꝛ diffusius tractat in summa siluestrina: ꝛ in summa hastesana: ꝛ libro magistri Joānis nider: qui dicit preceptorium diuine legis de decez p̄ceptis. His adiungo q illa ossa: ꝛ penne inserte vna in alia: ꝛ multa ꝛ quasi infinita talia: que in lectis inueniunt a demone deportata: sicut clare fuit deprehēsuz: sunt extrahenda: ꝛ igni comburenda: dum dicit psalmus. Exurgat deus. Nec sequenda est illa superstitio: quam vulgus ponit de mittendis talibus rebus inuentis ad fluuium currentez. Hoc anno fuit quedam iuuencula: contra quaz quotidie fiebant maleficia: que ea que inuenit in lecto igni cōbusit. Cui sequenti nocte diabolus apparuit: ꝛ ei querelatus est de tot orationibus: quas faciebat: ꝛ q cōbuserat ea q̄ inuenerat. Quā iniuriaz nemo ei alias fecerat. Cui iuuencula spiritu sancto repleta viriliter rn̄dit: ab eo petens ad quid venisset. Qui respōdit: q violenter illuc missus fuerat.

¶ De signis qbus cognoscit aliqs esse demoniacus. Cap. iij.

LEgitur q siquis non pōt cōtinuare esum carnis edine per dies. xxx. q talis iudicatur demoniacus. Aliqui demoniaci habent occulos terribiles: ꝛ demones mēbra eoꝝ ꝛ corpus destruunt miserabilr̄: ꝛ interficiūt: nisi cito eis subueniat. Aliqui fingunt se esse fatuos: ꝛ semp augent. Sed discooperiunt: ꝛ cognoscuntur: si nolunt dicere psalmū Miserere mei deus. fol. 51. vel Qui habitat. 62. aut Euāgeliū scti Joānis. In principio. 115. ꝛ similia sancta. Est etiā magnū signū qn̄ loquunt sermonē alienum a patria sua: si nō fuerūt extra patriaz: ꝛ qn̄ psone illitterate

ꝛ idiote

⁊ idiote loquūtur litteraliter ⁊ cōgruenter: aut etiaȝ cantant musicaliter: aut quādo dicunt aliqd: quod ipsi nunq̄ȝ dicere sciuissent. Aliqui etiaȝ demoniaci sunt muti ⁊ stupidi. Aliud quoqȝ signuȝ est ꝙ eis supueniunt terrores subiti: ⁊ cito recedunt. Potissimuȝ auteȝ cognoscit̄ qs esse demoniacus: si qn̄ legunt̄ exorcismi: conturbatur: ⁊ hoc signum est presentis diaboli: sicut infra dicemus.

¶ De signis qbus cognoscit̄ quis esse maleficiatus. Cap. iiij.

Aliqui maleficiati habēt colorē faciei cedrinū: ⁊ aliq oculos cōstrictos ⁊ oīa eoꝝ membra vident̄ ligata: ⁊ hn̄t humores desiccatos. Duo aūt potissima signa sunt ꝯstrictio cordis ⁊ oris stomachalis: ⁊ qn̄ videt̄ eis ꝙ habent vnū bolum sup stomachū. Aliqui habent puncturas in corde tanq̄ȝ si acubus esset punctū. Aliqui videt̄ cor eis corrodi. Aliqui habent magnuȝ dolorem in collo aut renibus: ⁊ videt̄ eis ꝙ talia membra a canibus lacerentur. Aliquibus videt̄ se habere bolum in gutture: qđ ascendit ⁊ descēdit. Quibusdaȝ ligata est vena generationis. Aliqui habēt stomachū ita indispositum: ꝙ emittunt per vomituȝ qcqd comedunt vel bibunt. Aliquibus per ventrē discurrit ventus frigidissimus: aut tanq̄ȝ flamma ignis. Aliquibus signum est in digestio cibi: ⁊ potissimū quādo medicine applicate nihil ꝓsunt infirmo. Aliqbus est circa colluȝ ꝯtinua pulsatio: que vr̄ tremorē inferre. Ultra hec signa: sunt ēt alia q̄ȝ plura: que practicando inuenies.

¶ Conditiōes exorciste ⁊ qualr̄ se preparare debet. Cap. v.

Demoniaci ⁊ maleficiati citius liberant̄ in ecclīa: q̄ȝ in priuatis domib⁹. Et prius debēt cōfiteri. Laudo ꝙ exorcista sit sacerdos: qui debet esse homo vite sancte: bene cōfessus ⁊ cōtritus: ⁊ super oīa humilis: opus hoc diuine oīpotētie attribuendo. Qui hortetur infirmū: vt omne adiutorium a diuina maiestate expectet: a se autē nihil: nisi modicū laboris: qui etiaȝ est ex grā domini dei. Non sit etiaȝ auarus: qa petēdo pecunias aut expectando perderet donū tante grē. Tamē si pauper est secure pōt recipere elemosynā sibi dataȝ. In illa die oīno celebret prius: qa diabolus plus timet manuum impositionem ⁊ presentiaȝ suam.

¶ De signis q̄ apparēt qn̄ sacerdos ꝯiurat maleficiatū. C. vj.

Exorcista auiset demoniacuȝ vel maleficiatum: ꝙ recoligat menteȝ suam: ⁊ eam ad deū dirigat cum firma fide ⁊ spe li-

berationis sue a diuia maiestate: si expediet saluti aīe sue. Et habeat crucifixū in manib⁹ suis: ⁊ ponat reliq̄as sctōꝝ ligatas in pāno serico sup cor eius: aut sup stomachū: ⁊ ipse faciat signuȝ cum manu quotienscūqȝ senserit in aliqua sui corporis pte cōmoueri aut pungi. Et hoc vt sacerdos nō cōturbetur: sed vt sciat ad que verba magis diaboli cōturbent̄. Et finita illa coniuratione petat euȝ sacerdos de accidentib⁹ que sibi cōtigerūt. Hec signa solent accidere qñ sacerdos ponit manū sup caput: q̄a sentiūt sub manu rem frigidissimā tanq̄ꝫ glatiem. Aliquibus descendit ventus per humeros ⁊ renes: qui est frigidissimus. Aliquibus caput in imensum aggrauat̄. Aliq̄bus cerebrū cōstringit̄: ⁊ pforat̄: sicut si gladio percuteret̄. Aliq̄bus inflāmat̄ caput ⁊ facies: ⁊ aliquādo tota persona: ac si esset vapor ignis. Aliq̄bus febris imensa cum dolore capitis euenit: ⁊ totuȝ corpus extenuat̄ ⁊ frangitur. Sed oīa ista accidentia parū durant: q̄a cōiuratio tollit demonis vigorem. Aliq̄bus constringit̄ guttur adeo ꝙ vident̄ strāgulari. Aliq̄bus ad orificiuȝ stomachi mouet̄ quedā res ad modum pile: ac si essent vermes: aut formice: aut rane. Quibusdaȝ accidit vomit⁹ magnus stomachi. Aliq̄bus maxia tortura in viscerib⁹. Nōnullis venter vehemēter inflat̄. Quibusdaȝ cōstringit̄ cor: ac si intollerabil'r feriret̄. Ostendit̄ ēt demon in aliq̄ pte corpis palpitando sicut piscis: aut in modū formicaꝝ. Aliq̄ñ ptrāsit a capite vsqȝ ad digitos pedū sicut ventus ⁊ ecōtra. Vltra ista signa q̄ꝫ plura alia practicando videbis: quia diuersi demones faciūt diuersa signa.

¶ De mō quē tenet diabolus ad egrediēdū de corpib⁹. C. vij.

Si fuerint diaboli: qui loquūtur: cōiura eos: ꝙ dimittāt corpus illud liberū ⁊ expeditū sicut erat qñ fuit baptizatū. Et fac eū dare signū discessus: p extinctionē candele. Si vō sint diaboli: qui non loquant̄: sicut inuenit̄ in maleficiatis: exeunt aliq̄ñ p os in modū flāme ignis: aliq̄ñ in modū venti ꝯgelati. Et in exitu videbis inflari guttur. Egrediunt̄ ēt per aures: sili mō discedentes a stomacho seu a corde. Aliq̄ exeūt p secessuȝ in similitudinē pile: que semp girat̄ donec exeat. Aliq̄ in silitudinē rane: q̄ serpit donec fuerit egressa. Aliqui in similitudinem venti frigidissimi.

¶ De maliciis ⁊ deceptionibus quibus vtuntur demones exorcistam decipere. Capi. viij.

Aliqui demones tantũ odio habẽt verba sancta: ꝙ anteq̃ꝫ coniurentur discedunt. Aliȷ̃ expectant coniurationem: sed postea nõ possunt eaꝫ sustinere. Aliqui autẽ sunt adeo maligni: ꝙ faciunt fatigari exorcistam per magnuꝫ temporis spacium: vt appareat infirmo: ꝙ nõ sit demoniacus: ⁊ vt faciãt fatigari ⁊ pati exorcistam. Aliqui posteaq̃ꝫ sunt manifestati abscondunt se: ⁊ reliquũt corpus liberũ ab oĩ fastidio: taliter ꝙ infirmus putat se esse oĩno liberatum: sed nõ debet cessare exorcista donec viderit signa liberationis. Aliqui demones ponũt oĩa impedimẽta: que possunt: infirmo: vt nõ se faciat cõiurare. Quidam conant̃ ꝑsuadere ꝙ sunt infirmitates naturales: ⁊ ꝙ ista res est vna trupha. Aliqui in medio cõiurationis faciunt dormire infirmum: ⁊ ostendunt ei aliquam visionem crucifixi vel alioꝝ sanctoꝝ: subtrahendo se: vt stent secreti: ⁊ ostẽdunt infirmũ liberatũ. Aliqui ostẽdũt maleficiuꝫ factũ sup ipsuꝫ: ⁊ auctores maleficiȷ̃: ⁊ modũ ad illud discipandum. Sed sit cautus exorcista ne faciat aliquã superstitioneꝫ. Non mireris si diabolus in susceptiõe sacrĩ eucharistie ꝑ demoniacũ non cõturbet̃: qa postq̃ꝫ intrauit: paulatim despicit: ⁊ nõ timet sancta: imo loquit̃ mysteria fidei sancte: ⁊ cõfitet̃ diuinam maiestatẽ. Et supponit ꝑsonã vexatã: ⁊ ei loquit̃ in corde: ⁊ facit eam perturbari pro re minima. Maius tibi dico: ꝙ aliqui demones post longam vexationẽ factam alicui ꝑsone: si non expelluntur: loquũtur per os eius quasi semꝑ: ⁊ cessant ei nocere. Postea tandem deprehenduntur. ¶ De modo quem tenere debet exorcista in coniurando aliquam personam. Cap. ix.

Celebrata missa: si persona demoniaca vel maleficiata est sana: ducatur ad ecclesiam: quia ibi facilius obtinebitur victoria: ⁊ si fuerit infirma vel multum debilis coniuretur in domo: hoc modo. Habeat exorcista superpelliceuꝫ ⁊ stollam: ⁊ ponat partem stolle collo maleficiati: ⁊ reliquias sanctoꝝ sup cor eius: aut super orificium stomachi: ⁊ postea incipiat exorcismum. Et quãdo peruenerit ad cõminationem: replicet ipsaꝫ vsqꝫ decies: semper penam augendo. Et si videt ꝓfectum in ipsa: continuet vsqꝫ ad liberationẽ. Et si magis timeret exorcismũ: lege illum: qa vnus demon plus timet vnam rem q̃ꝫ aliã. Et nõ deficias a fide: sed oportet ꝑseuerare duabus tribus quatuor aut sex horis

continue: ꝛ plus donec habeas victoriam. Et demones obstinati semp̄ querūt defatigare exorcistā: vt desinat pro labore ꝛ lassitudine exorcizare. Et plus timent in prima q̄ȝ in secūda vice: qa reputant se fuisse consecutos victoriam: qñ dimittit ꝓpter lassitudinē exorcizare. Et si in prima die nō fuerit liberatus ꝓsequat̄ secūdo ꝛ tertio: quousqȝ liberetur ex toto. Qui videbis quotidie demones magis debilitari. Sint etiaȝ presentes fideles: qui etiā orent deum pro infirmo. Solet etiam exorcista facere preceptū demonibus aliis: qui venissent ad succurrendum demoni vexāti in hunc modum. Precipio vobis demones: qui venistis in succursum ꝛ adiutorium istius: vel istoꝝ demonuȝ: hanc dei creaturam. N. vexantis: vel vexantium: ex parte sanctissime trinitatis: Patris ✠ filii ✠ ꝛ spūs ✠ sci: ꝛ sub pena excōicationis maioris ꝛ minoris late sentētie: ꝛ sub pena detrusionis in ifernū: ꝛ sub pena imersionis in stagnum ignis ꝛ sulphuris per manus inimicorum vestrorum: ꝛ sub pena tradendi vos in potestateȝ inimicorum vestroꝝ: ac condemnandi vos in stagnuȝ ignis ꝛ sulphuris per centum annos: quatenus nullum adiutoriū vel fauorē detis illis demonibꝰ: qui vexant corpus istius creature dei. N. sed discedatis statim ꝛ eatis ad loca vobis deputata. Ecce ✠ cruceȝ dñi fugite partes aduerse: vicit leo de tribu iuda radix Dauid.

¶ Incipit exorcismus beati Ambrosii archiepi mirabilis efficacie sup demoniacos: cuius practica ꝓprie spectat ad sacerdotes. Tu igit̄ quicūqȝ fueris nulla leuitate ductus: sȝ sola necessitatis vel charitatis causa hanc rem disponas assumere arduaȝ: ꝛ opȝ ꝙ premisso trium dieꝝ ieiunio: tertio mane diligēter cū cōtritiōe cōfessus missam de spū scō deuotissime celebres: faciēdo in ipsa missa cōmemorationē de infrascriptis orationibus. Oratio.

DEus qui per vnigenitum tuū exclusa dñatione diaboli ppl'm tibi fidelem aptasti: expelle q̄s a famuloᵃ tuoᵃ. N. cūctas diabolice illusionis insidias: ꝛ eūm illibatūȝ ab oī eius impugnatione ꝯserua. Per eundeȝ dominū nostrum. Sec.

MUnus domie humilitatis nostre pro petitione famuli tui. N. oblatū: petimus: vt gratāter assumas: ꝛ ab eius oppressione bo-

stis maligni insidias omnemq; potestatem benignus excludas. Per dominum nostrum iesum christum. Postcommunio.

Celestis panis quez sumpsimus domine et nobis indulgentiaz tribuat: et famulum tuum. N. ab antiqui hostis irrisione defendat. Per dñm. Completa missa sacerdos nõ exuat se: sed sit paratus missalibus indumentis: candelam benedictaz accensam in manu tenens stet in medio ante altare: facie versa ad populum: habens obsessum ante pedes ligatum si necesse fuerit: et humili corde: deuotoq; aspectu se et astantes muniat signo crucis alta voce dicendo. In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et spiritus ✠ scti. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs dñe verbũ dei patris chr̃e iesu deus et dñe vniuerse creature: qui sanctis apl'is tuis dedisti potestatẽ calcandi sup serpẽtes et scorpiones: qui inter cetera mirabiliũ tuorum opera dignatus es dicere demones effugate: cuius virtute victus tanq̃ fulgur de celo sathanas cecidit: tuum nomen cum pauore et tremore supplex deprecor: vt mihi idignissimo data venia peccatorum confidentiam et possibilitatẽ donare digneris: vt hunc crudelem draconẽ brachij tui munitus potẽtia fidel'r et securus aggrediar. Qui viuis et regnas cũ eodez patre in vnitate etc. Hac oratione completa aspergat egrotum aqua benedicta in modũ crucis dicendo. In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et spũs ✠ scti. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs eterne deus a cuius facie celi distillant: montes sicut cera liquescunt: terra tremit: cui patent abyssi: quẽ infernus pauescit: quem omnis terrarũ motus aspicit humiliter te supplex deprecor dominator dñe: vt iuocatiõe nois tui ab huius famuli tui. N. vexatione anima liberata ad auctorez sue salutis recurrat: liberatorẽq; suũ diabolico depulso fetore: et odore suauissimo spiritus sancti percepto: sequat dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater oipotens eterne deus virtutẽ tuam totis exoro gemitibus pro huius famuli tui. N. a diabolo oppressa infantia: qui etiã indignis inter pressuras presidium

donas: exurge pro huius isantia bellata: et noli diu retinere vindictã: q nec ante cõspectũ parẽtis pmisisti filiũ iudicari: auxiliare q̃s inimici furore vexatoꝝ: nec sine grã facias eius aiaʒ a diabolo possideri: sʒ potius a maligni oppressionibꝰ liberata tibi referat gratias sempiternas. Per eũ qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Oremus. Oratio.

Deus angeloꝝ: deus archangeloꝝ: deus ꝓphetarũ: deus apostoloꝝ: deus martyrũ: deus virginuʒ: deus pater dñi nostri iesu christi inuoco nomẽ tuũ ac preclare maiestatis tue clementiaʒ supplex exposco: vt mihi auxiliuʒ prestare digneris aduersus hunc nequissimũ spũm. Per eundem. Exorcizatio.

Exorcizo te omnis imundissime spiritus: omnis icursio aduersarij: omnis ira: omne fantasma: ois legio: In fronte. In nomine domini nostri iesu ✠ christi eradicare: et explantare: et effugare ab hoc plasma dei: ipse tibi imperat diabole: qui ventis et mari imperauit et tempestatibus. Ipse tibi imperat: qui te de supernis celorum in inferiora terre demergi precepit. Hic petit sacerdos nomen spiritus: et precepit ei hoc modo dicens.

Precipio tibi quicũq̃ʒ es spiritus immunde in hoc corpore per merita gloriose passionis resurrectionis et ascensionis domini nostri iesu christi: per missionem spiritus sancti et per aduentum eius: vt ostendas et dicas mihi nomen tuum: diem et horam exitus tui cum signo extinctionis luminis. Iterum ꝓcipio tibi per merita gloriose virginis marie matris dei: scti zenonis: sancti ambrosij: et sancti geminiani: sancti petri martyris: et sancte catherine de senis: et oiuʒ sctõꝝ et sanctaꝝ dei: vt ostẽdas et dicas mihi nomen tuum: et diem et horam exitus tui: cũ signo extinctionis luminis. Iterum precipio tibi sub pena excõmunicationis maioris et minoris: et auctoritate beatorum aplõꝝ petri et pauli: et alioꝝ successoꝝ ipsius beatissimi petri apostoli: vt ostendas et dicas mihi nomen tuum: et diem et horam exitus tui: cũ signo extinctionis luminis. Et si rñderit ꝙ plures sint: tunc in plurali prosequere coniurationẽ et preceptũ supradictũ. Si vero non rñderit vel responderit se esse solum: tunc sequere in singulari vt prius.

Audi ergo maledicte sathana: audi et time victus et prostratus abscede. ✠ In nomie domini nostri iesu ✠ christi. Tũ

ergo nequissime sathanas inimicus fidei: aduersarius generis humani: mortis adductor: vite raptor: iustitie declinator: maloꝝ radix: fomes vitioꝝ: seductor hominum: proditor gentiuȝ: incitator inuidie: origo auaritie: causa discordie: excitator doloꝝ: demonuȝ magister: quid stas ⁊ resistis: cum scias eum tuas perdere vires? Illum metue: qui in isaac imolatus est: in ioseph venũdatus: in agno occisus: in homine crucifixus: deinde inferni triumphator extitit gloriosus. Recede In fronte In noĩe pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spũs ✠ sancti: ⁊ da locũ spiritui sctõ: ⁊ per hoc signũ cru ✠ cis dñi nostri iesu ✠ christi. Qui cum eodem patre in vnitate eiusdeȝ spiritus sancti viuit ⁊ regnat deus: per oĩa secula seculoꝝ. Amẽ.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus conditor ⁊ defensor humani generis: qui hominem ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ tuã formasti: respice sup hunc famulum tuum. N. qui dolis inuidi serpẽtis appetit: quẽ vetus aduersari⁹ hostis antiquus tetre formidinis horrore circũuolat: ⁊ sensum mentis humane stupore defigit: terrore cõturbat: ⁊ metu trepidi timoris exagitat. Repelle dñe virtutes diaboli: fallacesqȝ eius insidias amoue: procul impius tentator aufugiat. Sit nominis tui si ✠ gno In fronte famulus tuus ⁊ anima tutus ⁊ corpore. In pectore. Tu pe ✠ ctoris huius interna custodias. Tu vi ✠ scera regas. Tu cor ✠ confirmes. In anima aduersatricis potestatis tentamẽta euanescant. Da ad hãc inuocationeȝ nominis tui gloriam: vt qui hucusqȝ terrebat territus aufugiat: ⁊ victus abscedat: tibiqȝ possit hic famulus tuus. N. ⁊ corde firmatus ⁊ mente sincerus debitũ prebere famulatũ. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdeȝ spũs sancti deus: per oĩa secula seculoꝝ. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: osanna in excelsis: pater domini nostri iesu christi: qui illum refugaȝ tyrãnum gehẽne ignibus deputasti: quiqȝ vnigenitũ tuũ in hunc munduȝ misisti: vt illuȝ rugientẽ cõtereret: velociter attẽde: accelera vt eruas hominẽ ad imaginem ⁊ similitudinẽ tuam creatum a ruina ⁊ demonio meridiano. Da domine terrorẽ sup bestiam: que exterminat vineaȝ tuam: da fiduciam dñe seruis tuis contra

nequissimuz draconem fortissime stare. Non cõtemnat domine sperantes in te: ⁊ de tua misericordia presumẽtes: nec dicat sicut in pharaone iam dixit: deum non noui: ⁊ israel non dimittam. Urgeat illũ dñe dextera tua potens discedere a famulo[a] tuo[a]. N. ne diutius presumat captiuum tenere hominem: quẽ tu ad imaginem tuam facere dignatus es. Per eundem dominuz nostruz iesum christum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat. Hic interroga de nomine vt supra: ⁊ precipe. Si vero nõ dicat nomen demonis vel demoniorum: qui opprimunt corpus obsessi dic in aure obsessi ter hunc versuz. Deum qui te genuit dereliquisti ⁊ oblitus es domini creatoris tui. Tunc siue respõderit siue nõ fideliter ⁊ sine intermissione prosequere coniurationem. Coniuratio.

Adiuro te serpens antique: per iudicem viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ per factorẽ mundi: per eum qui habet potestatẽ mittere te in gehennaz: vt ab ho[a]c famulo[e] dei. N. qui[e] ad ecclesie sue currit presidia festinus discedas. Adiuro te non per meã infirmitatez: sed ꝑ virtutẽ spũs sancti: vt exeas ab ho[a]c famulo[a] dei. N. quẽ[a]m dñs iesus chɼs fecit ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ suaz. Cede: cede: non mihi sed ministro christi. Illius enim te vrgeat potestas: qui te affixus In fronte cru ✠ ci suo subiugauit imperio. Illius bra ✠ chiuz cõtremisce: qui de cunctis gemitibus inferni animas iustoꝝ ad lucẽ perduxit. Sitq꞉ tibi terror corpus hominis: sitq꞉ tibi terror imago dei: nec resistas nec moreris discedere ab homine isto[a]: quia complacuit deo vt in homine habitaret. Et ne me infirmissimũ cõtemnendum putes: dum me peccatorez esse cognoscis. ✠ Imperat tibi deus. ✠ Imperat tibi maiestas chr̃i. ✠ Imperat tibi de⁹ pater. ✠ Imperat tibi filius. ✠ Imperat tibi spiritus sanctus. ✠ Imperat tibi fides apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli ⁊ ceteroꝝ apostoloꝝ. ✠ Imperat tibi sanguis martyrũ. ✠ Imperat tibi sacramẽtuz In fronte crucis. ✠ Imperat tibi mysteriorum virtus. ✠ Imperat tibi iesus nazarenus. ✠ Imperat tibi verbum caro factum. ✠ Exi transgressor: exi seductor plene omni dolo ⁊ fallacia: veritatis inimice. Da locuz durissime: da locum impijssime: da locum christo: in quo nihil inuenisti de operibus tuis nefandis: qui te expoliauit: qui regnũ tuũ destruxit: qui te victum ligauit: ⁊ vasa tua diripuit: qui te proiecit

in tenebras exteriores: vbi tibi cuȝ ministris tuis erit preparatus interitus. Sed qd truculente recogitas? qd temerarie retractas: reus oipotenti deo cuius statuta transgressus es: reus iesu chro filio eius queȝ temerarie ausus es tentare: ⁊ crucifigere presumpsisti: reus humano generi: cui tuis persuasionibꝰ mortis fructū propinasti. Adiuro te itaqȝ draco nequissime in noie agni imaculati: qui ambulat super aspidem ⁊ basiliscum: qui cōculcat leonē ⁊ draconem: vt discedas ab hoie isto: discedas ab eccl'ia dei. Cōtremisce ⁊ fuge inuocato noie illius: queȝ inferni tremunt: cui virtutes celoꝝ ⁊ potestates subiecte sunt: queȝ cherubin ⁊ seraphin indefessis vocibꝰ laudant dicētes. Sanctus. Sanctus. Sctūs dñs deus sabaoth. Imperat tibi iesus nazarenus qui te (cuȝ discipulos eius cōtemneres) elisum ⁊ ꝓstratū exire iussit ex homine. Quo pñte cuȝ te ab hoie separasset nec porcoꝝ gregem presumebas cōtingere. Recede ergo nunc adiuratus in noie ✠ eius In fronte ab homine isto: quem ipse plasmauit. Durum est tibi christo velle resistere: durū est tibi cōtra stimuluȝ calcitrare: quia quāto tardius exis tanto minus tibi supplicium crescit: qa nō hominē contēnis: ſȝ illuȝ qui est dñator viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculū per ignē. ℟. Amē.

¶ Si adhuc non recesserit spiritus malignus: aut superius nō responderit: precipe vt supra. Item interroga qua causa venit: ⁊ quare opprimit eum. Interroga etiaȝ si sint alij spūs opprimētes: ⁊ quot: ⁊ oēs eijciantur. Esto prudens ⁊ circūspectus in interrogationibus ne decipiaris. Magis stude cum humilitate mentis: que ad talia est necessaria: liberare creaturaȝ dei: q̄ȝ loqui cū demonibus vel cum aliquo eoꝝ: sicut fecerunt sancti. Demū factis interrogationibus: si non recesserit: siue rñderit: siue nō: ꝓsequere confidenter coniurationem sequentem. Coniuratio.

Adiuro te omnis immundissime spiritus: omne fantasma: omnis incursio sathane: in nomine Je ✠ su christi nazareni: qui post lauacrum iordanis in desertum ductus est: ⁊ te in tuis sedibus vicit: vt quem ille de limo terre ad honorem glorie sue formauit: tu desinas impugnare: ⁊ in homine miserabili non humanam fragilitatem: sed imaginem omnipotentis dei cōtremiscas. Cede ✠ ergo deo qui te humiliato famulo suo Jobi ser-

uitutem redegit. Cede ✠ deo: qui te per danielem puerū suum perdidit: ⁊ draconem prostrauit. Cede ✠ deo: qui te per fidelissimū seruū suum dauid: de rege saule spūalibus canticis pulsū fugauit. Cede ✠ deo: qui te per malitiā tuā in pharaone ⁊ eius exercitu: per moysem seruū suum in abyssum demersit. Cede ✠ deo: qui te in iuda scarioth proditore dānauit. Ille enī te diuinis angit verberibus: in cuius conspectu cū tuis legionibus tremēs ⁊ clamās dixisti. Quid nobis ⁊ tibi iesu filij dei? Venisti ante tempus torquere nos. Ille te flāmis perpetuis vrget: qui in finem tempoꝝ dicturus est impijs. Ite maledicti in ignē eternū: quem preparauit pater meus diabolo ⁊ angelis eius. Tibi enī impie ⁊ angelis tuis vermes erunt: qui nunquā morientur. Tibi ⁊ angelis tuis inextinguibile preparatur incendium: quia tu es princeps maledicti homicidij. Tu auctor incestus: tu sacrilegoꝝ caput: tu artium pessimarū magister: tu hereticoꝝ doctor: tu totius obscenitatis inuentor. Exi ✠ ergo impie. Exi ✠ scelerate. Exi ✠ cum omni fallacia tua: qꝛ In fronte ✠ hoīem templū suum voluit esse deus. Sed qd diutius moraris hic? Da honorē deo ✠ patri oīpotēti: cui oē genu flectit. Da locum dn̄o iesu ✠ chro: qui pro hoīe sanguinē suum sacratissimū fudit. Da locū spūi ✠ sancto: qui p beatū aplm suū petrū manifeste te strauit in simone mago: qui fallaciam tuā in ananiā ⁊ saphirā cōdemnauit: qui te in herode rege honorē non deo dante percussit: qui te in elyma mago per aplm suū paulum cecitatis caligine perdidit: ⁊ p eundem de phytonissa verbo imperans exire pcepit. Discede ergo nunc ✠ discede seductor. ✠ Tibi heremus sedes est: tibi habitatio serpens est: humiliare ⁊ psternere. Iam nō est differēdi tps. Ecce enim dn̄ator dn̄s proximat cito: ⁊ ignis ardebit ante ipsū: ⁊ precedet: ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos suos. Si enī hoīes fallis: deum non poteris irridere. Ille te eijcit: cuius oculis nihil occultū est. Ille te expellit: cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit: qui tibi ⁊ angelis tuis preparauit eternam gehēnam: de cuius ore exiet gladius bis acutus. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen. Si adhuc hijs dictis fatigatur oppressus: tunc sequere: ⁊ dic ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Domi-

nus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus pater dñi nostri iesu christi: te suppliciter deprecamur: vt imperes diabolo: qui hunc famulum tuum. N. detinet: vt ab eo discedat: et libera eum: q credit in verũ liberatorẽ dñm nr̃m iesuz chr̃m: vt purgatus ab omni labe iniquitatis maiestati tue pura mente deseruiat. Per eũdez dñm nostruz. Hijs expletis: si spiritus imundus non recesserit: reincipiendum est ab illo loco supra: in hoc exorcismo: vbi sic habet. Oĩpotẽs sempiterne deus a cuius facie etc. fol. 331. et ordine p̃dicto ꝓsequẽduz est vsq3 in finem. Nec ꝓpter hoc exorcista diffidat: qa sepe ꝓbatũ est: ꝙ multiplicatis in duobus vel tribus diebus adepta est victoria: quã in vna vice tñ nõ potuit adipisci.

¶ Explicit notabilis et efficax exorcismus contra demoniacos beati Ambrosij archiepiscopi.

¶ Incipit alius exorcismus optimus et probatus ℣.

Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Sit nomen domini benedictuz. ℟. Ex hoc nunc et vsq3 in seculum seculi. ℣. Ecce crucem domini ✝ fugite ptes aduerse. ℟. Uicit leo de tribu iuda. ℣. Deum qui te genuit dereliquisti. ℟. Et oblitus es domine creatoris tui. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. folio. 194. Psalmus.

IN domino cõfido quomodo dicitis anime mee: trãsmigra in montem sicut passer. Quoniam ecce peccatores intẽderunt arcuz: parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Quoniã quem perfecisti destruxerũt: iustus autez quid fecit? Dominus in templo sancto suo: dñs in celo sedes eius. Oculi eius in pauperez respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustuz et impium: qui aũt diligit iniquitatẽ odit animã suam. Pluet sup peccatores laqueos: ignis sulphur et spũs ꝓcellaꝝ pars calicis eoꝝ. Quoniam iustus dñs et iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. ps. Deus in adiutorium meum. folio. 212. Psalmus.

IUdica domine nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma et scutuz: et exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameā: ꝛ cōclude aduersus eos qui persequūtur me: dic anime mee salus tua ego sum. Confundant ꝛ reuereantur: querentes animā meā. Auertantur retrorsum: ꝛ cōfundant cogitantes mihi mala. Fiant tanq̄ȝ puluis ante faciem vēti: ꝛ angelus dñi coartans eos. Fiant vie illoꝝ tenebre ꝛ lubricū: ꝛ angelus dñi persequens eos. Qm̄ gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animā meā. Ueniat illis laqueus queȝ ignorāt: ꝛ captio quā absconderūt apprehendat eos: ꝛ in laqueū cadant in ipsuȝ. Anima aūt mea exultabit in dño: ꝛ delectabit̄ sup̄ salutari suo. Omnia ossa mea dicent: dñe quis similis tui. Eripiens inopem de manu fortioꝝ eius: egenum ꝛ pauperē a diripientibus euȝ. Surgentes testes iniq: que ignorabam interrogabāt me. Retribuebāt mihi mala pro bonis: sterilitatē anime mee. Ego aūt cum mihi molesti essent: induebar cilitio. Humiliabā in ieiunio animā meā: ꝛ oratio mea in sinu meo cōuertetur. Quasi proximū ꝛ quasi fratrē nostrum sic cōplacebam: quasi lugens ꝛ contristatus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt ꝛ cōuenerunt: cōgregata sunt super me flagella ꝛ ignoraui. Dissipati sunt nec cōpuncti: tentauerūt me: subsanauerunt me subsanatione: frenduerūt super me dentibus suis. Domine qñ respicies: restitue animā meam a malignitate eoꝝ: a leonibus vnicaȝ meā. Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis: ꝛ annuunt oculis. Quoniaȝ mihi quidem pacifice loquebant̄: ꝛ in iracundia terre loquētes dolos cogitabāt. Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri. Uidisti dñe ne sileas: dñe ne discedas a me. Exurge ꝛ intēde iudicio meo: deus meꝰ ꝛ dñs meus in cām meā. Iudica me ꝓm iustitiaȝ tuā dñe deꝰ meꝰ: ꝛ non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis: euge euge aie nostre: nec dicant deuorabimus eū. Erubescāt ꝛ reuereant̄ simul: qui gratulant̄ malis meis. Induant̄ cōfusione ꝛ reuerentia: qui maligna loquuntur sup̄ me. Exultent ꝛ letent̄ qui volunt iustitiaȝ meā: ꝛ dicant semper magnificet̄ dñs qui volunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabit̄ iustitiam tuaȝ: tota die laudem tuam. Kyriel'. Christeleison. Kyriel'. Pater noster.

℣. Saluũ fac seruũ tuũ. ℟. Deus meus sperantez in te. ℣. Nihil ꝓficiet inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de scto. ℟. Et de syon tuere eũ. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil ꝓficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus. Oratio.

Dominus noster iesus chrs dei ꝛ virginis filius qui in hũc mundũ apparuit: vt opa diaboli dissolueret ꝛ dissiparet: ꝛ discipulis suis quos mittebat in vniuersuz mundũ ad pdicãduz euãgeliuz omni creature: potestatẽ dedit super oia demonia: ꝛ vt languores curarent per inuocationẽ sui sanctissimi nois: ꝛ p impositionẽ manuũ nostraꝝ: ipse per suam misericordiã ꝛ pietatez: ꝛ per merita ꝛ pces beatissime virginis marie matris sue: ꝛ oium sanctoꝝ ꝛ sanctaꝝ dei: dignetur dissoluere a te omne opus diaboli: vt decetero non dominet tibi inimicus: neqz maledictus sathanas creatura damnata ꝛ reprobata ꝛ maledicta a deo in eternuz propter suam nequitiaz audeat vexare corpus tuum aut animã tuam: non perturbare sensus tuos interiores vel exteriores: nec illudere tibi aliqua illusione vel persecutione fantastica: sed plene liberatus a potestate sathane cum bono sensu ꝛ sapientia: cũ sanitate mentis ꝛ corporis: scias te ipsuz gubernare irreprehensibiliter per bona opera: in laudem ꝛ gloriam sanctissimi nominis domini nostri iesu christi: ꝛ beatissime virginis marie matris eius: ꝛ saluationem anime tue: ꝛ consolationẽ tui ꝛ tuoꝝ. In nomine pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti. ℟. Amẽ. Initium sancti euangelij sm Joannẽ. In principio erat verbũ. fol. 115.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth: ad virginez desponsatã viro: cui nomẽ erat Joseph de domo dauid: ꝛ nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena: dominus tecum. Benedicta tu in melieribus. Que cum audisset: turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio: ꝛ ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deuz. Ecce concipies in vtero: ꝛ paries filium: ꝛ vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus ꝛ filius altissimi vocabitur. Et dabit

illi dominus deus sedem dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo
iacob in eternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem maria
ad angelum? Quomodo fiet istud? Quoniam virum nō cogno-
sco. Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superue-
niet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; ⁊ qd̄ nascet
ex te sanctum: vocabit filius dei. Et ecce elisabeth cognata tua: ⁊
ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi
que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne
verbum. Dixit autē maria. Ecce ancilla domini. Fiat mihi ſm
verbum tuum. Sequentia sancti Euangelij ſm Marcum.

In illo tempore: Recumbētibus vndecim discipulis appa-
ruit illis iesus: ⁊ exprobrauit incredulitatem illoꝝ ⁊ duritiā
cordis: quia hijs qui viderant eum resurrexisse non crediderant.
Et dixit eis. Euntes in mundū vniuersum predicate euangeliū
omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluus erit.
Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autē eos qui
crediderint: hec sequētur. In nomine meo demonia eijcient: lin-
guis loquentur nouis: serpentes tollent: ⁊ si mortiferum quid bi-
berint non eis nocebit. Super egros manus imponent: ⁊ bene
habebunt. Et dn̄s quidem iesus postq̄ȝ locutus est eis assum-
ptus est in celum: ⁊ sedet a dextris dei. Illi autem profecti predi-
cauerunt vbiq;: domino cooperante ⁊ sermonem confirmante:
sequentibus signis. In nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ sp̄us ✠ san
cti amen. Chri ✠ stus vincit. Chri ✠ stus regnat. Chri ✠ stus
imperat. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Reuersi sunt septuagintaduo discipuli cū
gaudio dicentes. Domine etiam demonia subijciuntur no-
bis in nomine tuo. Et ait. Uidebam sathanam sicut fulgur de ce-
lo cadentē. Ecce dedi vobis potestatē calcandi super serpētes
⁊ scorpiones ⁊ supra oēȝ virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebūt.
Uerūtamē in hoc nolite gaudere: quia spiritus subijciuntur vo-
bis. Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in celis.

Ergo maledicte diabole creatura damnata ⁊ reprobata ⁊
maledicta a deo in eternū ꝑpter tuā nequitiam: sp̄us imun
de vbicūq; latitas in corpore istius. N. recognosce sentētiā tuā:
⁊ cognosce sniā iustissime dānationis nequitie tue. Et lȝ inuitus

⁊ coactus: cõtra tuã nequissimã voluntatẽ: da honorẽ deo viuo ⁊ vero: da honorem iesu christo filio eius domino ⁊ saluatori nostro: da honorẽ spũi scõ: ⁊ recede ab ho[a]c famulo[a] dei. N. ⁊ nũq̃ decetero ad ipsu[m] accedas: qa istu[a]z sibi deus ⁊ dñs noster iesus christus ad suam sanctã grãm ⁊ benedictionẽ fontẽq; baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est. Et hoc signum sancte cru ✠ cis: quod nos in fronte eius damus: tu maledicte diabole damnate atq; dãnande spiritus imunde: nunq̃ audeas violare: per nomen ⁊ per virtutẽ eiusdem domini nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem.

Audi maledicte sathana: audi creatura damnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in eternum: propter tuam nequitiam: audi spiritus imunde vbicũq; latitas in corpore istius. N. adiuratus per nomen eterni dei ⁊ saluatoris nostri iesu christi: cũ tua victus inuidia tremens gemensq; discede. Nihil tibi cõmune sit isto[a] famulo[a] dei. N. da igitur honorem aduenienti spiritui sctõ: qui ex summa celi arce descendens perturbatis fraudibus tuis: diuino fonte purgatum pectus sanctissimũ deo templũ ⁊ habitaculum perfecit: ⁊ ab omnibus penitus noxijs preteritorũ criminũ in baptismate liberauit: vt sic perẽniter deo grãs referat semper: ⁊ bñdicat nomẽ ei⁹ sanctũ in scl'a scl'orũ. Amẽ. Exorcizatio.

Exorcizo te ⁊ adiuro te ⁊ anathematizo te imunde spiritus creatura dãnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in eternum propter nequitiam tuam: spiritus imunde vbicũq; latitas in corpore istius. N. in nomine dei pa ✠ tris: ⁊ in nomine iesu christi filij ✠ eius domini ⁊ saluatoris nostri: ⁊ in virtute spũs ✠ scti: vt exeas ⁊ recedas ab ho[a]c famulo[a] dei. N. ⁊ nũq̃ de cetero ad eũ accedas. Ipse enim tibi imperat maledicte dãnate: qui pedibus supra mare ambulauit: ⁊ petro mergẽti dexteram porrexit. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm p ignẽ. ℟. Amẽ.

Nec te lateat maledicte sathana: nec te lateat creatura dãnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in eternum ꝑpter nequitiam tuam: nec te lateat spiritus immunde vbicunq; latitas in corpore istius viri vel mulieris iminere tibi diem iudicij sempiterni: diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi ⁊ omnibus angelis tuis apostaticis eternus superueniat interitus.

Et ideo pro tua nequitia dãnate atq3 dãnande da honorem deo ✠ viuo ⁊ vero: da honorez iesu ✠ christo deo ⁊ saluatori nostro: da honorẽ spũi ✠ sctõ: in cuius noïe atq3 virtute ego p̃cipio tibi ĩmunde spũs vbicũq3 latitas in corpore istius. N. vt exeas ⁊ recedas ab eo: ⁊ nunq̃3 de cetero ad ipsũm accedas: qa istũz deus ⁊ dñs noster iesus chr̃s ad suaz sanctã grãz ⁊ bñdictionẽ fontẽq3 baptismatis dono sue grẽ vocare dignat⁹ est: vt fieret ei⁹ tẽpluz per aquã regenerationis: ⁊ remissionẽ oïum pctõꝝ: per nomen ⁊ virtutez eiusdem dei ⁊ dñi nostri iesu chr̃i. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℞. Amen.

Firmiter credimus ⁊ simpliciter confitemur: ꝙ vnus solus est verus deus eternus imensus ⁊ incõmutabilis ⁊ incõprehensibilis oïpotens: ⁊ ineffabilis pater ⁊ filius ⁊ spũs sctũs: tres qdez ꝑsone: sed vna essentia substantia: seu natura simplex oïno. Pater a nullo: filius a pr̃e solo: ac spũs sanct⁹ pariter ab vtroq3 absq3 initio semꝑ ac fine: pater generãs: filius nascẽs: ⁊ spũs sanctus ꝓcedẽs cõsubstãtiales ⁊ coequales ⁊ cooïpotẽtes ⁊ coeterni: vnũ vniuersoꝝ principiuz creator oïuz visibiliuz ⁊ inuisibiliuz: spũaliuz ⁊ corporaliuz: quia sua oïpotenti virtute simul ab initio tꝑis vtrãq3 de nihilo condidit creaturã spiritualez ⁊ corporalez: angelicam v3 ⁊ mundanã: ac deinde humanã quasi cõem ex spiritu ⁊ corpore cõstitutam. Diabolus enim ⁊ alij demones a deo qdez natura creati sunt boni: sed ipsi per se facti sunt mali: homo vero diaboli suggestione peccauit. Hec sancta trinitas ſm cõez essentiaz indiuidua est: ⁊ ſm personales ꝓprietates discreta: per moysen ⁊ sanctos ꝓphetas aliosq3 famulos suos: iuxta ordinatissimam dispositionẽ tẽpoꝝ doctrinã humano generi tribuit salutarem. Et tandez vnigenitus dei filius iesus chr̃s a tota trinitate cõiter incarnatus: ex maria semꝑ virgine spũs sancti cooperatione cõceptus: verus homo factus: ex anima rõnali ⁊ humana carne cõpositus: vna in duabus naturis ꝑsona: viaz vite manifestius demonstrauit. Qui cum ſm diuinitatez sit immortalis ⁊ impassibilis: idem ipse ſm humanitatez factus est passibilis ⁊ mortalis: qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus ⁊ mortuus: descẽdit ad inferos: resurrexit a mortuis: ⁊ ascẽdit in celuz: sed descendit in anima: ⁊ resurrexit in carne: ascenditq3 pariter

riter

riter in vtroq3 venturus in fine seculi iudicatur⁹ viuos ꝛ mortuos: ꝛ redditurus singulis ꝭm opa sua taz reprobis q̃z electis: qui oẽs cuz suis ꝓprijs resurgent corporib⁹: que nũc gestant: vt recipiãt ꝭm opa sua siue bona fuerint siue mala: illi cũ diabolo penã ꝑpetuaz: ꝛ isti cũ chꝛo gliaz sempiternã. ¶ Una ṽo est fidelium vniuersalis ecclia: extra quã nullus oino saluat: in qua idẽ ipse sacerdos est: ꝛ sacrificium iesus chꝛs: cuius corpus ꝛ sanguis in sacro altaris sub specieb⁹ panis ꝛ vini veraciter cõtinet: transubstãtiatis pane in corpus: ꝛ vino in sanguinẽ ꝑtãte diuina: vt ad ꝑficiendum mysterium vnitatis: accipiamus ipsi de suo: qd̄ accepit ipse de nr̃o. Et hoc vtiq3 sacrm̃ nemo põt cõficere nisi sacerdos: qui rite fuerit ordinat⁹ ꝭm claues ecclie: q̃s ipse cõcessit aplĩs eorũq3 successorib⁹ iesus chꝛs. Sacrm̃ ṽo baptismi qd̄ ad dei inuocationez: ꝛ indiuidue trinitatis: vz patris ꝛ filij ꝛ spũs sancti ꝯsecrat in aqua: tam paruulis q̃z adultis in forma ecclie: a quocũq3 rite collatum proficit ad salutẽ: ꝛ si post susceptionẽ baptismi: quisq̃z prolapsus fuerit in pctm̃: per veram põt semꝑ penitẽtiam reparari. Non soluz aũt virgines ꝛ cõtinentes: verũ etiaz coniugati: per fidem rectã ꝛ operationẽ bonã placentes deo: ad eternã merent beatitudinẽ ꝑuenire. Hoc ṽo sacro approbante cõcilio credimus ꝛ confitemur: ꝙ vna quedaz summa res est incõprehensibilis qdez ꝛ ineffabilis: que veraciter est pr̃ ꝛ filius ꝛ spũs sanct⁹: tres simul persone: ꝛ quelibet earum singillatim illa essentia est. Symbolum athanasij epi. Quicũq3 vult saluus esse. folio. 130.

IN huius igitur veritatis firmissime atq3 certissime virtute: te imunde spũs atq3 spurcissime ꝛ miserrime: quicunq3 es: siue vnus: siue plures: qũocũq3 ad hũc famulũ3 oipotentis dei ꝛ templuz eius in baptismo creatum: vel in cibo: vel in potu: vel quacũq3 malefica supstitione: vel tua malignitate neqssima: aut exigẽtib⁹ culpis ꝛ criminib⁹ suis: ad ipsuz accessum hr̃e ꝑ̃sumpsisti: ꝛ ꝑ̃sumpsistis: vbicũq3 latitas: vel latitatis in hoc famulo dei N. a planta pedis vsq3 ad verticẽ: vel in vestib⁹: siue aliqbus sibi adherẽtib⁹: in hoc loco habitationis eius: vel vbicũq3 sis te reqrimus: te citamus: ꝛ temerariaz ꝛ ꝑ̃sumptuosaz inuasionẽ agitationẽ ꝛ perturbationẽ huius famuli dei. N. iniustissimã ex parte tua ꝛ nequissima voluntate tua interdicimus: nõ nostris viribus:

sed fortiori potestate oipotentis dei: ⁊ dñi nři iesu christi filii eius: qui superueniens in atriuz mūdi huius: principem tuū cuz oibus imundis ⁊ miserrimis satellitib⁹ infernalib⁹ vicit: ⁊ vasa diripuit.

Audi ergo quo mō iniuste ⁊ iniquissime hūnc dei famulūm inqetare psumpsisti. Nam cū ppter inobediētiaz primi parentis nři ade: iustitia iustissimi dei nři oipotētis pmittēte iniquissimus pnceps tuus ipsuz ⁊ oēm ptātez suā ab eo seminali rōne ppagatā durissima tyrānide p multa annoꝝ spacia oppressisset: feriret dire: in vinculis carceris infernalis teneret: tandē adueniēte plenitudine tēpoꝝ: misit de⁹ pr̄ pijssimū filiū suū natū ex intemerata virgine: factū sub lege. Et cū pnceps tuus iprobus ac temerarius exactor: in vnigenitū dei filiū mediatorē dei ⁊ hoiuz: agnuz tollentē peccata mūdi: dementia sua sacrilega attētasset iuadere: ⁊ ferire: ⁊ tandez post herodis impij in eū persecutionē: post cōtumelias cōuitia obprobria: tandem imisit in cor pditoris iude: ⁊ impioꝝ iudeoꝝ: ⁊ ipso agno māsueto volente: ⁊ volūtarie se pro redēptione offerēte: vinciri fecit: ⁊ flagellari: iniuste ꝯdēnari: nudari: ⁊ in cruce affigi. Que oia mitissimus agnus dei oipotētis filius pro salute nřa: qa ipse voluit: pertulit: vt nos ⁊ hūnc famulūm dei. N. a vinculis oiuz imūdoꝝ spirituū liberaret: liuore suo sanaret: ab erumna eriperet: dānatione nudatos a vobis impijs latronib⁹ infernalib⁹ reindueret veste inocentie ⁊ gratie: que nos in prothoplausto parente cōtra oipotētis dei imperiū rapuim⁹: exoluit: offerens se fructū benedictū ventris gloriose v̄ginis: pro interdicti fructus esu: cruore ex quinqz vulnerib⁹ largiter fuso: redemit: morte sua glīosa nostrā destruxit: ⁊ principem tuū cū oibus satellitibus ac apostaticis imundis spiritib⁹ ⁊ demonibus cū crederet se in ipso aliqd sui inuenire captiuauit: ⁊ nos credentes maxime sibi liberauit. Inter quos ⁊ de quoꝝ numero dono gratuite misericordie sue: nos esse profitemur. Et potestatē discipulis suis dedit calcandi super vos imundos spūs: ⁊ ad inuocationem sui sanctissimi nois virtutem ⁊ potestatē expellendi vos immundos spiritus ab obsessis corporibus: vel domibus: vel habitaculis: ⁊ in virtute ⁊ in iustitia passionis sue: qua dilexit nos: ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine sue inocentie: vos eijciēdo tradidit. In virtute igit̄ ⁊ honore huius summi impatoris regis

regum: et dñi dñantium: dñi iesu chri: in cuius noie omne genuflectit celestium terrestrium et infernorum: qui venturus est iudicare viuos et mortuos et sclm per ignem: nos quos de numero discipulorum licet indignos ee voluit: per quos in psona sua panis et vinum: vtpote in vbo creatoris virtute spus scti in carnem et sanguinem transubstantiatur: te ✠ requirimus: te ✠ citamus: tibi ✠ precipimus: inter ✠ dicimus: ac diffinitiue ✠ prohibemus: vt ✠ nunc exeas: et opa tua vel aliorum male fica operata quocunque dissoluas: et amoueas: et nunquam de cetero in eo causes vel facias: nec per te: nec per alios illa vel similia. Contradicentes vo: et contra stimulum calcitrantes sicut durissimos pharaones obduratos anathema ✠ tizamus: excoica ✠ mus: propter obsessionem et molestiam huius creature oipotentis dei. N. ita quod de cetero non psumatis: neque vos neque alij vice vra imundi spus: molestare inquietare pturbare corpus: nec sensus eius interiores vel exteriores: a planta pedis vsque ad verticem: nec aliquid ipsius attingere. Si vo aliquid iuris allegare psumitis: interponimus preciosissimum sanguinem imaculati agni dñi nostri iesu chri: qui vt scripsit Joannes euangelista: est ppitiatio pro peccatis nostris: et non tm pro nostris sed etiam totius mundi: etiam si esset mille mundi. Qui etiam supra splendorem solis apparens beato paulo: cum mitteret eum ad predicandum in oes gentes et populos dixit: vt conuertantur a tenebris ad lucem: a potestate sathane ad deum viuum: accipere remissionem pctorum: et sortem inter sanctos: que est per fidem: que est in me: dixit sanctissimus et tremebundus impator celestis dñs iesus chrs. Hanc vo fidem: et hic famulus dei et nos firmiter credimus: et simpliciter confitemur: et in ea velle viuere et mori ptestamur. Cum igitur nil iuris habeatis in eum: vti maligni inuasores: et iniqui vsurpatores predones: et latrones infernales discedite ab hoc famulo dei: et sanctissimi summi ✠ impatoris nri: quem nos et vos et omnis creatura contremiscit: discedite a domo: et ab omni loco habitationis eius: et oium fidelium: super quos inuocatum est nomen bonum et gloriosum summi imperatoris nostri iesu christi: et ite sine mora in locum desertum: vel in locum sodome et gomorre. Quod si ptinaciter adhuc resistitis: et iobedientes huic nro mandato: quin potius contumaces ac rebelles contra stimulum oipotentis dei calcitrantes: quod non cedet vobis impune: quia non hoies sed oipotentem et sum-

inum impatorē deū cōtemnitis. In cuius noīe ⁊ auctoritate atq3 virtute vos exorci ✠ zamus: pcipimus: ✠ anathema ✠ tizam⁹: probibe ✠ mus: ⁊ interdi ✠ cimus: molestiā ⁊ inquietationē: ⁊ pturbationē istius creature dei. N. ⁊ oīuz hic astātiū: ⁊ fideliuz presertiz huius habitationis oīpotētis dei. Naz q̄ cōuentio lucis ad tenebras: ⁊ christi ad belial? Ecce nūc inuocamus oīpotentez ⁊ summū impatorē dn̄m nr̄m iesuz chr̄z: cuius gl̄iosuz nomē ⁊ inuocationē temere velut ille obdurat⁹ pharao cōtemnitis: ⁊ bucusq3 cōtempsistis beatissimā virginē dei genitricē mariā: ⁊ oēs angelicos beatos sp̄us: ⁊ ciues supnos: p̄res nr̄os p̄riarchas: pphas: apl̄os: martyres: cōfessores atq3 v̄gines: ⁊ sp̄ales p̄ronos nr̄os beatissimū dn̄icuz p̄rez nr̄z: petrū martyrē gl̄iosuz: beatū thomā: beatū vincētiuz: beatū antoniū ep̄z ⁊ cōfessorē: q multos de satellitib⁹ vr̄is in digito oīpotētis dei eiecerūt: btissimā catherinā senēsem v̄ginē ⁊ sponsaz iesu chr̄i purissimā: q̄ mirabili gr̄a dei cōtra vos iniquos demones pualuit sanctū. N. vel sanctā. N. vel sanctos. N. qui faciem dei oīpotētis cōtemplant: qui vos siue vnuz siue plures qn̄cūq3 accessum habere presumpseritis ad hunc famuluz dei. N. vel ad locū habitationis eius p scm̄ angeluz ab oīpotēte missuz ante diez tremebundi iudicij: queadmoduz p beatuz bartholomeū in india fecit astaroth ⁊ berith cathenis igneis alligabit: ⁊ in abyssum gehenne infernalis ⁊ laci ignis ardentis sulphure mittet: cuius fumus ascendet in secula seculoꝝ. Amen.

Date itaq3 honorem oīpotenti deo ac summo imperatori deo pa ✠ tri ⁊ fi ✠ lio eius domino iesu ✠ christo: qui dilexit ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: in cuius noīe omne genuflectit celestiuz terrestrium ⁊ infernoꝝ: ⁊ sp̄ui ✠ scō in cuius nomine atq3 virtute hoc peremptorio ⁊ diffinitiuo mādato preci ✠ pimus mādam⁹ ✠ artamus ✠ ⁊ anathematizam⁹ ✠ vt recedatis ab hoc famulo dei. N. ⁊ a loco habitationis eius: ⁊ omniuz fidelium: absq3 lesione alicuius: in desertuz locū: vsq3 ad diez tremebundi iudicij: ita q̄ decetero huc appropinquare neq3 vos neq3 alij vice vestra valeatis ad inuadendum inquietādum ⁊ perturbādum hunc famuluz dei. N. neq3 sensus eius exteriores vel interiores: neq3 aliquē de hic habitātibus: qa ipsos deus ⁊ dn̄s noster iesus ad suā sanctā gr̄az ⁊ bene ✠ dictionē fontēq3

baptismatis dono vocare dignatus est: vt fieret eius templum per aquam regenerationis et remissionem omniuz peccatorum: per nomen et virtutem eiusdem dñi nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos: et seculuz per ignem. Deo aũt gratias: qui nobis per iesum christuz dñm nostrũ victoriaz donauit.

Cum itaqz iniquissimus sathanas caput et pnceps iniquorum omniuz tyrãnidem suam: quã solus exercere poterat in filios ade: ab ipso seminali rõne ppagatos extendere presumpserit in summũ imperatorẽ et regem regum et dñm dñantiuz deũ: et oipotentis dei vnigenitũ agnum imaculatũ: in quo nõ habebat qcq̃z: et ob hoc ab ipso dño nostro iesu christo saluatore nr̃o: qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: cuz socijs suis angelis et demonibus apostaticis: de quorum numero es tu miserrimus et iniquus inuasor excecatus a deo iudicatus superatus captiuus et vinctus: et nos et in ipsuz credentes: et in virtute trinitatis deifice baptizatos: et alijs sacris ab ipso filio dei institutis initiatos: de ptãte tua sathana eripuerit iuste et potentissime: et ptestatus est beato paulo apl'o suo: apparens ei supra splendorẽ solis lucidior: in via: media die. Idcirco malignissime et spurcissime miserrime sathana et imũdissime spũs: iam tertio exorcizate et adiurate in noie oipotentis et summi impatoris nr̃i iesu chr̃i: vt recedas ab ho^a c famulo^a dei. N. et ab omni loco creaturarum eius. Que nam societas lucis ad tenebras: et christi ad belial? Et nunc cum velut alter pharao induratus: nõ nos tm̃ seruos et ministros eius sed mãdata summi impatoris dei cõtumaciter ꝯtẽpseris: idcirco ex pte oipotentis dei sancte et indiuidue trinitatis. vz. pa ✠ tris et fi ✠ lij eius dñi nr̃i iesu chr̃i: qui dilexit nos: et spũs ✠ sctĩ: quẽ effudit in nos abũde p lauacruz regñationis: qui est inuicte virtutis: et insupabilis imperij: semp magnificus triũphator: q diabolice dominationis vires reprimit: et potẽter expugnat: q te refugã et immũduz spũm diaboluz et demonẽ infernalez cũ socijs demonib⁹ supbissimis gehẽne deputauit incẽdijs. Et ibi iterum p̃cipi ✠ mus: anathema ✠ tizamus: et exorci ✠ zamus: vt recedas velociter absqz offensa alicuius presentiuz: vel absentiũ: sup quos inuocatum est nomẽ gl'iosuz summi impatoris dñi nr̃i ie ✠ su chri ✠ sti: vt recedas ab ho^a c famulo^a dei. N. vel loco: vel monasterio: vel

territorio huius patrie: ꝛ vadas in locum desertum: ita ꝙ de cete ro non presumas ad ipsuz accedere: nec corpus eius iterius vel exterius per maleficia tua aberrare: neqꝫ ad locũ istũ appropinquare inqetare vel molestare ipsuz: vel aliquẽ vel aliquos hic habitantes: a planta pedis vsqꝫ ad verticẽ. Per virtutẽ eiusdẽ domini nostri iesu chri. Qui vẽturus est iudicare viuos ꝛ mortuos.

ITem eadem auctoritate eiusdez summi imperatoris ꝛ inuicte virtutis eius: qui te refugã atqꝫ apostatam diabolum gehenne deputauit: ꝛ in virtute totius curie celestis. s. intemerate semp virginis marie beatissime matris vnigeniti filij dei ꝛ saluatoris nostri: ꝛ oium celestiuz beatoꝝ ordinũ: ꝛ triplicis hierarchie. s. seraphin: cherubin: thronoꝝ: dominationũ: virtutuz: potestatum: principatuũ: archangeloꝝ ꝛ angeloꝝ: qui semper vident beatissimã faciem patris oipotentis in celis: ꝛ patrũ nostroꝝ patriarchaꝝ: prophetaꝝ: sanctissimoꝝ aploꝝ petri ꝛ pauli: ꝛ alioꝝ aploꝝ: martyrũ: confessoꝝ: atqꝫ sanctarũ virginũ: ꝛ oiuz electoꝝ eius: precipue aũt beatissimoꝝ patronoꝝ nostroꝝ. vꝫ. beati dñici patris nostri: gloriosi petri martyris: beati thome: beati vincẽtij: beati antonij epi ꝛ cõfessoris: ꝛ beate catherine de senis: ꝛ officij mei sacerdotalis: cuius ministerio in sacrificio altaris verum corpus ꝛ sanguis christi conficitur omnipotẽti virtute dei nostri: te refugam apostatã miserrimũ imundum spũm ꝛ diaboluz in his scriptis excõicamus: ꝛ excõicatuz decernimus: orãtes oipotẽtez deum nostruz: a cuius domicilio miserrime: cum diceres cũ principe tuo in celum conscendam: cecidisti: ꝛ ex angelo effectus es imũdus diabolus ꝛ sathanas: vt per merita passionis sue ꝛ iustitiam ipse deus ꝛ dñs noster iesus christus: qui dilexit nos: ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: pro cõtemptu maiestatis sue iuste tibi retribuens: ꝛ per merita ꝛ intercessionẽ oium supernoꝝ ciuium mittat angeluz lucis sanctũ ꝛ bonũ: qui te cõrẽptorez sanctissimi nois ꝛ vexilli summi impatoris cathenis igneis alligatum: quotiẽscũqꝫ ad hunc famuluꝫ dei. N. vel locũ eiꝰ psumpseris appropinquare: tradat in abyssum inferni: ꝛ in locũ ignis ardentis sulphuris: vbi ante diez extremi iudicij excrucieris die ac nocte: ꝛ fumus tormentoꝝ tuoꝝ ascẽdat in secula scloꝝ. Amen.

In noie pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spũs ✠ sancti. Amen.

In quoꝝ fidē ego presbyter. N. de tali loco: minimus seruulus seruoꝝ dei ⁊ indignus sacerdos: eiusdem summi imperatoris ⁊ saluatoris nostri iesu christi p̄ntem excōicationem ⁊ exorcismū contra te sathana imunde manu ꝓpria conscripsi: vel scribi feci: ⁊ sigilli quo vtor impressione muniri. Anno ab incarnatiōe eiusdem saluatoris nostri. M.ccccc. die mensis.

Qui non diligit dominum Jesum: anathema sit. Amen.

Explicit exorcismus.

Incipit exorcismus contra demoniacos ⁊ maleficiatos ⁊ incantationes ⁊ facturas ⁊ domos a demonio vexatas. Primus.

IN nomine sancte ⁊ indiuidue trinitatis contra omnes maleficiorum vanitates ⁊ incursus demonum signum sancte crucis ✠ saluatoris nostri iesu christi tolle potestatē: tolle impetū sathane ⁊ angeloꝝ eius: ⁊ non permittas nocere isti creature dei. N. sed vadant in loca arida. Memento nostri dn̄e sicut iurasti patribꝰ nostris habraā isaac ⁊ iacob: vt inde exeāt ⁊ recedant ab hac creatura dei. N. ⁊ vadant in loca arida ⁊ sterilia inaquosa ⁊ inhabitabilia. Vade retro sathana cū angelis tuis apostaticis. Per eū qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊c.

Coniuro vos ✠ angeli tartarei: per eū qui vos eiecit de superno celoꝝ habitaculo: qui fertis malū cōtra genus humanū. Adiuro ✠ vos ꝑ quatuor euāgelistas: ⁊ ꝑ tremēdū diē iudicij: ⁊ per terribilē iudicē. Et adiuro vos ꝑ noīa sacratissima oīpotentis dei. vz. Messias ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Sabaoth ✠ Adonay ✠ Unigenitus ✠ Via ✠ Vita ✠ Veritas ✠ Omousion ✠ Principiū ✠ Primogenitus ✠ Sapientia ✠ Fons ✠ Origo ✠ Paraclitꝰ ✠ Mediator ✠ Agnus ✠ Ouis ✠ Alpha ⁊ o ✠ Caput ⁊ finis ✠ Simul vocitatꝰ ✠ Serpēs ✠ Aries ✠ Leo ✠ Vermis ✠ Verbum ✠ Splendor ✠ Lux ✠ Imago ✠ Gloria ✠ Sol ✠ Panis ✠ Flos ✠ Vitis ✠ Mons ✠ Janua ✠ Terra ✠ Lapis angularis ✠ Spōsus ✠ Pastor ✠ Propheta ✠ Sacerdos ✠ Athanatos ✠ Yschiros ✠ Pantheō ✠ Eleyson ✠ Aquila ✠ Thetbagrāmaton ✠ Dn̄s iesus chr̄s ✠. Per noīa ista sacratissima adiuro ✠ vos

⁊ cõtestor angeli sathane ita pñtes sicut absentes: ita absentes sicut pñtes: vt exeatis ⁊ recedatis cũ maleficijs ⁊ iniquitatib⁹ vestris ab hac creatura dei. ℟. ⁊ eatis ad deserta loca ⁊ arrida: vbi nõ arat̃ nec seminat̃: nec nomẽ dñi inuocat̃ nec noiat̃: nequãdo in die iudicij ante tribunal chr̄i veniẽtes dicatis: nullus nobis cõtradixit: nullus nos cõiurauit. Ego vo ex ꝑte oipotẽtis dei sancte ⁊ indiuidue trinitatis. vꝫ. pr̄is ⁊ filij ⁊ spũs scti cõiuro vos ⁊ cõtradico vobis: vt exeatis de corpore ⁊ de membris istius creature. Uobis etiaꝫ cõtradicit ipse pater dñi nr̄i iesu chr̄i. Qui venturus est iudicare ⁊c. Increatus ✠ pater. Increatus ✠ filius. Increatus ✠ spũs scũs. Immẽsus ✠ pr̄. Immẽsus ✠ fili⁹. Immẽsus spũs scũs ✠. Etern⁹ ✠ pr̄. Etern⁹ ✠ fili⁹. Etern⁹ ✠ spũs scũs.

EGo coniuro vos demones per pa ✠ trem ⁊ per fi ✠ lium ⁊ ꝑ spũm ✠ scm̃: ꝑ ange ✠ los: per archã ✠ gelos: ꝑ thronos ✠ ⁊ dñationes ✠ principatus ✠ ptãtes ✠ cherubin ✠ ⁊ seraphin ✠ ⁊ virtutes celoꝝ ✠ ⁊ ꝑ recuperationem aiaꝝ ✠ ⁊ per omnia mirabilia que fecit dominus in celo ⁊ in terra: vt nomina vestra manifestetis: ⁊ inde exeatis cuꝫ iniquitatibus vestris ⁊ maleficijs vestris. Per eũ q̃ vẽturus est iudicare viuos ⁊ mortuos.

COniuro vos malignos spiritus per virtutẽ dei omnipotẽtis: ⁊ sanctissimũ ⁊ dulcissimuꝫ lac ⁊ sacrosancta vbera virginis marie: que lactauerunt iesum christum dñm nostruꝫ filium dei: vt dicatis mihi quomodo intrastis in corpore siue in persona huius creature dei. ℟. Et cito inde exeatis. Per euꝫ qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm̃ per ignem. ℟. Amen.

¶ Si diabolus rñderet: ⁊ diceret: ꝙ sit anima alicuiuꝫ defuncti: nõ ei credas: q̃a est heresis: sed insta ꝙ dicat nomẽ ꝓpriũ: qd̃ habuit ab initio: qñ fuit expulsus de celo. Pete etiaꝫ cuius ordinis erat: ⁊ nomẽ sui suꝑioris: ⁊ qua de cã intrauit in illud corpus. Et coniura ipsuꝫ: ꝙ nõ discedat sine sua licẽtia: ⁊ ꝙ cogat̃ dare signũ sue egressionis: dimittẽdo personã oppressã liberã ⁊ expeditam: sicut erat in illa hora: qñ fuit baptizata. ¶ Coniurationem sequentẽ dicat sacerdos cũ magna efficacia: ⁊ repetat eam sicut ei videbitur. Et quotiens ei repetit: penam augeat ⁊ accrescat.

PRecipio ex parte sanctissime trinitatis pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spũs ✠ sci: ⁊ per merita sacratissime passionis dñi nostri

Jesu ✠ chri: et per merita omnium sanctorum et sanctarum que sunt in paradiso: quod si datum fuit aliquid per maleficium ad comedendum vel bibendum huic creature dei. N. Aut si vos maledicti diaboli portastis in corpore suo: aut composuistis aliquid in eodem: non habeatis facultatem vel potestatem vel virtutem conservandi illud agitandi vel movendi: et quod amoveatis ipsam facultatem potestatem et virtutem: et quod cogamini dissipare omnem laqueum nodum et compositionem: que fuissent in predictis rebus: et quod sitis astricti et compulsi ea disiungere separare et removere a visceribus ✠ ab intestinis ✠: et ea per secessum emitti facere deorsum sine aliqua lesione anime et corporis istius creature dei. N. Rursum vobis diabolis si presentialiter estis in hoc corpore: precipio vobis ex parte sanctissime trinitatis pa ✠ tris et fi ✠ lii et spiritus ✠ sancti: quod non habeatis facultatem standi morandi abscondendi vos in aliqua parte corporis huius creature dei. N. nec in quatuor humoribus. videlicet sanguine ✠ colera ✠ flegmate ✠ et melancolia: ✠ nec in carne ✠ nec in ossibus ✠ nec in medullis ✠ nec in nervis ✠ nec in venis ✠ nec in omnibus iuncturis corporis ✠ nec in pedibus ✠ nec in suris ✠ nec in tibiis ✠ nec in lateribus ✠ nec in renibus ✠ nec subtus renes ✠ nec supra renes ✠ nec in dorso ✠ nec in spatulis ✠ nec in brachiis ✠ nec in manibus ✠ nec in unguibus ✠ neque in corde ✠ neque in epate ✠ nec in splene ✠ neque in interioribus ✠ neque in pulmone ✠ nec in intestinis superioribus vel inferioribus ✠ maioribus vel minoribus ✠ nec in ventre ✠ nec in stomacho ✠ nec in pectore ✠ nec in gutture ✠ nec in collo ✠ nec in facie ✠ nec in mento ✠ nec in maxillis ✠ nec in dentibus ✠ nec in gengivis ✠ nec in lingua ✠ nec subtus linguam ✠ nec supra linguam ✠ nec in palato ✠ nec in naso ✠ nec in oculis ✠ nec in auribus ✠ nec in cerebro ✠ nec in panniculis cerebri ✠ nec in arteriis ✠ nec fecibus corporis ✠ nec in aliis rebus vel locis corporis: vel extra corpus ✠ neque intrinsece ✠ neque superficialiter ✠ nec in capillis ✠ nec in pillis ✠ nec in vestimentis ✠ nec in genitalibus ✠ nec in ano ✠ nec in testiculis ✠ nec in umbilico ✠ neque in eius circumstantibus ✠ neque in aliis locis: ad que ire habeat aut stare ✠ sed inviti et vi et virtute dei compulsi nunc cogamini vos manifestare: et in illis partibus in quibus estis aliquam lesionem facere in signum presentie vestre. Item precipio vobis ex parte sanctissime trinitatis patris ✠ et filii ✠ et spi-

ritus ✠ sancti: ꝙ discedatis ex oibus partibꝰ istius corporis. N.
creature dei vbi estis a planta pedis vsqȝ ad verticeȝ: ⁊ ꝙ fugia-
tis extra ipsuȝ corpus fugiēdo per illaȝ viaȝ que sit magis libera
⁊ expedita: sicut per os stomachi: per pectus: per guttur: per os:
cum signo manifesto ꝙ fugiatis extra corpus suuȝ. Item vobis
precipio ex pte sanctissime trinitatis: patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ spūs ✠
sancti: ꝙ nō habeatis potestatē accipiendi adiutoriuȝ vel succur-
sum ab alijs demonibus vel diabolis: nec petendi alios demo-
nes vel diabolos in adiutorium vestruȝ: nec mittere seu ponere
alios demones in loco vestro. Et ꝙ cogamini discedere taliter
ꝙ nunqȝ nec vos nec alij diaboli habeatis auctoritatē facultateȝ
vel potestatē nec virtutē redeundi nec pn̄tialiter: nec ꝑtātiue nec
virtualr̄: sed sitis cōpulsi ⁊ cōstricti ad eūduȝ ad loca arrida ⁊ ste-
rilia ⁊ inaquosa ⁊ inhabitabilia vbi nemini noceatis. Qȝ si secus
feceritis intendo ꝓcedere cōtra vos maledictos diabolos: ⁊ da-
re ⁊ fulminare contra vos omnes excōicatiōes ⁊ maledictiōes:
quas vobis dare possum ex parte sanctissime trinitatis pr̄is ✠
⁊ filij ✠ ⁊ spūs ✠ sancti. Et etiaȝ intēdo vos expellere extra cor-
pus istius creature dei a planta pedis vsqȝ ad verticē: per virtu-
tem sanctissime trinitatis: patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ spūs ✠ sancti: ⁊ ꝑ
virtutem sanctoꝝ angeloꝝ: ⁊ per virtutem totius paradisi: ⁊ per
virtutē omnium inimicoꝝ vestroꝝ: quos habetis in celo ⁊ in ter-
ra. Et precipio oibus magistris ⁊ superioribus vestris ex parte
sanctissime trinitatis: patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ spūs ✠ sancti: ꝙ nūc pre-
sentialiter huc veniant: ⁊ vos etiam inuiti extrahant de corpore
huius creature dei. Item ex parte eiusdem sanctissime trinitatis
patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ spūs ✠ sancti: eisdem magistris vestris preci-
pio: quatenꝰ vos detrudāt in stagnū ignis ⁊ sulphuris: ad qd̄ ego
vos dei virtute ꝯdēno ꝑ spacium annoꝝ centū: a tp̄e egressionis
vestre de corꝑe huius creature dei. N. incipiēduȝ. Coniuratio.

Coniuro vos per ꝑciosissimū sanguinē: qui exiuit de latere
christi in cruce pendētis: ⁊ adiuro vos ꝑ gloriosaȝ virgineȝ
mariaȝ matrē eiusdeȝ dei ⁊ dn̄i nostri iesu christi: ⁊ per milia miliū
angeloꝝ deo ministrantiuȝ: ⁊ per collegiū ap̄loꝝ. Coniuro vos
etiaȝ per quatuor euāgelistas mattheū ⁊ marcum: lucā ⁊ ioāneȝ:
⁊ per septem celos: ⁊ per vigintiquatuor seniores: ⁊ per decem tre-

mendi iudicij: ⁊ per quatuor animalia que assistunt ante thronuz
dei ✠ ⁊ per celuz: ⁊ p terrã ✠ solem ✠ ⁊ lunã ✠ ⁊ stellas ✠ ⁊ per
eoꝝ noia ✠ ⁊ p sctõs patriarchas. s. habraã isaac ⁊ iacob: vt sta/
tim exeatis de corpe: siue de mẽbris ⁊ psona isti⁹ creature dei. N.
⁊ de domo: audito noie sctissimo dei thethagrãmaton cito pcul
fugiatis ⁊ vadatis in loca: vbi non noceatis aliquibus fidelibus
christianis. Per virtutez eiusdem domini nostri iesu christi. Qui
venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ sclm p ignẽ. R. Amẽ.

